The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

WITHDRAWN

4 SECTION I SHELF 2

COLLECTANEA

IN USUM

SECRETARIAE

SACRAE CONGREGATIONIS

EPISCOPORUM ET REGULARIUM

CURA

A. BIZZARRI ARCHIEPISCOPI PHILIPPENSIS

SECRETARII

EDITA

249.2087
B625c



ROMAE
EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA
S. C. DE PROPAGANDA FIDE
MDCCCLXXXV.



14975

PIO IX.

PONTIFICI MAXIMO

ANDREAS BIZZARRI

ARCHIEPISCOPUS PHILIPPENSIUM

AB ACTIS SACRI CONSILII NEGOTIIS ET CONSULTATIONIBUS

EPISCOPORUM ET RELIGIOSORUM ORDINUM

FELICITATEM

Cum, Beatissime Pater, ob maxima Tua in me beneficia vehementer optarem aliquam summae venerationis, gratissimique mei animi significationem publicis testatam litteris Tibi exhibere, auspicato mihi contigit, ut haec Collectanea ex nonnullis Decretis Sacri

Consilii negotiis et consultationibus Episcoporum, et Religiosorum Ordinum, Te duce, a me confecta in lucem proferre, et augusto ac celeberrimo Tuo nomini dedicare possem. Quo certe nihil mihi honorificentius, nihil optatius, nihilque iucundius. Quamquam, ut vere loquar, quidquid id est, totum Tuum, ac proprium est. Cum enim inter plurima singulari sapientia, ac pari munificentia a Te praeclare gesta Sacrae Congregationis Tabularia uno in loco ad maiorem omnium commoditatem providentissimo sane consilio collocanda, et sedulo ordinanda curaveris, evenit, ut huiusmodi Collectanea a me fieri potuerint, in quibus non pauca sunt Decreta maximo gravissimoque Tuo iudicio probata et sancita. Atque utinam hic possem singulas quasque Tuas virtutes et laudes non dicam complecti ornando, sed vel strictim percensere enumerando! quam uberrima mihi dicendi copia suppeteret! Sed cum et ingenii vires tanto oneri plane impares sint, et quod maius est, spectata, et incredibilis Tua modestia id nullomodo patiatur,

illud unum dicam, quod universi catholici orbis amorem et admirationem Tibi merito atque optimo iure comparasti, cum Ecclesiae navem tot inter immanes fluctus, saevasque procellas in actum propulsam tanta sapientia ac providentia regas, ac modereris, et eiusdem Ecclesiae atque Apostolicae Sedis iura animo excelso et invicto, ac mira prorsus constantia, et fortitudine tuearis ac defendas. Itaque silentio praeteriens tot egregia Tua gesta toto orbe celebratissima, de quibus nulla unquam aetas conticescet, nihil agam aliud, nisi Te orem et obsecrem, Beatissime Pater, ut haec Collectanea tot sane nominibus Tibi debita, illa, qua omnium in Te animos rapis, humanitate et benignitate excipere velis, mihique ad sanctissimos Tuos pedes provoluto, Tibique fide, amore, et obediendi studio devinctissimo, ac prosperos actionum Tuarum exitus a Deo semper precanti Apostolicam Benedictionem clementer, ut assoles, impertias.

PROLOGUS

Inter praecipuas S. Sedis Congregationes ea profecte recenseri debet, quae negotiis, et consultationibns Episcoporum et Regularium expediendis, et diiudicandis praeposita est, sive rerum numerus, et gravitas, sive personarum, quae eidem subsunt, qualitas inspiciatur: ea enim utriusque Cleri universale quoddam regimen habet. Praeest etiam Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, et specialem curam, inspectionem, auctoritatem exercet in regulares familias, quae de christiana, et civili republica optime meritae habendae sunt, quaeque adiutricem operam antistitibus locorum praestant, et exemplo, doctrina, virtutum exercitio, verbi Dei praedicatione, precibusque Christifideles aedificare et iuvare iuxta proprium institutum satagunt, atque contendunt.

Distincta olim erat S. Congregatio Episcoporum a S. Congregatione Regularium, et utraque ante Constitutionem Sixti V incipien. *Immensa* anni 1588 instituta reperitur. Et revera quoad Congregationem Episcoporum ex Archivio haec desumuntur. S. Pius V anno 1570 commisit abbati *di Maggio* visitationem apostolicam Dioecesis Aquileiensis, qui deinde Protonotario Apostolico Amoretto significabat, decreta in visitatione edita a catholicis non sine plausu excepta fuisse; haereticis vero valde displicuisse. Horum decretorum examen, et visitationis directio nonnullis S. R. E. Cardinalibus demandata fuit.

Gregorius XIII cum probe noverit huiusmodi visitationum utilitatem, alias annis 1573 et 1576 indixit. Hinc factum est, ut non solum Visitatores, sed Episcopi quoque, aliique ad eosdem Cardinales plura negotia deferrent, et epistolas mitterent, quas dirigebant Card. Madrucci, et praesuli Urbano Corniglia Protonotorio Apostolico cum inscriptione *Alla Sagra Congregazione de' Vescovi*, aut *sopra i Vescovi*, aut *sopra gli Ordinarî*.

Ab anno 1576 ad annum 1582 Praeses Congregationis erat Card. Maffei. Ab anno 1582 ad 1585 in negotiorum fasciculis inscriptum reperitur: *cinque Cardinali de' Vescovi e cinque de' Regolari;* ex quo deduci potest tunc temporis Congregationem Regularium exordium habuisse. Congregationi Episcoporum Card. Senonen, et alteri Regularium Alexandrinus praesidebat. Et referre praestat quae in regestis adnotata leguntur: *Feria 3. die 7 Ianuarii* 1586 *in Sacra Congregatione Illmorum et Rmorum DD. S. R. E. Cardinalium super negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium deputatorum hoc anno primo, Deo bene iuvante, habita coram Illmo et Rmo D. Cardinali Senonen Decano Congregationis, cui, etiam me Secretario praesente, Illmi et Rmi DD. Cardinales infrascipti, nempe S. Sixti, S. Marcelli, Veronen, Montisregalen et Lancillotto interfuerunt, inter alia decreta infrascriptae litterae fuerunt expeditae.*

Saepe Cardinales in huiusmodi coetus conveniebant; et ut plurimum, ita Congregationes reperiuntur enuntiatae: *in Sacra Congregatione Cardinalium super Visitationibus Apostolicis, negotiis, ac consultationibus Episcoporum et Regularium deputatorum habita.*

Secunda Congregatio coadunata fuit fer. III. 14 ianuarii 1586: tertia, fer. III. 21 ianuarii; quarta, fer. III. 28 ianuarii: quinta, fer. III. 4 februarii: sexta, fer. III. 11 februarii: septima, fer. III. 18 februarii; octava, fer. III. 25 februarii super visitationibus: nona, fer. III. 4 martii super visitationibus: decima, fer. III. 11 martii: undecima fer. III. 13 martii: duodecima, fer. III. 25 martii, licet celebraretur festum B. Annunciationis: decimatertia, fer. III. 8 aprilis; in qua cum essent festa Paschatis, ne negotia differri oporteret, speciales Secretario facultates concessae fuerunt: decimaquarta, fer. III. 15 aprilis 1586.

In Consistorio habito die 24 ianuarii eiusdem anni Sixtus V, praesente Card. Senonensi, facultatem tribuit S. C. absolvendi quascumque personas a censuris in *Bulla Coenae* contentis, exceptis haereticis, et deferentibus arma ad infi-

deles, et his similibus (vid. regestum 1586 pag. 64 in fine sub intestatione *Roma*).

Sixtus V Apostolicis litteris die 17 maii 1586 incipien. *Romanus Pontifex* sub annulo *Piscatoris* expeditis Michaelem S. Mariae supra Minervam Alexandrinum, et Ioannem Baptistam S. Marcelli, ac Vincentium S. Mariae in via titulorum Presbyteros, Montisregalis, et Ferdinandum S. Eustachii Diaconum de Medicis nuncupatos Cardinales.... *ad omnia et singula negotia, causas, et accidentia utriusque sexus, ac quorumvis ordinum regularium personas ecclesiasticas, loca, bona et iura quomodolibet concernentia, et dependentia ab eisdem cum suis adnexis, et connexis, quae ad Sedem Apostolicam pro parte ipsorum regularium seu contra ipsos active, vel passive, seu alias quomodolibet deferentur; nec non etiam ad omnes, et singulas religiosorum omnium, qui extra claustra monasteriorum suorum tum a suis superioribus eiecti, quam forsan ex propria temeritate, aut alias sine eorumdem Superiorum licentia vagantes, seu sub quavis specie religiosorum commorantes vivunt, petitiones, supplices libellos, lites, quaestiones et controversias, illarumque causas, et merita privative quoad omnes, simpliciter, et de plano sine processu, seu aliqua figura iudicii etiam extraiudicialiter audiendum, examinandum, cognoscendum, et quae illis decidenda videbuntur, decidendum fineque debito terminandum, ac omni et quacumque appellatione, reclamatione, vel recursu remotis, et quae decernenda, et ordinanda eis videbuntur exequendum seu exequi mandandum et faciendum; quae vero ad nos referenda iudicaverint, referendum, et quidquid super ad nos relatis decreverimus, iuxta ordinationem per nos eis, etiam vivae vocis oraculo, de quo eis credi volumus, faciendum exequi et fieri mandandum tenore praesentium constituimus et deputamus.*

Die 13 iunii 1587 praelaudatus Pontifex alias litteras apostolicas in forma Brevis, quae pariter incipiunt *Romanus Pontifex* edidit, quibus alios duos Cardinales congregationi adiunxit, eisque facultatem tribuit definiendi omnes prae-

dictas causas, quae contra regulares *active vel passive etiam quoad Episcopos* deferentur, *exceptis praefatis Episcoporum causis, quas audiendi examinandi et referendi facultatem (reservata Nobis penitus illarum decisione) tantummodo eis concedimus . . .*

Huius Congregationis Regularium duo decreta hic in exemplum recensentur. *Die 1 octobris* 1586. *Pro Fratribus Ordinis mendicantium . . . Illmi DD. Cardinales . . . decreverunt:* 1.° *quod circa saecularium confessiones ab ipsis Fratribus mendicantibus audiendas servetur decisio C. Concilii et Episcoporum: corripiantur Ordinarii, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentiis concessis id excipiunt;* 2.° *Fratres mendicantes nullatenus a quaestuatione, quae de licentia suorum Superiorum fit, et in dies fieri continget, prohibeantur:* 3.° *Ordinarii in cognitionibus causarum Fratrum Mendicantium tam civilium, quam criminalium minime sese ingerant, pariter nec in visitatione eorumdem Fratrum, vel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Concilii Tridentini Decreta conceditur:* 4.° *Ordinarii non impediant Fratres pulsare Campanas ad Matutinum, ad horas, et ad missam antequam pulsetur campana maioris Ecclesiae, praeterquam in die sabbati Sancti:* 5.° *quo autem ad quartam funeralium servetur decretum Concilii Tridentini.* = Fr. Michael Card. Alexandrinus = *Georgius Palearius Secret.*

Decretum contra Regulares temere, levive ex causa accedentes, absque eorum superiorum licentia. *Quia nonnulli Regulares vacandi studio, sive dum imminentem admissorum criminum poenam . . . sibi metuunt . . . non ad immediatos sui ordinis Superiores, scilicet a gravamine Prioris ad Provincialem; a Provinciali ad Generalem; a Generali ad Protectorem . . . sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia saepius fugiunt . . . placuit S. Regularium Congregationi ex ordine SSmi statuere, ut si quis Regularium imposterum temere, levive ex causa hanc Almam Urbem, seu Curiam, absque sui Superioris licentia, et supradicta forma praetermissa, adire praesumpserit, ad suos eosdem superieres saeveriori poena*

plectendus remittatur. 1587. F. M. Bon. Card. Alexandrin. = Georgius *Palearius* U. I. D. *Secret.*

Haec omnia statuta fuerunt ante constitutionem Sixti V editam die 23 martii 1588 incipien. *Immensa,* qua quindecim Congregationes idem Pontifex constituit. Inter alias recensentur Congregatio *Pro consultationibus Regularium* et alia = *Pro consultationibus Episcoporum et aliorum Praelatorum,* attributis cuique opportunis facultatibus. Per aliquod temporis spatium hae duae Congregationes distinctae remanserunt, sed deinde simul iunctae unam tantum effecerunt congregationem, quae *Sacra Congregatio negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita* nuncupata est, cui facultates utriusque fuerunt tributae. Ideo limitationes praescriptae pro congregatione Episcoporum quoad Regulares, qui antea propriam Congregationem adire tenebantur, amplius locum non habent, sed tam Episcopi, aliique ex saeculari Clero, quam Regulares ad S. C. Episcoporum et Regularium indiscriminatim confugiunt.

Ex sequentibus notitiis ex archivio S. C. desumptis statui potest ratio, quam inter se servarunt utraeque Congregationes Episcoporum nempe et Regularium, et quomodo tandem ex duabus una omnino effecta fuerit.

Primus Praeses Congregationis Episcoporum fuit Card. Maffeius ab anno 1576 ad annum 1582. Deinde enuntiata in actis legitur *S. Congregazione de' Vescovi,* et *S. Congregazione de' Regolari.* Card. Senonen ab anno 1582 ad 1585 Congregationi Episcoporum praefuit; et Card. Alexandrinus Congregationi Regularium; hinc remittebantur a Secretario supplicum libellorum, et ab Auditore Papae supplices libelli Card. Alexandrino, si agebatur de Regularibus, et Card. Senonen, si preces Episcopos respiciebant. Sed anno 1593 solus Card. Alexandrinus remansit in Praefecti munere, et nihilominus supplices libelli sequenti rescripto remittebantur *alla Sagra Congregazione sopra i Vescovi, alla Sagra Congregazione sopra i Regolari.* Anno 1599 in praedicto munere Card. Alexandrino successit Card. Florentinus, et huic an-

no 1605 Card. Gallus; anno 1606 idem munus ad interim suscepit Card. Sauli. Anno autem 1601 vera unio utriusque Congregationis facta reperitur, nam acta descripta habentur cum titulo *S. Congregationis Episcoporum et Regularium*. Vid. pag. 14 huius collectionis.

Ex Constit. *Immensa* superius citata Cardinalibus S. Congregationis Episcoporum *erit facultas, ut Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Praelatorum, et Ordinariorum quorumcumque etiam inferiorum* (non tamen Regularium) *petitiones audiant, propositisque difficultatibus, quaestionibus, ac controversiis, aliisque super quibus consulti fuerint, etiam per litteras sedulo, humaniterque respondeant, dubia, rationes et causas Ecclesiarum, earumque dignitatis, iurisdictionis, exemptionis, immunitatis, iurium, privilegiorum et laudabilium consuetudinum conservationem concernentes summarie cognoscant, atque tam ex partium petitione, quam ex officio componant, prout honestum, opportunumque eis videbitur. Causas item, et controversias inter eosdem Praelatos de iurisdictione, aliave de causa exortas, item inter Capitula, aut obtinentes dignitates, ac inter quarumque singulares personas, et universitates, aut locorum in temporalibus Dominos, praeter eas quae Concilii Tridentini interpretationem exigunt, vel ordinem iudiciarium re ipsa requirant, examinent, atque amicabiliter desuper transigere etiam per alios (si ita consultum videbitur) etiam extra Dioecesim curent.*

Ac praeterea ad Ecclesias visitandas ubique locorum, in quibus christiana viget religio visitatores nobis praesentent ut . . . destinare valeamus. Visitationis item formam illis praescribant, ut multo cum spirituali fructu, et fidelium aedificatione munus suum obeant, negotiorumque omnium tractationis modum assignent, ac negligentiam (si quando opus erit) emendent. Insuper (ubi necessitas exegerit), viros usu, et doctrina idoneos, rectos et timentes Deum deligant, qui nostrarum litterarum auctoritate suffulti. Ecclesias ut Vicarii Apostolici regant. Denique eosdem Cardinales immunitatis Ecclesiarum defensores, ad tuendum ipsorum Praelatorum personas, res,

et bona quaecumque Ecclesiarum praedictarum ab omnium iniuriis, atque oppressionibus adversus quoscumque quavis auctoritate praefulgentes constituimus.

Relate ad Congregationem Regularium dicta Constit. *Immensa* inspicienda est, qua eidem S. C. conceditur etiam, ut permittere possit transitus ad strictiorem Religionem, cognoscere causas apostatarum, et vagorum, eosque coercere; promovere observantiam regulae, et urgere executionem constitutionum Apostolicarum. Praeter facultates in memorata Constit. *Immensa* contentas, aliae deinde a Summis Pontificibus S. C. EE. et RR. concessae fuerunt, quarum usum explicat Card. De Luca in relatione Curiae Romanae prout in his collectaneis a pag. 1 usque ad 10 refertur. Facultates istae *ordinariae* sunt, vel *extraordinariae;* primae S. C. inhaerent, secundae a Summo Pontifice, prout ei placuerit, pro celeriori negotiorum expeditione plerumque delegantur; aliae in singulis casibus expostulantur, nempe in audientiis, quas qualibet feria sexta Secretario S. Pontifex concedit, vel in audientiis, quas Cardinalis Praefectus obtinere solet. Secretarius S. C. quasdam ex ordinariis facultatibus, omnes vero ordinarias Emus Praefectus habet, ad quem etiam privative spectat per Secretarium Congregationes generales indicere. Insuper ut aliquis nexus habeatur inter S. Congregationem EE. et RR. ac S. C. super disciplina regulari, SSmus D. N. Pius PP. IX per epistolium secretariae Status ad Card. De Genga missum post obitum Card. Bianchi statuit, ut Card. Praefectus S. C. EE. et RR. praefecturam quoque S. C. super regulari disciplina gerat.

Faciliora negotia expedire solet Secretarius, graviora in congressu hebdomadali expediuntur, cui adesse solent Secretarius, Sub-Secretarius, et Auditor, sub praesidentia Card. Praefecti. Causae, controversiae, dubia, aliaque maioris momenti in congregationibus generalibus Emorum Patrum definiuntur, praevio in quibusdam casibus alicuius Consultoris voto. Quae apostolica approbatione, vel dispensatione, vel derogatione indigent, ad S. Pontificem referun-

tur. Aliquando Pontifex solet cognitionem alicuius rei nunnullis Emis Patribus eiusdem S. C. committere, et tunc habentur Congregationes, quae *particulares, seu speciales* nuncupantur, eaeque ut plurimum dicuntur *ad referendum*, quia resolutio S. Pontifici pro approbatione referenda est.

Nonnullae causae pro rerum qualitate *iuris ordine servato* aguntur, iuxta decretum, quod pag. 11 legitur, et pro iis mos invaluit, ut Defensores suum patrocinii opus typis vulgatum distribuant. Relate ad causas criminales, quae in gradu appellationis ad S. C. ex Constit. Pii VII San. Mem. incipien. *Post diuturnas* deferuntur, prostat decretum pag. 177 huius Collectionis. Pro Consultationibus olim communicabatur positio manuscripta Card. Relatori, ut de re ad Patres Cardinales referret, votumque suum panderet: in casibus maioris momenti fiebat eiusdem positionis manuscriptae distributio, uti aiunt, *per manus*. Sed anno 1834 non solum constituti fuerunt Consultores ex decreto, quod pag. 10 habetur, verum etiam introducta fuit distributio Consultationum typis impressarum, in quibus exponitur factum, et principia iuris enuntiantur, addito summario. Ad conficiendas consultationes typis imprimendas, et ad alia peragenda munus Summistae deinde a Gregorio XVI San. Mem. institutum fuit, prout videri poterit in litteris nominationis a Secretaria Status expeditis.

Ab hac S. Congregatione EE. et RR., cuius originem, et facultates exponendas censui, plurima decreta, resolutiones, decisiones latae sunt, eaeque in amplo tabulario asservantur, quod munificentia SSmi D. N. Pii PP. IX anno 1862 uno in loco collocatum et ordinatum fuit. Verum, vix quaedam decreta, et resolutiones innotescunt, quae ab auctoribus data opportunitate sparsim referuntur. Aliquas resolutiones collegit Nicolius in opere, cui titulus *Flosculi*, sed paucae sunt, et summatim tantum exhibentur. Anno autem 1836 in lucem editus fuit a Secretaria eiusdem S. C. parvus libellus, inscriptus *Collectanea in usum Secretariae S. C. EE. et RR.* triginta tribus paginis constans et quae-

dam tantum recentiora decreta continens; cuius exemplaria brevi absumpta fuerunt. Quare Patres Cardinales S. C. saepe saepius me urgebant, ut locupletiora collectanea conficerem, et communi utilitati sic providerem.

Quamvis mihi tempus deesset, opus aggressus sum, eo tamen consilio ut aliqua selecta decreta tum ex antiquis, tum ex recentioribus in lucem ederem, ex quibus principia, et praxis S. C. colligi posset, et specimen quoddam collectionis exhiberem in usum Secretariae eiusdem Congregationis; impossibile enim erat, ut brevi temporis spatio, et ab una tantum persona omnia decreta, et resolutiones in lucem ederentur.

Quae causas criminales respiciunt simul iuncta sunt, ac etiam collectioni additae duae appendices, quarum prima methodum, qua in examinandis et approbandis novis Institutis S. C. utitur, exponit; secunda vero refert acta S. C. super statu Regularium, penes quam Secretarii munere fungebar.

Nonnullae S. C. resolutiones renuntiantur in notis, ac etiam in expositionibus facti, et iuris, quae decisionibus, et rescriptis eiusdem S. C. praemittuntur. Huiusmodi expositiones antiquis resolutionibus praemissae minime sunt, quia olim responsa ut plurimum per epistolas communicabantur, nec adhuc consultationes typis impressae inductae fuerant. Accuratior ordo chronologicus servandus profecto erat, et emendatior, ac nitidior editio curanda, sed ob quaedam rei adiuncta id assequi minime potui. Ideoque parcat benevolus lector, et sciat mihi satis esse, ut aliquo modo votis Patrum Cardinalium satisfecerim, et selectarum resolutionum Sacrae Congregationis quamdam collectionem, licet numeris omnibus non absolutam, confecerim.

INDEX ALPHABETICUS

CAUSARUM ET DECRETORUM

I.

GENERALIUM

A

Acta S. Congregationis super Statu Regularium. 815.

Alexandri VII Constitutio circa ingressum confessariorum regularium in clausuram monialium. 262.

Appellationes. Decreta de appellationibus. 18, 163, 192.

Artis aromatoriae. 338.

C

Casus quos Superiores regulares sibi reservare possunt. 246.

Casus reservati in constitutione Benedicti XIV *Sacramentum poenitentiae*. 763.

Causae criminales. 163, 194.

Clausura monialium restituenda. 45.

Conferentiae casuum quoad regulares. 277.

S. Congregatio Episcoporum et Regularium. Erectio. Forma decretorum. Modus procedendi. I Causae criminales. 163.

Constitutio Benedicti XIV circa praecepta poenalia. 195.

Constitutio Clementis XIII circa homicidia per clericos perpetrata. 195.

Constitutiones Aegidianae. 194.

Custodia Eucharistiae. Encyclica. 31.

D

Declarationes super subiectione parvorum conventuum iurisdictioni Ordinarii. 251, 255, 261, 267, 268.

Decretum de modo tractandi negotia in S. Congregatione. 10.

Decretum de locationibus et alienationibus rerum ecclesiasticarum. 62.

Decretum generale quoad funera et iura parochi cum regularibus. 333.

Decretum de receptione novitiorum. 832.

Declarationes 839.

Dispensatio a poenis inflictis per sententias tribunalium episcopalium. 166.

Dubia circa visitatores apostolicos. 320.

Duratio praeceptorum poenalium. 193.

E

Edictum Clementis XI circa confessarios monialium. 293.

Educandae. Antiqua formula admissionis. 151.

Electionis Abbatissarum. 208.

Elenchus praecipuorum institutorum quae S. C. approbationem obtinuerunt. 808.

Encyclicae super reservatione casuum. 13, 22.

Encyclica super clericis extraneis. 89.

Encyclica super qualitate iudicum. 168.

Encyclica et instructiones relate ad causas criminales. 171.

Encyclica de appellationibus. 192.

Encyclica super expensis officiorum quoad moniales. 291.

Encyclica super exercitiis spiritualibus ordinandorum et novitiorum 374.

Encyclica circa quaedam officia quae a viris ecclesiasticis retineri nequeunt. 375.

Encyclica super reformatione Taxae Innocentianae. 415.

Encyclica de professione votorum simplicium ante vota solemnia. 853.

Epistola super competentia in causis criminalibus regularium. 188.

Epistola super cardinalibus protectoribus regularium. 302.

Examinis religiosorum in civilibus. 359.

G

De Grangiis monasteriorum. 264, 267.

H

Hospites et tertiarii non recipiendi ante aetatem praefinitam. 274.

I

Incompatibilia munia. 330.

Interventus defensorum ad comitia S. Congregationis. 165.

L

Legitimatio processus. 167.

M

Methodus quae servari solet in approbandis novis institutis votorum simplicium. 772.

Missa. De prohibitione celebrandi missam extra dioecesim. 102.

Modus probandi mortem coniugis tempore pestis. 260.

Monialium. Super expensis officiorum. 28.

Monialium. Super determinatione numeri. 207, 241.

Monialium. Clausurae quoad egressum abbatissae electae. 208.

R

Regressus ad ordinem religiosorum qui indultum saecularizationis obtinuerunt 47.

Regularium. Circa suspensionem confessariorum. 21.

Regularium. Circa restrictionem facultatum confessariorum. 25.

Regularium. Super accessu ad monasteria monialium. 22.

Regularium. Super reformatione. 42.

Regularium. Super concessione graduum et privilegiorum. 305.

Regulares confugientes ad religiosos alterius religionis. 330.

Regularium. Circa superiores impedientes renunciationem novitiorum. 384.

Regularium. Circa gradum ex-generalis. 384.

Regularium. Quoad debita contrahenda. 389, 390.

Regulares. Super reformatione et votis simplicibus praemittendis. 862.

S

Secreti commissi ratione ministerii. 99.

Signatura iustitiae quoad appellationes in materia criminali. 164.

Subsidia dotalia pro sororibus votorum simplicium. Decretum generale. 120.

Successionis religiosorum. 52, 70.

Suspensionis confessariorum regularium. 326.

V

Vicarii capitulares intrusi. 153.

II.

IUXTA DIOECESES ET ORDINES

A

Abellinen. Distributionum. Pag. 232.

Abellinen. Distributionum. 233.

Abulen. Super accessu regularium ad monasterium monialium. 386.

Aesina. Super facultate testandi. 117.

Aesina. Expensarum. 398.

Aesina. Super magistro musices quoad moniales. 402.

Aesina. Super ingressu confessariorum in clausuram monialium et super approbatione confessariorum. 546.

Aesina. Emolumentorum funeris et suspensionis privilegiorum sodalitii *Saccoini*. 569.

Agrigentina seu Capucinorum. Fundationis conventus cum aliqua dotatione. 342.

Albanen. Venditionis. 505.

Albanen. Cessationis oneris missarum. 531.

Alben. Remotionis parochi. 239.

Alben. Funerum. 304.

Albien. Sororum a Praesentatione. 148, 785, 806.

Albinganen. Super adscriptione monialium piis sodalitiis. 394.

Alexandrina. Approbationis confessariorum pro clericis. 239.

Alexandrina. Super regularibus confessariis monialium. 381.

Alexien. De episcopo regulari quoad observantiam regulae. 712.

Algaren. Super assistentia monialis moribundae. 347.

Aliphana. Visitationis confraternitatum in ecclesiis regularium. 249.

Almerien. Super deputatione duorum vicariorum generalium. 376.

Amalphitana. Executionis rescripti. 29.

Amalphitana. Inhibitionis usus privilegiorum. 523.

Amalphitana. Usus privilegiorum. 559.
Amerina. Officii chori. 225.
Amerina. Super revocatione presbyteri ad dioecesim. 413.
Americana. Votorum. 723.
Anagnina. Adulterii. 183.
Anagnina. Super iure testandi. 619.
Anagnina. Procuratoris. 680.
Andegaven. Sororum Boni Pastoris. 60, 140.
Annecien. Super dubiis a monialibus Visitationis propositis. 492.
Annecien. Missionariorum a S. Francisco Salesio. 798.
Aprutina. Super electione vicarii capitularis existente vicario apostolico. 37.
Aquilana. Vicarii apostolici. 214.
Aquilana. Vicarii capitularis. 260.
Aquilana. Vicarii apostolici. 276.
Aquinaten. Deputationis concionatorum sede episcopali vacante. 30.
Aquinaten. Sponsalium. 132.
Aquinaten. et Pontiscurvi. Super deputatione vicarii generalis. 395, 437.
Aquipendien. Super alienationibus. 42.
Ariminen. Iurium Cancellariae. 72.
Ariminen. Distributionum. 216.
Ariminen. Residentiae parochi. 223.
Ariminen. Vicarii generalis. 244.
Ariminen. Funerum et processionis. 377.
Ariminen. Exemptionis a iurisdictione parochi. 490.
Ariminen. Super caducitate legatorum. 580.
Ariminen. Libelli famosi. 654.
Asculana. Diffamationis. 184.
Asculana. Taxae. 415.
Asculana seu Cirinolien. Funerum. 656.
Assisien. Examinis. 227.
Assisien. Super renovatione renunciationis. 402.
Assisien. Investimenti. 419.
Asten. Capellaniae vacantis. 228.
Augustana. Iurispatronatus. 122.
Augustana. Instituti Virginum Anglicanarum. 369.
Augustinianorum. Gravaminis. 270.
Augustinianorum. Super dilatione professionis. 325.
Augustinianorum seu Bononien. Patronatus ecclesiastici. 702.
Augustinianorum. Super facultate eligendi confessarium. 720.
Austriae. Super votis simplicibus praemittendis professioni solemni. 158.
Austriae. Super votis simplicibus relate ad moniales. 736.
Auximana. Clausurae. 410.
Auximana. Super successione ad pium relictum. 627.
Avenionen. SSmi Redemptoris. 102.
Avenionen. Clausurae in casu epidemiae. 311.

B

Baiocen. Super frequentia sacrae communionis et confessionis. 87.
Baiocen. Sororum Misericordiae. 789.
Balneoregien. Stupri. 238.
Baren. seu Tranen. Dotis monasticae et alimentorum. 645.
Belgii. Votorum. 739.
Bellicen. Fratrum a S. Familia. 588, 798.
Bellicen. Sororum a S. Iosepho. 781.
Bellicen. Instituti fratrum a Cruce Iesu. 805.
Benedictinorum Cassinensium. Super administratione cellarariorum. 258.
Benedictinorum congregationis Bavariae. Super benedictione abbatum. 289.
Bobien. Iubilaei. 392.
Bononien. Declarationis constitutionis Benedicti XIV *Pastoralis curae* circa confessarios monialium. 30.
Bononien. Prospectus in monasterium. 81.
Bononien. Super contractu emphyteusis. 486.
Bovinen. Vicarii capitularis. 234.
Brictinorien. Dotis monasticae. 389.

C

Calaguritana. Absolutionis pro dotibus alienatis. 412.
Calaritana. Tertiariorum super dependentia a parochis. 386.
Callien. Distributionum. 210.
Callien. Super constitutionibus synodalibus. 306.
Camaldulensium. Super ordinatione a quocumque et interstitiis. 341.
Camaldulensium. Praecedentiae. 436.
Camberien. Sororum a S. Iosepho. 782.
Camerinen. Super executione sententiae syndicatoriae. 88.
Camerinen. Curae animarum. 219.

Camerinen. Monialium exemptarum. 350.
Camerinen. Taxae. 415.
Camerinen. Super dote conversarum. 422.
Camerinen. Restaurationis ecclesiae parochialis. 477.
Camerinen. Praestationis suppellectilium et redditionis rationum. 480.
Capuana. Vicarii capitularis. 279.
Cappuccinorum. Declarationis decreti *Ut in parvis*. 255.
Cappuccinorum. Super benenedictione animalium et praediorum. 262.
Cappuccinorum. Incapacitatis ad recipienda legata. 279.
Cappuccinorum. Super concessione scapularis. 287.
Cappuccinorum. Funerum. 344.
Cappuccinorum seu Reformatorum. Super expensis litis. 764.
Caputaquen. Vicarii apostolici. 229.
Carmelitarum. Super vestitione et professione in conventu non designato pro novitiatu. 279.
Carmelitarum. Funerum. 340.
Carmelitarum. Super prohibitione recipiendi aliquid a novitiis praeter victum et vestitum. 396.
Carnoten. Sororum a S. Paulo. 792.
Cassanen. Concilii provincialis. 219.
Castellana. Super iuribus abbatissae Conversani. 290.
Castri Maris. Super defensione causarum et aliis. 303.
Castren. Super ordinatione regularium extra tempora. 343.
Catalaunen. Sororum a Nazareth. 794.
Catanien. Reliquiarum. 218.
Catanien. Expulsionis monialis. 365.
Cathacen. Praedicationis et functionum quoad patres Iesuitas. 354, 356.
Cathacen. Super locationibus bonorum. 362.
Cenomanen. Super obligatione monialium recitandi officium. 495.
Cervien. Congruae. 84.
Caesenaten. Capellani confraternitatis. 281.
Caesenaten. Iurisdictionis parochialis in quaestuantes et inservientes monialium. 348.
Caesenaten. Distributionis dotium. 465.
Caesenaten. Dispensationis super defectu aetatis ad beneficium. 495.
Cisterciensium. Super solemnitate votorum quae a conversis emittuntur. 366.
Cisterciensium Montis Soractae. Quoad societates animalium. 399.
Civitatis Castellanae. Taxae. 419.
Civitatis Castelli. Odei monialium in ecclesia parochiali. 410.
Civitatis Castelli. Super actionibus societatis *Accomandita*. 530.
Civitatis Castelli. Super absolutione a reinvestimentis et depositis. 592.
Civitatis Ducalis. Confessarii monialium super dispensatione a defectu aetatis. 345.
Clusina. Confraternitatis relate ad celebrationem missae. 224.
Comaclen. Praelationis. 664.
Comen. De confessariis monialium quolibet triennio immutandis. 12.
Comen. Vicarii generalis. 217.
Comen. De regressu et votis Ursulinarum. 386.
Conchen. Super executione rescripti saecularizationis. 611.
Congregationis presbyterorum saecularium N. Super privilegiis. 740.
Conventualium. Visitationis confraternitatum in ecclesiis regularium. 250.
Conventualium. Funerum et processionis. 348.
Conventualium. Super numero religiosorum ut conventus exemptione gaudeat. 357.
Conventualium. Praecedentiae quoad collegium S. Bonaventurae. 378.
Conversana. Institutionis et elationis ad dignitates. 548.
Cornetana. Vicarii generalis. 256.
Cremen. Confirmationis abbatissae. 266.
Cremonen. Cuculli violacei. 234.
Cusentina. Concilii provincialis. 220.
Cusentina. Quartae funeralis. 294.

E

Elnen. Processionis. 261.
Eugubina. Super reservatione iurium in professione religiosa. 93.
Eugubina. Homicidii. 185.
Eugubina. Vicarii generalis dioecesani. 345.
Eugubina. Super denegatione primae tonsurae. 403.
Eugubina. Taxae seminarii. 404.

Eugubina. Deletionis nominis a libris baptizatorum. 670.
Eugubina. Solutionis pretii stramentorum. 685.

F

Fabrianen. Funeris educandae. 379.
Fabrianen. Funerum. 385.
Fanen. Stemmatis. 41.
Fanen. Vicarii capitularis. 355.
Fanen. Super admissione tertiae sororis. 435.
Faventina. Census et indulti super defectu numeratae pecuniae. 106.
Faventina. Superioritatis in tertiarios. 339.
Faventina. Super novis regulis constituendis et monialium consensu. 370.
Faventina. Irregularitatis. 443.
Faventina. Aperitionis conventus. 625.
Ferentina. Montis frumentarii. 82.
Ferentina. Stupri cum promissione matrimonii. 183.
Ferentina. Lenocinii. 184.
Ferentina. Reductionis canonis. 446.
Feretrana. Absolutionis. 349.
Feretrana. Spolii. 593.
Ferrarien. Funerum quoad religiosos ad ea vocandos. 222.
Ferrarien. Clausurae in conventu in quo milites degunt. 361.
Ferrarien. Subsidiorum dotalium. 482.
Ferrarien. Erectionis monasterii. 498.
Ferrarien. Erectionis monasterii. 637.
Firmana. Super obligatione investiendi dotes etiam numerarias. 395.
Firmana. Restitutionis ecclesiae. 449.
Firmana. Administrationis. 484.
Florentina. Instituti Filiarum a S. Stygmatibus. 141, 142.
Florentina. Ordinis Carthusiani super voto paupertatis. 520.
Forolivien. Deletionis hypothecae et sanationis sensus. 108.
Forolivien. Exemptionis a iurisdictione parochi. 497.
Forosempronien. Approbationis administrationis et erogationis crediti. 568.
Fossanen. Ingressus confessarii in clausuram monialium. 329.
Fulginaten. Electionis abbatissae. 265.
Fulginaten. Expulsionis monialis. 401.
Fulginaten. et Spoletana. Reportationis rescripti. 560.
Fulginaten. Recessus a contractu permutationis. 600.
Fundana. Distributionum. 226.

G

Gandaven. Votorum solemnium et clausurae papalis. 411.
Gandaven. Sororum S. Vincentii a Paulo. 779.
Gerunden. Instituti Filiarum Mariae. 146, 780.
Gratianopolitana. Conversarum. 286.
Gravinen. et Montis Pelusii. Vicarii capitularis. 605.
Guastallen. Vicarii capitularis. 41.

H

Herbipolen. Dispensationis votorum simplicium. 133.
Hortana. Diffamationis. 184.
Hortana. Incisionis arborum. 185.
Hortana seu Verulana. Emphyteusis. 746.

I

Iadren. Examinis ordinandorum. 256.
Interamnen. Coadiutoriae. 481.
Interamnen. Super peremptione appellationis. 187.
Ipporegien. Super colligendis eleemosynis per religiosos Mendicantes. 285.

J

Januen. et Parmen. Super contractibus alienationis. 240.
Januen. Matrimonii rati. 260.
Januen. Super receptione monialium consanguinearum. 284.
Januen. seu Albinganen. Restitutionis in integrum et nullitatis professionis. 622.
Juvenacen. Super exemptione conventus suppressi et deinde restituti. 359.

L

Lauden. Associationis cadaverum et aliarum functionum in ecclesiis confraternitatum. 235.
Lemovicen. Instituti Sororum a S. Maria Josepho. 147, 784.
Licien. Vicarii apostolici. 230.
Licien. Ordinationis. 234.
Licien. Vicarii apostolici. 248.
Licien. Jurium. 672.
Limana. Clausurae. 373.

Limburgen. Instituti Pauperum Ancellarum Jesu. 778.

Lincien. Missionis parochorum regularium in possessionem paroeciae. 681.

Lisbonen. Presbyterorum Oratorii. 265.

Lucana. Custodiae Eucharistiae 220.

Lucana. Erectionis monasterii. 419.

Lucana. Administrationis. 478.

Luceorien. Electionis abbatissae. 323.

Lucionen. Super instituto Missionariorum Mariae et Filiarum Sapientiae. 131.

Lugdunen. Super parvo officio Beatissimae Virginis. 72.

Lugdunen. Super approbatione clericorum.

S. Victoris. 80.

Lugdunen. Super instituto fratrum Maristarum. 145, 795.

Lugdunen. et Taurinen. Sororum a S. Iosepho. 499, 524.

Lugdunen. Presbyterorum Maristarum circa votum paupertatis. 806.

Lusitana. Iurisdictionis et facultatum virtute bullae Cruciatae. 282.

M

Maceraten. Concionis. 222, 224.

Maceraten. Pensionis. 566.

Maceraten. et Tolentina. Impositionis census favore sacrarii ecclesiae Capucinorum. 603.

Marianen. Super erectione tertii ordinis. 109.

Marianopolitana. Instituti sororum filiae Charitatis famulae pauperum nuncup. 146, 779.

Marsicana. Super denegata sepultura. 54.

Marsorum. Purificationis post partum. 227.

Massilien. Super approbatione instituti S. Petri ad Vincula. 129.

Massilien. Super admissione tertiae sororis et supranumerariae. 336.

Massilien. seu Adiacen. Super iure succedendi. 694.

Maurianen. Concessionis iurispatronatus. 512.

Mazarien. Electionis abbatissae. 283.

Mechlinen. De immutandis confessariis monialium quolibet triennio. 24.

Mechlinen. Super approbatione instituti fratrum Misericordiae. 143.

Mechlinen. Super iure praesentandi ad paroecias. 643.

Meliten. Super libris parochialibus status animarum. 393.

Meliten. Restitutionis in integrum. 535.

Mendicantium. Praecedentiae in processionibus. 329.

Messanen. Iurisdictionis super domibus Oratorii. 49.

Messanen. Restitutionis in integrum et nullitatis professionis. 134.

Messanen. Praeventionis. 233.

Messanen. Super facultatibus abbatis commendatarii. 282.

Mileten. Absolutionis. 225.

Mindonien. Executionis rescripti. 35.

Minimorum. Super celebratione capituli generalis. 353.

Minorum Observantium. Super electione Superiorum. 68.

Minorum Observantium. Super pensione pro alimentis a novitiis persolvenda. 79.

Minorum Observantium. Super colligendis eleemosynis. 271.

Minorum Observantium. Circa capacitatem recipiendi legata. 276.

Minorum Observantium. Super accessu ad Urbem. 289.

Minorum Observantium. Visitationis et contributionis. 296.

Minorum Observantium. Super associatione Episcopi in sacra visitatione. 299.

Minorum Observantium. Super prohibitione substituendi alios religiosos vocalibus absentibus. 316.

Minorum Observantium. Circa capacitatem recipiendi bona, census et legata. 335, 336.

Minorum Observantium. Super acceptatione legatorum. 384.

Minorum Observantium. Super itineratione in viis ferreis. 689.

Minorum Observantium Reform. Funerum. 295.

Minorum Reformatorum loci Scilla. Erectionis conventus. 318.

Minorum Reformatorum. Facultatis excipiendi confessiones monialium. 322.

Monacen. et Frisingen. Instituti Sororum pauperum Dominae Nostrae. 774.

Monopolitana. Funerum et sacrarum functionum. 313.

Montevideo. Erectionis monasterii. 644.

Montis Alti. Montis pietatis. 244.

Montisfalisci. Super praelatione ad monasticam professionem. 616.

Montis Pelusii. Funerum. 346.

Montis Pelusii. Funerum. 370.
Montis Politiani. Funerum. 297.
Motulen. Vicarii capitularis. 211.
Mutinen. Examinis carceratorum. 238.
Mutinen. Super clausura et approbatione constitutionum. 454.
Mutinen. Super contractu emphyteusis. 583.

N

Narnien. Super examine regularium in causis criminalibus. 359.
Neapolitana. De immutandis confessariis monialium quolibet triennio. 13.
Neapolitana. De vicariis capitularibus intrusis. 153.
Neapolitana. Nè vicarii capitulares dent litteras dimissoriales etiamsi annus elapsus sit. 337.
Neapolitana. Super accessu regularium ad monasteria monialium. 437.
Neapolitana. Denegatae sepulturae. 635.
Nepesina. Absolutionis. 185.
Nepesina. Sepulturae. 244.
Nepesina. Super egressu monialium ad stipem quaerendam. 409.
Neritonen. Super tonsura et minoribus ordinibus a presbytero collatis. 218.
Neritonen. Convocationis capituli. 235.
Nicien. Super ecclesia regulari et paroecia in eam translata. 440.
Nicoteren. Super reservatione casuum quoad moniales regularibus subiectas. 365.
Nolana. Visitationis ecclesiae regularium. 27.
Nolana. Executionis rescripti. 112.
Noten. Super causis nullitatis professionis in Sicilia. 143.
Novarien. Super approbatione instituti Charitatis. 83.
Novarien. Restitutionis dotis. 696.
Nucerina. Alienationis. 39.
Nucerina. Eleemosynarum. 226.
Nucerina. Super alienationibus iuxta cap. *Terrulas*. 298.
Nucerina Paganorum. Visitationis monialium exemptarum. 319.
Nucerina Paganorum. Vicarii capitularis. 410.
Nucerina. Prorogationis indulti. 586.
Nullius Marrubii. Locationis. 28.
Nullius Nonantulae. Concursus. 37.
Nullius Ferentilli. Super locationibus. 49.
Nullius Putignani. Super exercitio iurisdictionis. 237.
Nullius Ripalda. Iurisdictionis in parvos conventus. 254.
Nullius terrae Pontiani. Funerum. 348.
Nullius Meldulae. Licitationis. 397.
Nullius S. Pauli. Capellaniae. 525.
Nullius Montis Virginis. Super privilegio conferendi sacramentum confirmationis etiam extraneis. 636.
Nullius Sublacen. Solutionis. 661.

O

Olivetanorum. Circa novitiatus et regularem observantiam. 63.
Olivetanorum Siciliae. Super visitatione Apostolica. 106.
Olivetanorum. Super votis Oblatorum. 400.
Olomucen. Sororum tertii ordinis S. Francisci. 144.
Ordinis Hierosolymitani. Breve apostolicum de praemittendis votis simplicibus per decennium ante solemnem professionem. 631.
Ordinis Hierosolymitani. Super iure ferendi suffragium. 761.
Oriolen. Super revocatione donationis ante professionem factae. 103.
Oritana. Litterarum dimissorialium. 232.
Oritana. Mensae episcopalis. 233.
Oritana. Super regularibus relate ad confessiones monialium. 313.
Ostien. Super approbatione concionatorum regularium. 231.
Oxomen. Vicarii generalis. 214.

P

Pacen. Erectionis monasterii monialium. 337.
Paderbonen. Instituti sororum Charitatis Immaculatae Conceptionis. 776.
Panormitana. Super privilegio ingressus in clausuram fundatrici concesso. 317.
Panormitana seu Romana. Census. 426.
Papien. Procurationis. 211.
Papien. Levis percussionis. 323.
Parisien. Super votis monialium Galliae. 86.
Parisien. Instituti sororum a S. Thoma de Villanova. 786.
Parmen. Alienationis. 240.
Parmen. Processionis et funerum. 284.

Parmen. Consuetudinis in funeribus. 312.
Parmen. Indulti incedendi in habitu laicali. 556.
Parmen. Exemptionis a iurisdictione parochiali. 563.
Passionistae. Super translatione usus-fructus. 74.
Patavina. Decimarum. 704.
Pennen. Super peremptione appellationis. 187.
Pergulana. Abigeatus. 186.
Pergulana. Taxae. 416, 417.
Pergulana. Refectionis aggerum et damnorum. 573.
Perusina. Visitationis paroeciarum. 212.
Perusina. Coemeterii quoad regulares. 599.
Pientina. Funerum. 339.
Pientina. Sacrarum functionum et funerum. 387.
Pinarolien. Oblatorum quoad exemptionem ab Ordinario. 429.
Pisauren. Administrationis sacramenti poenitentiae. 26.
Pisauren. Appellationis. 186.
Pisauren. Super electione sepulturae. 602.
Pisauren. seu Minorum Conventualium. Super iure funerandi. 699.
Piscien. seu Ordinis S. Augustini. Super facultate eligendi confessarium. 720.
Pistorien. Taxae. 221.
Placentina. Circa numerum religiosorum in conventu nondum integre extructo. 248.
Placentina. Funerum. 256.
Placentina. Super exclusione familiarium episcopi a capitulo, aliisque. 258.
Placentina. Funerum. 301.
Policastren. Clausurae papalis cum votis simplicibus. 88.
Policastren. Super absolutione cadaveris. 230.
Ponticurvi. Super alienationibus sede vacante. 40.
Pontiscurvi. De iure eligendi vicarium capitularem. 395, 437.
Portugallien. Super numero monialium. 334.
Potentina. Vicarii capitularis. 300.
Praedicatorum Ordo. Super affiliationibus. 380.
Praedicatorum seu Messanen. Super tacita professione. 637.
Praedicatorum. Suspensionis. 753.
Praenestina seu Romana. Super appellatione. 168.
Pragen. Instituti sororum Misericordiae a S. Carolo Borromeo. 97.

R

Ratisbonen. Confirmationis abbatum. 368.
Ravennaten. Erectionis monasterii. 90.
Ravennaten. Appellationis in causis criminalibus. 190.
Reatina. Stupri. 184.
Recineten. Adoptionis. 98.
Recineten. Matrimonii. 228.
Recursus regularium in materia obedientiae. 379.
Redemptoristae. Circa domum Romae constituendam. 131.
Regien. Eremitarum S. Mariae de Gonzaga quoad susceptionem ordinum. 213.
Reginen. Appellationis. 236.
Rhedonen. Visitationis regularium et piarum domorum. 155.
Rhedonen. Super instituto presbyterorum immaculatae Conceptionis a S. Mehenno. 790.
Ripana. Erectionis hospitalis. 94.
Ripana. Venditionis coactae. 468.
Romana. Super dotibus pro monachandis. 34.
Romana. Super iuramento ab Hebraeis praestando. 50.
Romana. Super cessione pensionis. 91.
Romana. Super caesione arborum subercarum. 97.
Romana. De confessariis religiosorum et monialium extra claustra degentium. 129.
Romana. Super societate presbyterorum Resurrectionis. 149.
Romana. Super extensione temporis quo moderatores generales in officio perdurare debent. 154.
Romana. Plurium delictorum. 185.
Romana. Dubia circa visitatores apostolicos. 320.
Romana. Super privilegiis religiosorum Academiae theologicae adscriptorum. 360.
Romana. Super licentia celebrandi missam. 380.
Romana. Beneplaciti apostolici in alie-

nationibus quoad sacerdotes congregationis Missionis. 421.
Romana. Absolutionis ob omissum dotis depositum. 427.
Romana. Super electione guardianorum Conventualium. 427.
Romana. Alienationis ecclesiae. 449.
Romana seu Canonicorum Regularium. Super approbatione constitutionum. 461.
Romana. Praelationis in emphyteusis contractu. 516.
Romana. Emphyteusis super vigesima. 537.
Romana. Restitutionis in album sodalitii. 585.
Romana. Concessionis sepulturae. 639.
Romana. Super iuribus cardinalis titularis. 639.
Romana. Quoad facultatem regularium absolvendi reos perduellionis et invasionis Status Ecclesiastici. 672.
Romana. Remotionis chirurgi. 750.
Romana. Super acceptatione sextae. 766.
Rossanen. Testimonialium. 223.
Rossanen. Seminarii quoad unionem paroeciarum. 229.
Rossanen. Parochi quoad confessionem monialium. 394.

S

Sabinen. Plurium delictorum. 184.
Sagien. Super nullitate votorum. 423.
S. Hippolyti. Collationis ordinum. 127.
S. Miniatis. Vicarii capitularis quoad confessarios. 407.
S. Ludovici. Votorum. 487.
S. Iacobi de Chile. Erectionis collegii ordinis Praedicatorum. 533.
SS. Conceptionis de Chile. Erectionis monasterii. 615.
Sardiniae. Super seminariis. 506.
Sarsinaten. Taxae. 400.
Sarsinaten. Super mediis providendi inopiae ecclesiae parochialis. 550.
Sarzanen. Litterarum dimissorialium. 284.
Savonen. Paramentorum. 223.
Scholarum Christianarum. De constituendo vicario generali in Urbe. 65.
Seccovien. Super approbatione sororum a scholis. 104.
Senen. Vicarii generalis. 209.
Senen. Super concione in ecclesiis regularium. 281.
Senen. Super deposito pecuniae. 425.
Senogallien. Taxae seminarii. 215.
Senogallien. Inventarii. 493.
Senogallien. Cathedratici. 576.
Senogallien. Stupri. 650.
Senogallien. Capellaniae. 659.
Serena. Erectionis monasterii. 621.
S. Hyppoliti. Collationis ordinis. 127.
Sicula. Protestatio contra visitationem regis nomine factam. 112.
Sicula. Visitatio regularium episcopis commissa. 121.
Sicula. Restitutionis in integrum et nullitatis professionis. 134.
Signina. Spreti praecepti. 185.
Signina. Stupri. 186.
Societatis Iesu. De iuribus episcopi quoad sacras functiones. 354, 356.
Sorana. Erectionis monasterii. 596.
Spoletana. Super solemnitate votorum. 76.
Spoletana. Congruae. 92.
Spoletana. Super reductione fructuum census. 111.
Spoletana. Montis Frumentarii. 124.
Spoletana. Expensarum litis. 125.
Spoletana. Super translatione monialis ad exercendum abbatissae munus. 423.
Spoletana. Expulsionis. 532.
Spoletana. Scamni. 552.
Spoletana. Erectionis fontis baptismalis. 562.
Spoletana. Montis frumentarii. 667.
Squillacen. Inhabilitatis quoad nepotem haeretici. 231.
Status Ecclesiastici. Super dotibus pro monachandis. 34.
Status Ecclesiastici. Super tribunalibus episcopalibus. 166.
Sublacen. Appellationis. 181.
Suessana. De excommunicato vitando. 215.
Sulmonen. Funerum. 343.
Surrentina. Super usu processus laicalis in curia ecclesiastica. 236.
Sutrina. Vicarii generalis. 250.
Sutrina et Nepesina. Taxae. 417, 418.
Sutrina. Emphyteusis. 677.
Syracusana. Super iure regressus ad bona in renunciatione religiosa reservata. 104.
Syracusana. Erectionis seminarii. 237.

T

Tarvisina. Tonsurae. 662.
Tarvisina. Super sacra ordinatione et aliis. 706.
Taurinen. Instituti sororum a S. Maria Magdalena. 114.
Taurinen. Instituti Sororum a S. Anna. 115.
Taurinen. Redintegrationis ad paroeciam. 354.
Taurinen. Super convocatione capituli monialium. 358.
Taurinen. Beneficii. 439.
Taxae Innocentianae. 414.
Terracinen. Coloniae. 37.
Terracinen. Super societate quoad armenta. 37.
Terracinen. Privilegii fori. 186.
Terracinen. Emphyteusis. 675.
Terracinen. Institutionis ad beneficia. 684.
Theanen. Procuratoris. 215.
Theanen. Irregularitatis. 217.
Theatina. Electionis abbatissae. 352.
Theatina. 509.
Theatinorum. Suspensionis *ex informata conscientia*. 24.
Tiburtina. Stupri. 183.
Toletana. Super accessu regularium ad monasteria monialium. 390.
Toletana. Instituti sororum Adoratricum SSmi Sacramenti et charitatis. 788.
Tortonen. Vicarii generalis. 263.
Tranen. Super ingressu confessarii in clausuram monialium. 301.
Tranen. Super executione resolutionis S. C. sede apostolica vacante. 29, 351.
Tranen. Funerum. 648, 657.
Trappensium Galliae. 59, 73, 86, 150, 553.
Trappensium Belgii. 67.
Tridentina. Super confessariis mulierum quae in asceteriis morantur quolibet triennio immutandis. 115.
Trinitatis (SS.) Ordo regularis. Super revocatione confessariorum. 243. Electionis. 355. Restitutionis ad anterioritatem habitus. 355.
Tropien. Vicarii capitularis. 277.
Tropien. Alienationis iuxta cap. *Terrulas*. 298.
Tudertina. Dispensationis super defectu aetatis pro educanda. 352.
Turritana. Super confessariis monialium. 374.
Tusculana. Furti sacrilegi. 183.

U

Urbevetana. Beneplaciti apostolici. 544.
Urbinaten. Super renunciationibus novitiorum minoris aetatis et novitiarum. 489.
Uritana. Vicarii generalis quoad emolumenta. 325.

V

Vallisoletana. Super superioribus et confessariis monialium. 287.
Vapincen. Instituti sororum a SSmo Corde Mariae. 582.
Veliterna. Funerum. 263.
Veliterna et Albanen. Super donatione facta a religioso. 620.
Veliterna. Super celebratione diei festi S. Iosephi. 642.
Veliterna seu Terracinen. Emphyteusis. 675.
Venafrana. Administrationis monasterii et deputationis confessarii. 371.
Venetiarum. Super parochis qui munus confessarii monialium exercent. 332.
Venetiarum. Super regularibus qui munus confessarii monialium exercent. 335.
Venetiarum. Praecedentiae in processionibus. 557.
Quo vero ad alteram speciem negociorum Regularium non intrat superius insinuata propositio, quae intrat in negociis Episcoporum vel Saecularium, quod scilicet in privatis causis contentiosis cum processu et ordine iudiciario peragendis, una partium reluctante, ista S. Congregatio se non ingerat, sed eas frequenter remittat ad suos Iudices. Quoniam causas Regularium non solum publicas super regimine Religionis in universum, sive inter unam Religionem et alteram, sed etiam privatas inter ipsos religiosos viros super electionibus, officiis et praelaturis, aut super praecedentiis, aliisque praeeminentiis, caeterisque occurrentiis generaliter haec S. Congregatio cognoscit, et determinat summarie, et de plano sola facti veritate inspecta, quandoque cum extraiudicialibus probationibus vel cum sufficientibus iustificationibus per scripturas, nullo tamen adhibito formali processu cum Notario, et cum tela iudiciaria, quoniam Secretarius vel Cardinalis Ponens conservat scripturas et recipit informationes, ita quodammodo faciendo etiam partes Notarii.

Merito autem ac prudenter in causis Regularium ita proceditur, quoniam non solum ex dispositione dictae Sixtinae Constitutionis super huius Congregationis erectione, sed etiam ex antiquorum Canonum et Canonistarum sensu receptum est, iucongruum esse claustralibus religiosis strepitum fori, ideoque eorum causae cognosci non debent in Ordinariis Tribunalibus contentiosis Saecularibus, sed intra ipsam Religionem, atque per eius Superiores absque figura iudicii, et cum Religiosa simplicitate. Si vero agatur de recursibus a gravaminibus ipsorum Superiorum in eadem extraiudiciali forma cognoscuntur, vel per Cardinalem Protectorem Religionis, vel per istam Congregationem, cum ita quoque intra, non autem extra Ordinem cognosci dicantur.

§. XV.

De modo capiendi informationes in negociis, et recursibus Regularium

Stylus autem est, quod quemadmodum in dicta alia specie Negociorum Episcoporum, et Clericorum Saecularium, et Monialium habito recursu per viam simplicis libelli extraiudicialis, scribitur Episcopo pro informatione, eique trasmittitur tenor libelli porrecti; ita in istis negociis Regularium rescribitur Procuratori Generali Religionis, qui semper in Cu-

ria assistit, et quandoque eidem Generali pro informatione, qua habita, si una partium illam impugnet, atque alteratam praetendat, aliae capiuntur informationes, et adhibentur diligentiae pro veritate indaganda.

§. XVI.

De erectionibus et suppressionibus Monasteriorum et Conventuum

Ad istam quoque Congregationem privative pertinet agere de novis fundationibus Monasteriorum, vel Conventuum, ac decidere causas super oppositionibus aliorum Regularium, et quandoque etiam Clericorum Saecularium, nisi Papae videatur aliquam causam committere in Rota, vel alteri Congregationi. Prout etiam cognoscit super Conventuum suppressione, quoniam licet adsit alia moderna Congregatio Cardinalium cum Secretario etiam Praelato, super statu et reformatione Regularium ab Innocentio X erecta, de cuius voto seu consilio sequuta fuit eiusdem Innocentii Constitutio super suppressione parvorum Conventuum; attamen ista est Congregatio particularis super dicta reformatione in universum, quae compatibilis est cum ista ordinaria et generali, eiusque facultates non impedit.

§. XVII.

De alienationibus bonorum

Cumque ab Urbano VIII revocatae vel respective moderatae fuerint amplae facultates, quas ex Apostolicis Constitutionibus habebant Praelati regulares super alienationibus bonorum, et iurium alias cadentium sub prohibitione Extravagantis *Ambitiosae de rebus Eccles. non alien.*, unde propterea necessaria est solemnitas Beneplaciti Apostolici; idcirco ne Religiosi praesertim pauperes cogantur subire sumptus, qui desuper necessarii sunt pro expeditionibus Datariae, vel Secretariae Brevium, istud beneplacitum concedi solet per organum istius Congregationis, ac etiam per illud alterius Congregationis Concilii; idque aliquando in Monialibus etiam practicari solet, quando Monasterii paupertas ita exigat.

§. XVIII.

De aliis negociis Regularium

Et in summa omnia peragit, quae Religionum ac Regularium bonum regimen ac directionem concernunt, unde propterea dicitur Congregatio occupatissima, atque in negociorum multitudine omnium maior ob faciles recursus, querelas, et contentiones Regularium.

§. XIX.

De facultate cognoscendi nonnulla negocia ad alias Congregationes pertinentia

Habet item ista Congregatio latas habenas agendi etiam de illis negociis, quae aliarum Congregationum peculiaria sunt, unde propterea (ut Urbanus VIII dicere solebat) ista videtur Congregatio quemadmodum Universalis, exceptis causis, quae directe Fidei quaestiones concernunt sive formalem interpretationem Concilii Tridentini. In reliquis enim, licet adsit dicta Congregatio Concilii, attamen de iis quae concernunt exequutionem vel observantiam eiusdem Concilii, eiusque decretorum cognoscit, prout etiam licet adsit Congregatio Rituum, cuius peculiare munus est cognoscere, ac decidere controversias super praecedentiis, aliisque Ecclesiasticis praeeminentiis inter Clericos Saeculares et Regulares, ac etiam super iis quae praetenduntur per laicos in functionibus ecclesiasticis, adhuc tamen ista Congregatio istas causas cognoscit; ideoque privativa singularis cognitio dictae Congregationis Rituum versatur in praescribendo ritus super divinis Officiis, ac etiam super Canonizatione Sanctorum.

Ac etiam licet adsit particularis Congregatio super controversiis iurisdictionalibus, ac super Ecclesiastica Immunitate, a qua denominationem seu vocabulum sortitur; adhuc tamen ista Congregatio occasione agendi de negociis ad Episcopos et Ordinarios locorum pertinentibus de hac negociorum specie cognoscit, quando casus praebeat, ut ad eam recursus habeantur.

§. XX.

De ratione procedendi in huiusmodi negociis

Et quamvis generaliter huiusmodi Cardinalitiae Congregationes, tamquam summarie cognoscentes sibi commissa negocia, se gerant nomine Papae potius more Principis, vel Supremi Senatus, quam more Iudicis vel Tribunalis contentiosi, ideoque non subiaceant rigori regularum et propositionum iuris, eo modo quo contentiosa Tribunalia subiacent; prae caeteris tamen ista Congregatio, quae quoddam universale ac politicum regimen utriusque Cleri Saecularis et Regularis, aliarumque rerum Ecclesiasticarum habet, huic restrictioni non subiacet, sed cum regulis seu legibus prudentialibus pro negociorum qualitate, vel temporum, ac rerum contingentiis procedere solet.

DECRETUM

S. Congregationis Episcoporum, et Regularium pro consultoribus instituendis

Cum Negocia maioris momenti et Consultationes, quae ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium deferuntur, fortasse ratione temporum admodum frequentia sint, Eminentissimi Patres in generali Congregatione habita in Palatio Apostolico Quirinali Nonis Septemb. MDCCCXXXIV rati sunt, rem utilem fore, si exemplo aliquarum Congregationum maiorum, nonnulli Consultores deligerentur, quorum esset super dubiis, seu quaestionibus, de quibus rogarentur, sententiam suam exponere, firmis tamen manentibus antiquis institutionibus, ita ut de negociis alicuius ponderis, deque consultationibus omnibus in pleno Auditorio semper deliberetur, et statuatur, designato aliquo ex Eminentissimis Patribus, *qui videat et referat*. Itaque Eminentissimi Patres decreverunt: *Supplicandum Sanctissimo pro admissione Consultorum iuxta modum enunciatum.*

Et facta eadem die ad Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium PP. XVI per D. Secretarium de praemissis relatione, Sanctitas Sua Decretum Eminentissimorum Patrum probavit, atque sancivit.

C. CARD. ODESCALCHI PRAEFECTUS

I. Archiepiscopus Ephesinus Secretarius.

In eadem generali Congregatione habita Nonis Septembris MDCCCXXXIV Eminentissimi, et Reverendissimi Patres decreverunt, ut vetus, et propria S. Congregationis methodus, seu ratio tractandi negocia, de quibus contentio est inter partes, accurate in posterum servaretur. Est autem huiusmodi:

I. Quotiescumque in negociis, quae ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium aguntur, tum ex relationibus Ordinariorum, tum ex partium deductionibus videatur expedire, ut res ad viam iuris reducatur, rescribitur « *Partes deducant sua iura coram Eminentissimo N. qui videat et referat, citata parte et concordato dubio.* »

II. Coram Eminentissimo Relatore, vel eius Auditore, adhibito SS. Congregationum Notario, singuli actus, qui ad iudicandum viam sternunt, conficiuntur.

III. Propterea pars diligentior coram eodem Auditore partem adversam

in ius vocat « *ad concordandum de dubio, alias videndum subscribi, et disputari infrascriptum,* » quod nempe in calce citationis transcribitur.

IV. Eminentissimus Relator, sive eius Auditor vel propositum, vel aliud dubium concordat de consensu partium: sin minus mandat partes suis iuribus uti per memoriale in S. Congregatione.

V. Si pars citata infra terminum praefinitum non compareat, citatur pro secunda vice « *ad concordandum de dubio, nec non destinari Congregationem.* »

VI. Si pars in sua contumacia perstiterit Eminentissimus Relator, vel eius Auditor concordat dubium, et Congregationem pro Causae propositione destinat, ita tamen ut spatium saltem triginta dierum intercedat; et decretum adversae parti per Cursorem intimatur.

VII. Iura autographa, quibus utraque pars utitur, quindecim diebus ante diem propositionis causae apud D. Secretarium deponuntur; transmissa utrimque intimatione.

VIII. Allegationes utriusque partis decem diebus ante Congregationem tum ad Eminentissimos Cardinales, tum ad D. Secretarium, et ad Secretariam S. Congregationis deferuntur.

IX. Mutua inter partes allegationum, et summariorum traditio fit eadem ipsa die in domo Auditoris Eminentissimi Relatoris.

X. Responsiones triduo ante propositionem causae distribuuntur, et communicantur, ut in articulo praecedenti.

XI. Resolutionem S. Congregationis Eminentissimus Relator scriptis tradit, et suo nomine obsignat, eamque D. Secretario tradit partibus significandam.

XII. Si intra decem dies pars victa iterum audiri postulet, Eminentissimus Relator novae audientiae beneficium tribuere potest.

XIII. Quoties cunctis suffragiis res diiudicata fuerit cum clausula « *et amplius* » vel uno tantum suffragio discrepante cum clausula « *et non concedatur* » tunc venia redeundi non tribuitur, nisi a plena Congregatione.

XIV. Causa denuo proponitur servato modo, et terminis primae propositionis.

XV. Diiudicata causa authenticum resolutionis exemplar ei traditur qui causam obtinuit.

XVI. Victor instat coram A. C., qui ut merus executor resolutionem S. Congregationis exequendam decernit.

DECRETA ET RESOLUTIONES SELECTAE

S. CONGREGATIONIS EE. ET RR.

COMEN. *de immutandis quolibet triennio confessariis monialium*

In quanto poi all'abuso introdotto nei Monasteri di cotesta città e diocesi, nei quali li Confessori delle Monache durano in vita, ed alcuni lo sono di due Monasteri, questi Illmi Signori per rimediare agl'inconvenienti, che ne possono seguire, hanno risoluto conforme all'ordine, che io diedi li giorni passati di commissione di NOSTRO SIGNORE a Monsignor Arcivescovo di Milano, che Vossignoria li faccia subito mutare tutti e deputare degli altri, quali non abbiano a durare più che tre anni, e poi mutarli di nuovo continuando in questa mutazione triennale nell'avvenire, non permettendo, che alcun Confessore lo possa essere di più di un Monastero. Il che Vossignoria dovrà eseguire nelli Monasteri a Lei soggetti, e farà eseguire dai regolari nei soggetti a loro, e avvisarli poi del tutto.

4 Marzo 1591.

VERONEN. *de eadem re*

Fù già risoluto da questi miei Signori Illmi della S. C., e dalla santa memoria di Papa Gregorio XIV approvato, che nei Monasteri di Monache si dovessero mutare i Confessori ogni triennio massime in quei luoghi, dove non è carestia di persone sufficienti, e perchè è cosa chiara che in cotesta città si potrà mettere in esecuzione facilmente l'ordine delle Signorie Loro Illme, ne dò avviso a Vostra Signoria acciò le piaccia far che così si osservi in tutti i Monasteri della città, e sua diocesi non solo in quei, che sono soggetti all'Ordinario, ma anche negli esenti e sottoposti ai Regolari ordinando ai superiori di essi che provedino ne' tempi debiti conforme alla risoluzione sopradetta, nè occorrendo altro ecc.

15 Febbraro 1593.

NEAPOLITANA *de eadem re*

Napoli – Al Card. Gesualdo

Essendo stato ricordato a Vossignoria il buon'ordine dato altre volte da questa S. Congregazione, e confermato anche nel Sinodo di codesta città di mutare i Confessori alli Monasteri delle Monache di tre in tre anni per il meno, SUA SANTITÀ ha comandato di scrivere a Vossignoria Illma, che si compiaccia di farlo eseguire in tutti i suoi Monasteri *non ostante altro solito in contrario.* Così è ordine espresso di SUA BEATITUDINE e le bacio umilissimamente le mani (1).

26 Novembre 1602.

SUPER RESERVATIONE CASUUM

Accipiet Illma Amplitudo Vestra una cum hisce litteris exemplum Declarationis, quam S. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita de expresso SSmi Domini Nostri mandato nuper edidit super Decreto de prohibita absolutione a Casibus reservatis die 9 Ianuarii 1601 promulgato, quod in suis Dioecesibus Ostiensi et Neapolitana publicandum ac studiose observandum diligenter curabit. Cum autem locorum Ordinarii magna ex parte indicem seu notam singulorum casuum a se reservatorum huc miserint, compertum est in hoc genere varie quid a variis admissum fuisse, quod aliqua emendatione indigeret, quosdam nimirum quaedam reservasse quae iam Apostolica Sedes sibi reservat, alios alia, quae minime expediebant, nonnullos vero in ea re modum excessisse, ut nullum fere superesset peccatum, quod non sibi vindicaret indifferens illa reservandi ratio, quae

---

(1) Mandatum S. C. de immutandis quolibet triennio Sanctimonialium Confessariis, approbante Gregorio XIV latum, et deinde pluries innovatum, ex gravibus rationum momentis repetendum est, ideoque illius observantiam S. C. sedulo, diligenterque semper curavit. Sed cum aliquando ex peculiaribus rerum adiunctis evenire possit, ut confirmatio ad aliud triennium non solum utilis, sed necessaria sit, hinc eadem S. C. audito Ordinario, et Sanctimonialibus capitulariter per secreta suffragia, in casibus particularibus confirmationem indulget ad secundum, ac etiam ad tertium triennium, ea tamen conditione, ut pro confirmatione ad secundum triennium consensus duarum ex tribus partibus Monialium concurrat; et pro confirmatione ad tertium triennium omnium consensus accedat. Ordinarius vero de probitate vitae, et prudentia Confessarii referre debet, et S. C. certiorem facere de necessitate, vel saltem utilitate confirmationis.

(ut necesse erat) res plerasque levis momenti, et alioquin Concil. Triden. aliorumque Sacrorum Canonum Sententiae parum congruentes complectebatur. Verum quia nondum satis hic explorata erat, cuiusque loci conditio, ac necessitas, non potuit unicuique, reservationum huiusmodi singillatim modus ac temperamentum, quod res poscebat, adhiberi. Nec sane debuit una eademque regula omnibus Ecclesiis praescribi, quandoquidem alia alibi magis convenire certum est, et fieri vix potest, ut omnia omnibus in locis aeque probentur et prosint. Quae cum ita sint, visum est eidem S. Congreg. praeter illam declarationem, privatas quoque literas ad singulos ordinarios mittere quibus moneantur ut simul ac eas acceperint omnes Casus sibi iam olim reservatos, adhibitis aliquibus pietate et doctrina praestantibus viris, de integro discutiant, diligenterque examinent, et ad ipsius Decreti iam declarati normam accommodent, eorum multitudinem sic resecantes, ut ad quam paucissimos, eosque maxime necessarios redigantur iidem Casus, unde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa haec reservandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique dioecesi tributa est auctoritas.

Praecipue vero haec monenda censet S. Congregatio ut videant ipsi ordinarii ne illos Casus promiscue reservent, quibus annexa est excommunicatio maior a iure imposita, cuius absolutio nemini reservata sit, nisi forte propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi Casus nominatim reservandi viderentur, neque Casus in quibus absolutio nisi cum restitutione, vel executione eorum, ad quae poenitentes tenentur, non confertur, neque illos, qui etsi mortale peccatum inducant circa res tamen parvi momenti versantur et frequenter inter idiotas evenire solent, uti damni dati et similium. In peccatis etiam carnalibus reservandis multa utantur circumspectione, propter periculum scandalorum, in iis maxime personis, in quas ob accessum ad confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios suspicionis aliquid cadere potest. Postremo eam potissimum ineant, ac sequantur rationem, quae consideratis diligenter cuiusque Provinciae, ac populorum moribus, natura ac propensione magis in domino expedire videbitur. Postquam autem ab iis peracta, descriptaque fuerit haec moderatio, unusquisque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet, addita insuper causa, quae cuiusque Casus reservationem potissimum suaserit. Hoc a S. D. Nostro deliberatum est, ut postmodum singulae huiusmodi reservationes distinctius examinentur quo perfecte tandem, adiutrice Dei gratia, opportunum iis incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipsius S. Suae mandato iidem ordinarii monentur, ut per totam suam Dioecesim, ac praesertim in iis locis qui a civitate et Cathedrali Sede longius remoti sunt, Poenitentiarios, aliosque Sacerdotes constituant, ac delegent, quibus facultatem ab-

solvendi a Casibus sibi reservatis, concedant, ita ut his quoque liceat eamdem aliis Confessariis si opus sit, etiam viva voce impartiri: idque, maxime in solemnioribus et praecipuis anni festivitatibus, ut peccatores, quibus obvia et facilis fuerit huiusmodi sacerdotum copia ad peragendam confessionem alliciantur, quia alioquin plerique vel ob idipsum omittere possent, si necesse haberent poenitentiae ministros quibus indigent, longius quaerere. In eam igitur curam quantum in se erit sedulo incumbet Illm. Amplitudo Vestra, ut haec omnia ex S. Suae et Sac. Congregationis mente, debitae executioni mandentur, ea diligentia eoque zelo ubique adhibito, quem optimus quisque Pastor erga animarum sibi creditarum salutem praeseferre debet. Ut autem apud se, successoresque suos perpetuum extet monumentum, quid hic circa totam hanc reservandi rationem deliberatum sit dabit operam, ut hae literae una cum ipso Decreto, ac Declaratione in publicis suarum Curiarum Episcopalium actis integre describantur. Eas verum cum primum acceperit dignabitur facere nos ea de re certiores, missura postea quantocius fieri poterit expetitum novae reservationis indicem ex praescripto huiusce mandati confectum. Quae omnia mandante ipsa S. Congregatione, ego illustr. Dominationi vestrae scripsi Deum precatus ut eamdem quam diutissime incolumem tueatur. Romae die 26 *Novembris* 1602. Dignabitur etiam amplitudo vestra Illma operam dare, ut Praelatis inferioris ordinis exemptis, seu Nullius Dioecesis si qui sint in sua Provincia innotescat Decretum hisce literis inclusum, tum etiam haec reliqua, quae ei scribuntur super casuum reservatione.

Illmae et Rmae Dominationis Vestrae

Humillimus Servus

ALEX. CARD. FLOREN.

SUPER CASIBUS RESERVATIS

Declaratio Decreti quo prohibetur absolutio a Casibus reservatis.

Editum fuit alias a Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, Decretum super absolutione a casibus reservatis eius qui sequitur tenoris.

« Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, iustis et gravibus causis » id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. Clementis PP. VIII speciali

» mandato, vivae vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus » tam saecularibus, quam Regularibus per universam Italiam extra Urbem » degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumvis Ordinum, » etiam Mendicantium, Miliarium aut Congregationum, etiam Societatis » Iesu, et generaliter quarumcumque aliarum, quovis nomine nuncupentur, » iubet, et praecipit, ne quis eorum sub praetextu privilegiorum, indul- » torum, aut facultatum generaliter, vel specifice scripto, aut vivae vocis » oraculo, vel per communicationem a Sede Apostolica, vel eius auctoritate » eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut » Archiconfraternitatibus saecularium, aut singularibus personis, seu alias » quomodocumque, sub quibusvis tenoribus, formis et clausulis etiam » derogatoriarum derogatoriis, ad cuiusvis etiam Imperatoris, Regum, aut » aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicui » cuiusvis status, gradus et conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticae, » quam saecularis, etiam Regiae, vel Imperialis, ab ullo ex Casibus clare, » vel dubie in Bulla die Coenae Domini legi solita, contentis, vel alias » quomodocumque, Sedi Apostolicae reservatis, aut in futurum per San- » ctitatem Suam, eiusve Successores pro tempore, in eadem Bulla, vel » aliter reservandis, nec etiam a Casibus, quos Ordinarii locorum hactenus » reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu etiam neces- » sitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, et » speciali Sanctitatis Suae, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum, » quoad Casus ab ipsis tantum reservatos, respective, impetrata in scriptis » licentia, Ordinariis locorum exhibenda, absolutionis beneficium de caetero » impendere audeat, vel praesumat: sed cum opus fuerit poenitentes ad » Superiores, legitimosque Iudices suos accedere consulant, sub poena » contrafacientibus tam Regularibus, quam saecularibus excommunicationis, » privationis officiorum, et dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item » audiendi confessiones, et ad quaecumque officia, praelaturas, beneficia » in posterum obtinenda, ipso facto, absque ulla alia declaratione incur- » renda. Super quibus a nemine, nisi a Romano Pontifice habilitatio, » dispensatione, aut absolutio praeterquam in mortis articulo, possit » impertiri: Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, et conces- » siones ipsas in hac parte uti cassas, et irritas haberi de caetero voluit, » et vult, non obstantibus quibuscumque.

» Praeterea noverint poenitentes, absolutionem, si quam obtinebunt » contra huiusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque roboris, et » momenti.

» Et ne locorum Ordinarii, quibus ius hoc reservandorum Casuum » competit, plurium, quam opus sit, reservatione, subditis, aut Confes- » sariis in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, mo-

» nentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disci-
» plinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, prò cuiusvis
» Dioecesis statu, et qualitate necessario reservandos esse iudicaverint,
» reservent.

» In quorum fidem etc.

» Datum Romae die nona mensis Ianuarii Anni MDCI. »

Cum autem dubia quaedam ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem atque observationem emersissent, eadem Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitative locus relinquatur, et ut clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem Decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. N. Clementis PP. VIII. similiter vivae vocis oraculo super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat; videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Caenae Domini legi consueta continentur. Ac praeterea: Violationis immunitatis Ecclesiasticae in terminis Constitutionis fel. rec. Gregorii XIV quae incipit: *Cum alias nonnulli, Violationis clausurae Monialium ad malum finem.* Provocantium et pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, et Constitutionem fe. rec. Gregorii XIII incipientem: *Ad tollendum.* Iniicientium violentes manus in clericos, iuxta Canonem: *si quis suadente et c. XVII q. 4. ad iuris dispositionem.* Simoniae realis scienter contractae, atque etiam confidentiae beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, et sublata etiam poena inhabilitatis audiendi confessiones eadem Sacra Congregatio vult, et mandat, dictum Decretum in sua firmitate et pristino robore permanere. Ac praeterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam Saeculares, quam Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, et facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum privilegia, indulta, et facultates, usu ante idem Decretum receptas, et quae sub aliis revocationibus non comprehenduntur tantum, et non alias, absolvere a casibus in praesenti declaratione non comprehensis: aliis vero Sacerdotibus huiusmodi privilegia non habentibus, nihil de novo concedi. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum reservatio spectat, ea in re modum excedant; eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, et graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in aedificationem, non autem in destructionem cedat: ne alioquin Sacramenti Poenitentiae Ministrorum coarctata potestate Sanctae Matris Ecclesiae piae menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reservent

casus in Bulla die Coenae Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicae specialiter reservatos. Facultatem vero et licentiam absolvendi a casibus reservatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse declarat. Caeterum ne quis Sacerdotum Saecularium, aut Regularium, sub praetextu, quod per primo dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegiis derogatum, eidem Decreto, sic ut praefertur declarato, contravenire audeat, Sanctitas Sua Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis omnibus, in favorem quorumcumque Ordinum seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam Saecularium, quam Regularium editis, nec non eorumdem Ordinum, seu institutorum, ac etiam Ecclesiarum, et Monasteriorum, et aliorum saecularium, seu Regularium locorum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis eisdem Ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesiis, et Monasteriis, et saecularibus et Regularibus locis, aut personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus et aliis decretis etiam Motuproprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, et innovatis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, et formis, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent praesentibus pro expressis habens, quoad ea, quae praesentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogat, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae die XXVI. Novembris MDCII.

ALEX. CARD. FLOREN. EPISC. PRAENESTINUS

HIER. AGUCCHIUS Secret.

DECRETUM

De appellationibus

Ad tollendas ambiguitates et controversias iurisdictionales quae inter appellationum et prioris instantiae iudices, non sine partium dispendio cursusqve iustitiae impedimento et saepe cum scandalo oriuntur, Sacra

Congregatio Causis Episcoporum praeposita, facta prius relatione SSmo D. N. Clementi Papae VIII. ac de Sanctitatis suae mandato vivae vocis oraculo desuper habito, in hunc qui sequitur modum ab omnibus ad quos spectat in posterum fieri ac servari debere mandavit et mandat.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchae in suffraganeos, eorumque subditos non iudicent, nisi in casibus a iure expressis.

Item nec alii superiores etiam Nuntii, vel Legati a latere specificam facultatem maiorem non habentes. Causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad se non advocent, nisi per viam legitimae appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quoad alias Causas se eximere non possint.

Appellationes numquam recipiantur, nisi per publica documenta quae realiter exhibeantur, prius constiterit, appellationem a sententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivae, aut a gravamine, quod per diffinitivam Sententiam reparari non possit in Casibus a iure non prohibitis, per legitimam personam et intra debita tempora fuisse interpositam ac prosequutam.

Nec dum Causae coram inferioribus iudicibus pendent, ante diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivae habentem de gravamine illato superiores cognoscere valeant, licet citra praeiudicium cursus causarum se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem, sicut praemittitur, receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiae aut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel dammum per diffinitivam irreparabile continentis, alias inhibitiones, et processus et inde sequuta quaecumque sint ipso iure nulla, eisque impune non parere liceat.

Si appellans asserat Sententiae aut appellationis exemplum culpa iudicis a quo, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit, ut soluta condigna mercede, actorum exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamen Iudex a quo, ne si vere appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in praeiudicium appellantis attentetur, etsi per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit iudex appellationis adiicere, nec interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

Aa executione decretorum S. Concilii Tridentini aut visitationis Apostolicae appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi

virtute eiusdem Sacri Concilii procedant uti Sedis Apostolicae delegati in Causis, quae sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum et Nuntiorum Apostolicorum authoritate.

In causis vero visitationis ordinariorum aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, nisi de gravamine per diffinitivam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte et adhibita causae cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit etiam quoad effectum suspensivum.

Cum a gravamine quod per diffinitivam reparari nequit, ut indebitae carcerationis vel torturae aut excommunicationis etiam comminatae appellatur, non nisi visis actis ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel provisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem quo reperitur Carcere permanebit, quoad Iudex ad quem appellatum est, visis actis et causa cognita aliter decreverit, et tunc si a Iudicis ad quem decreto vim diffinitivae habente fuerit appellatum, nihil mandare aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processuum primae instantiae ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa et suspicio incidat, quae iudicialiter obiiciatur; et tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archivio conserventur.

Censura ecclesiastica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit nisi auditis partibus, et causa cognita; tuncque si constiterit eam iustam esse, ad iudicem qui excommunicavit, appellans remittendus est ut ab ipso iuxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem praestiterit, obtineat: si vero iniustam esse clare appareat, superior absolutionem impendat; si dubitetur, honestius est ut ad excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum eidem praefigendum absolvendus remittatur, licet etiam superior hoc casu in idipsum per se praestare iure possit.

Absolutio ad cautelam nonnisi parte citata, et visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatae, vel a iure si occurrat dubium facti vel probabile dubium iuris concedenda erit; tuncque ad tempus breve cum reincidentia, et praestita per excommunicatum cautione de stando iuri et parendo mandatis Ecclesiae tantum, et si iuxta formam a iure praescriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem praestare, et si ob

contumaciam manifestam expensas pariter satisfacere, et cavere de iudicio sisti coram excommunicatore quis tenebitur, priusquam ad cautelam absolvatur.

A sententia etiam diffinitiva contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur nec inhibitio, aut alia quaevis provisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur.

Romae in S. Congregatione die XVI Octob. 1600.

ALEX. CARD. FLOREN.

Hier. Agucchius Secr.

DECRETUM

Quo locorum Ordinariis Regulares a Confessionibus audiendis suspendendi ratio praescribitur.

Cum Sacrae Congregationi Cardinalium negociis Episcoporum, et Regularium Praepositorum innotuerit, Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, et locorum Ordinariis ab audiendis confessionibus quavis de causa indiscriminatim suspendantur, et propterea saepe contingere, ut ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, et locorum Ordinariis omnibus simul unius Conventus Confessariis confessiones audiendi facultas adimatur, Illustrissimi eiusdem Sacrae Congregationis Patres, rati vix fieri posse, ut haec sine scandalo, magnaque Animarum pernicie contingant, re mature perpensa, ad omnem scandali materiam summovendam, et quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt, Archiepiscopis, Episcopiis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi ius spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minime licere, nisi ex nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum ut iidem Illustrissimi Patres opportunum, et necessarium duxerunt, ita inviolabiliter iubent, observari.

Romae 20 Novembris 1615.

A. MAR. EPISC. HOSTIEN. CARD. GALLUS

V. Theatin. Secret.

Locus ✠ Sigilli

Aliud Decretum eiusdem Sacrae Congregationis de
S. D. N. Pauli PP. V. *mandato editum.*

Quoniam sacra Congregatio Cardinalium negociis Episcoporum, ac Regularium praepositorum, nuper accepit, quamplures Regulares tantum facultatis, seu privilegii ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, ut etiam a casibus locorum Ordinariis in eorum Dioecesibus reservatis, absque alia ipsorum Ordinariorum licentia, poenitentes absolvere minime dubitent, nonnullosque alios in decreto prohibitionis absolutionis a casibus Sedi Apostolicae, vel locorum Ordinariis reservatis die 9 Ianuarii 1601 fel. rec. Clementi PP. VIII iussu edito, nec non in reservatione illius eodem Clemente Pontifice iubente die xxvi Novembris 1602 promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinariis praedictis reservatas, minime comprehensas asserere; unde fit, ut metus, quo homines a peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. Ideo sacra eadem Congregatio de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papae Quinti speciali mandato, vivae vocis oraculo desuper habito, decretum huiusmodi, illiusque declarationem, nec non censuras, et poenas, in eiusque contenta, omnia confirmanda, atque innovanda operae pretium duxit, prout per praesentes confirmat, atque innovat, ab omnibusque sacerdotibus tam secularibus, quam regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, Congregationum, aut cuiusvis alterius instituti, etiam necessario exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observari, ac insuper ut nulli ex sacerdotibus praedictis, quibuscumque privilegiis, indultis, et facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel a casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi Apostolicae reservatis, tam ad forum contentiosum eorumdem Ordinariorum deductis quam non deductis, praeterquam in mortis articulo, absolvere audeant, vel praesumant, vel eorum aliquis audeat, vel praesumat, sub eisdem censuris, et poenis eo ipso, et absque alia declaratione incurrendis, mandat, ac praecipit. Non obstantibus omnibus, quae idem Clemens VIII in decreto, et declaratione huiusmodi voluit non obstare. Datum Romae 7 Ianuarii 1617.

ANTONIUS CARD. SAULIUS
V. Theatinus Secretarius

DECRETUM

Quo conceditur, et praescribitur facultas Ordinariis circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium ad colloquendum cum eis.

Cum alias de anno 1590 per Sacram Cardinalium negociis Regularium Praefectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papae Quinti

circa accessum Regularium cuiuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum, Quod nulli Religioso cuiuscumque Ordinis gradus, qualitatis, et dignitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, et extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa eiusdem Sacrae Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cuiusvis Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad praedicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Claustra existentibus mitti contigerit, ne dicti Religiosi ullo quaesito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes alloqui possint, sub poenis privationis officiorum, ac vocis activae, et passivae ipso facto incurrendis, aliisque eiusdem Sacrae Congregationis arbitrio, fueritque postmodum declaratum etiam Equites S. Ioannis Hierosolymitani sub eodem Decreto, comprehendi, et quoscumque contrafacientes, ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut a Sacra Congregatione absolvi, et rehabilitari non posse; Amplissimi eiusdem Sacrae Congregationis Patres Decreta huiusmodi innovanda, et inviolabiliter observanda statuerunt. Verum quia experientia compertum est interdum ob pias, et rationabiles causas, easque ita ferente casu, repentinas, ut ab eadem Sacr. Congregatione licentiam expectari summe incommodum, vel inutile sit Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obvenire, facto verbo cum Sanctiss. D. N. Urbano VIII et de Sanctitatis Suae expresso ordine, et mandato facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, et in secundo tantum consanguinitatis gradu coniunctas convenire et alloqui possit. Id vero non aliter, quam servata ad unguem forma infrascripta. Ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, sabbatho, et Vigiliis praedictaque licentia obtenta ab Ordinario, et ab alio, ad quam spectet eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, et praesens sit, et Auscultatrices de more, non autem aliae, assistant, praedictaque licentia pro die, et hora certa, et in scriptis concedatur, in librisque Cancellariae eiusdem Ordinarii annotetur. Quod si praedicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu coniunctis, aut aliter, quam servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctiss. D. N. et Sacrae Congregationis transgressores, iudiciumque

reformident, Regulares autem poenis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se noverint, esse addictos, et arbitrio Sacrae Congregationis severius puniendos. Romae XIII. Kal. Decembris MDCXXIII.

OCT. CARD. BANDINUS

LAUR. CAMPEGIUS SEC.

ILLUSTRISSIMI E REVERENDISSIMI SIGNORI

Il Generale dei Teatini supplica umilmente le Signorie Vostre Illustrissime a degnarsi di dichiarare s'egli possa sospendere i suoi sudditi approvati da Generali suoi Antecessori alle confessioni per delitti anco occulti, ed a lui noti, anco estragiudizialmente, come è stato senso del Capitolo Generale, che facci per il buon governo della sua Religione, Che ec.

« Sacra Congregatio Cardinalium negociis Regularium praeposita cen-
» suit, Generalem posse suos subditos ex quacumque causa etiam ob
» occultum crimen quomodolibet etiam extraiudicialiter a Confessionibus
» audiendis suspendere. Romae die secunda Iulii 1627. »

LAUDIVIUS CARD. S. SIXTI

L.S.

P. FAGNANUS SECR.

MECHLINEN.

De immutandis Confessariis Monialium quolibet triennio, non obstante contraria consuetudine.

La S. Congregazione de'Vescovi, e Regolari essendo venuta in cognizione, che nel Monastero di Monache in Bruxelles il Confessore durava da più anni, diresse lettera in data 16 Decembre 1633 al Nunzio Apostolico nel Belgio, affinchè rimovesse il Confessore nel detto Monastero, e n'eleggesse altro per la durata di un triennio a forma del decreto già emanato dalla stessa S. Congregazione.

Monsig. Nunzio avendo comunicata tale determinazione, l'Abbadessa diresse una lettera alla enunciata S. Congregazione, in cui fra le altre cose diceva.

« Primo igitur quod ad constitutionem de tempore mutandi Monia-
» lium confessores attinet, tantum abest ut unquam locum in his Re-

» gionibus habuerit, ut in hoc ipso Monasterio nostro unum et eumdem » Confessarium per viginti quatuor annos retinuerimus, Gandenses quo- » que, Lovanienses, Granglingenses, et Antuarpienses Moniales nostrae » (ut aliarum nationum Moniales taceam) eumdem sequuntur ritum, unde » Constitutionem illam nos non spectare clarum mihi videtur. Porro sta- » tuta Monasterii nostri, quae Sedis Apostolicae auctoritate confirmata » sunt, ordinant Confessarium nostrum ab Archiepiscopo loci Ordinario » constitui debere. Utrum autem in praesenti casu hoc in Ordinarii prae- » iudicium mutare statutum expediat, Eminentiarum Vestrarum iudi- » cium esto ».

Il Confessore del detto Monastero in data 24 Genn. 1634 anche esso diresse una lettera alla S. Congregazione in cui si legge ivi « Et » quia mihi constat Rmam D. Abbatissam S. Congregationem certiorem » iam fecisse, Constitutionem a S. Congregatione editam, quae prohibet » ne ullus Monialium Confessarius ultra triennium in illo munere perma- » neat nunquam hactenus in harum Regionum Monasteriis vim vel locum » habuisse, ac proinde Monasterium suum non obstringere, eadem repe- » tere supersedens ».

La S. Congregazione alle suindicate lettere rescrisse

10 Martii 1634.

« *In decretis, et scribatur pro executione.*

SUPER RESTRICTIONE FACULTATUM PRO CONFESSARIIS REGULARIBUS

Emi et Rmi Signori

Per parte de'Frati Osservanti di San Francesco, si rappresenta all'Eminenze Vostre come Monsig. Vescovo di Narni, e altri d'altri luoghi contro li Decreti di questa S. Congregazione, restringono la facoltà a' Regolari di confessare infermi secolari, e ne pongono la proibizione nelle patenti di Confessione, che danno loro mentre li approvano. Si supplica pertanto d'opportuno rimedio, vertendo questo in pregiudizio de'poveri infermi penitenti, e d'essi Regolari. Che ec. quas etc.

Sacra Congregatio Cardinalium negociis Regularium praeposita, inhaerens declarationibus alias desuper editis, censuit, Regulares praedictos a locorum Ordinariis ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatos, non posse ab eisdem Oordinariis prohiberi, ne earumdem personarum aegrotantium in propriis illarum domibus confessiones audire

possint absque licentia Parochorum; dummodo relinquant schedulam, vel notificent ipsis Parochis, quod poenitentiae Sacramentum huiusmodi fuerit ab eis ministratum.

Romae die 13 mensis Septembris 1641.

Fr. Ant. Card. S. Honuph.

Loco ✠ sigilli.

L. Archiep. Theb. Sec.

PISAUREN.
ADMINISTRATIONIS SACRAMENTI POENITENTIAE.

All'Illustre, e molto Reverendo Monsignor come Fratello,
il Fescovo di Pesaro.

Illustre, e molto R. Monsig. come Fratello

Il Decreto fatto da V. S. a tutti li Confessori della sua Diocesi, così Secolari, come Regolari, e le ordinazioni, che in esso si contengono circa il modo, loco, e tempo, e abito, col quale devono amministrare il Sacramento della penitenza, è stato sentito volentieri dalla Sagra Congregazione, ed è parso buona materia: ma non potendosi generalmente addattar con tutti, e potendo venire de'casi improvisi, o di precisa necessità, o di congruenza, nei quali per non perder l'occasione di salvar l'anime, non convenga di aspettar la commodità di quell'ore, e luoghi precisi, o per altro rispetto non si possa opportunamente mettere in prattica, questi Eminentissimi miei Signori, udito quel che V. S. ne scrive, e quanto è stato dedotto per parte de'Regolari, dopo matura considerazione, hanno risoluto, ch'ella dichiari, e moderi il medesimo Decreto nella seguente forma, cioè

Che li Confessori così Secolari, come Regolari, volendo amministrare questo Sagramento a persone secolari di qualsivoglia sesso, o età si siano, debbano farlo in Chiesa con la stola al collo alla fenestrella del Confessionario quale abbia i forami così angusti, che non possa passarvi il dito auricolare, eccettuati però i casi d'infermità, o d'altra precisa necessità o congruenza morale, ne'quali possino confessare nella Sacrestia, o altro luogo decente col solo abito regolare, e così anche per servizio degl'infermi nelle loro case, senza la precedente licenza del Parroco, purchè lascino in iscritto, o notifichino al medesimo Parroco d'averlo fatto.

Che la visita de'Confessionari V. S. l'incarichi a i loro Superiori Regolari, e rimuova dal suo Decreto quelle parole, che specificano certo genere di persone, come ancora le pene pecuniarie, non solite a prattica rsi coi Regolari, e Mendicanti, e la pena della sospensione ipso facto, stimata troppo rigorosamente, e facile a cagionare molti scrupoli.

Così dunque eseguisca; e quando abbia notizia, che alcun Regolare abusi di questo Sacramento, proceda contro di esso conforme alla facoltà, che se le concede dai Sacri Canoni, e dalle Costituzioni Apostoliche. E Dio la prosperi.

Roma li 22 Settembre 1645.

Di V. S.

Come Fratello

M. Cardinal GINETTI

G. Arcivescovo di Patasso Segr.

NOLANA VISITATIONIS

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori

Il Priore degl'Eremiti Camaldolesi dell'Eremo di Nola espone umilmente all'Eñze VV. come Monsig. Vescovo di Nola, e suo Vicario Generale più mesi sono pretesero di voler visitare una Cappella come consta all'Eñze VV. già profanata, posta in una lor Massaria incorporata fino dall'anno 1602 alli beni del detto Eremo, acquistata con titolo, e contratto oneroso d'un perpetuo canone di settanta ducati di Regno, che si pagano al Rettore pro tempore d'un perpetuo beneficio Rurale ivi fondato sotto l'invocazione, e titolo di S. Angelo, qual titolo fu poi trasferito con espressa licenza della Sede Apostolica in un'altra Cappella fabricata nella nuova Chiesa grande Regolare di detti P. P. secondo le concessioni, e lettere Apostoliche sopra ciò ottenute dalla fel. mem. di Clemente VIII e successivamente confermate da Paolo V. il che tutto non essendo di ragione, Supplica l'Eñze VV. della dichiarazione, che non sia stata lecita la visita del suddetto luogo a fin che restino nulli tutti gli atti, e attentati fatti in qualsiasi modo, e contro chi sisia persona del suddetto Vicario. Che della grazia ecc.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, re partibus auditis Eminentissimo Franciotto referente mature discussa declaravit, ac decrevit non licuisse neque licere Episcopo, seu Ordinario Nolano visitare locum, seu Cappellam huiusmodi profanatam, ac propterea revocanda esse omnia secus gesta a Vicario Generali dicti Episcopi, prout harum vigore decernit, ac revocat in contrarium allatis non obstantibus quibuscumque.

Romae 27 Martii 1664.

M. Card. GINETTUS

E. Episc. Camer. Secr.

Loco ✠ Sigilli

MONIALIUM

Roma – Circolare – Spese di Officio

Ad tertium – Professionem Religiosam non infirmari per Rescripta, de quibus agitur, ac proinde non teneri Indultarios Professionem, et Novitiatum reiterare, quando petunt ad Claustra redire: salva tamen consuetudine legitime introducta, atque praescripta singulorum Ordinum Regularium: Posse tamen per Superiores Religiosos exquiri congrua documenta anteactae vitae, et morum, dum in Saeculo versabantur, et obligari ad spiritualia exercitia peragenda.

Ad quartum – Negative.

Et ad Dominum Secretarium cum SSmo – Romae 30 Ianuarii 1824.

Et facta de praemissis relatione SSmo Domino Nostro per Infrascriptum D. Secretarium in Audientia diei 15 Februarii eiusdem Anni; eadem Sanctitas Sua praefatas resolutiones Sacrae Congregationis ad quatuor praedicta Dubia in omnibus, et per omnia benigne adprobavit, et confirmavit, voluitque relate ad primum Dubium, Indulta adhuc concessa, a quacumque auctoritate, vel imposterum concedenda, posse dumtaxat reformari, et revocari, servatis servandis, ab hac Sacra Congregatione: in casibus vero particularibus sub praemissis dubiis non comprehensis, Instantes recurrant ad eamdem Sacram Congregationem: Quibuscumque in contrarium non obstantibus – Romae etc.

14975

Nullius Ferentilli de locationibus.

Al Canonico Valeriani Vicario Generale dell'Abbadia.

Non dimentico punto fra le tante mie occupazioni di corrispondere al quesito, che V. S. mi ha fatto giungere con lettera del passato mese, cioè se il patto della disdetta solito ad emettersi in cotesta Abbadia nei Contratti di Affitto, abbia ad attendersi anche nelle locazioni dei beni Ecclesiastici. Le rispondo dunque che in tutti i Contratti permessi all'Autorità dei Vescovi non può opporsi veruna condizione, o implicita, o esplicita che oltrepassi le lore facoltà. Applicando questo principio al caso concreto non è ammissibile il patto della disdetta nei Contratti di beni della Chiesa, giacchè darebbe il diritto al Conduttore dì rimanere nella locazione per un tempo indeterminato non permesso dai S. Canoni ai Vescovi di concederlo con le loro facoltà ordinarie, onde resterà ella avvertita di non approvare tali affitti, quali necessariamente devono portare seco l'epoca della loro durata. Non ho d'aggiungere altro alle sue ricerche, bensì con tutto il piacere mi rassegno con vera stima ec.

4 Settembre 1826.

Messanen. Iurisdictionis super domibus Oratorii.

Messina — RR. PP. dell'Oratorio di S. Filippo a Monsig. Arcivescovo.

In Causa Messanen. Congregationis S. Philippi Neri verten. inter Archiep. et PP. eiusdem Congregationis proposita fuerunt infrascripta dubia.

1. An Archiepiscopo Messanen. competat iurisdictio iudicandi super exclusione Novitiorum, et Aggregatorum facta a Patribus Congregationis Oratorii S. Philippi Neri dictae Civit. quatenus intervenerit reclamatio pro parte eorumdem Novitiorum et aggregatorum, vel Patrum eiusdem Oratorii in Casu etc. et quatenus affirmative.

2. An possit idem Archiep. procedere ad Sententiam definitivam et cogere succumbentes ad executionem etiam sub poenis Canonicis suspensionis et remotionis ab officio in casu etc.

3. An liceat Archiep. recipere computa administrationis gestae pro reedificatione Eccles. Ven. Congregationis Oratorii, seu potius computa pro quacumque administratione reddenda sint eidem Congregationi in casu etc.

EX LIBRIS PROVINCIAE
PRO STUDIO THEOL.

4. An et quomodo liceat Archiep. inspicere et retinere libros decretorum Congregationis Oratorii in casu etc.

Sacra referente Emo Pacca Ponente visis videndis, consideratis considerandis et Partibus tam in voce, quam in scriptis auditis, censuit rescribendum, prout rescripsit: Negative in omnibus et amplius non concedatur licentia redeundi.

15 Decembris. 1826.

Romana super Iuramento ab Hebraeis praestando.

CIRCOLARE

Emo e Rmo Sig.

La Santità di N. S. Leone XII nel mai interrotto esercizio delle provvide Cure per il bene della Religione, e dello stato si è degnata richiamare ad esame nelle due Congregazioni in feria 5 dei 13 Luglio e 17 Agosto del corrente anno la forma, colla quale debbono gli Ebrei prestare in giudizio ed in qualunque altra necessaria occorrenza il loro giuramento e dopo aver ascoltati i voti degli Emi e Rmi Signori Cardinali Generali Inquisitori contro l'eretica pravità, ha creduto espediente nell'alta sua saviezza di pronunciare e dichiarare il supremo suo giudizio nei termini espressi nei due decreti che si leggono nel compiegato foglio. Stabilita dunque questa prassi direttrice, si è altresì benignamente compiaciuta di far partecipare a questa S. Congregazione de' Vescovi e Regolari per mezzo di Monsignore Assessore della S. Inquisizione essere espressa sua volontà che l'accennata forma del giuramento debba rendersi comune riguardo agl'Ebrei in tutti i Tribunali, e però mi dò tutto l'impegno di far tenere a V. E. l'annessa Copia degli emanati decreti, affinchè voglia prescrivere agl'Officiali di cotesta Curia l'inalterabile osservanza de' medesimi in tutti i casi che possono darsi, di deferire il giuramento agl'Ebrei, sia negli atti publici, che nei privati prescrivendo ai suddetti di esattamente adempire quanto viene loro ordinato, e respettivamente vietato giusta il volere del S. Padre distintamente dichiarato nel tenore degli stessi decreti. Tanto ec.

Roma 15 Settembre 1826.

DECRETA

Feria IV. die 24 Maii 1826.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita in Conventu S. Mariae supra Minervam coram Emis et Rmis DD.

S. R. Ecclesiae Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus contra Haereticam pravitatem a S. Sede Apost. specialiter electis, et deputatis proposito recursu Hebraeorum Universitatis Urbis, quo supplices petebant ut S. Congregatio ad se advocare dignaretur resolutionem dubii ad Sacram Rotam delati circa iuramentum ab Hebraeis in iudicio praestandum in quadam causa inter ipsam Universitatem et Abraham Eliam Baraphael pariter Hebraeum, quod dubium ita se habeat – Stantibus etc. An sit praestandum iuramentum super Thephilim, seu potius super Biblia in casu etc. Emi DD. Auditis DD. Consultorum votis dixerunt. Causam spectare ad S. Officium ideoque avocandum esse.

Quod quidem iudicium SSmus D. N. D. Leo XII, eadem die in solita Audientia R. P. D. Assessori S. Officii concessa plene approbavit.

Feria V. die 13 Iulii 1826.

In Congregatione S. R. et Universalis Inquisitionis habita coram SSmo D. N. Leone PP. XII. in Palatio Apostolico Vaticano, eadem S. S. auditis Emorum et RR. DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum suffragiis, decrevit. Deferri posse hebraeis iuramentum super bibliis excluso tamen accessu iudiciali ad eorum Synagogam et exclusa praescriptione determinati voluminis libri legis Moysis, vulgo dicti *Cascer*.

Super Thephilim vero praescribi non debere.

Feria V. die 17 Augusti 1826.

In Congregatione S. Romanae et Universalis Inquisitionis coram SS. D. N. D. Leone PP. XII. habita in Palatio Apost. Vaticano, eadem Sanctitas sua auditis Emorum et Rmorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum Suffragiis, rem pro praxi plenius declarare volens, iussit nihil innovari circa consuetudinem iuramenti minori solemnitate Hebraeis delati ad tactum calami. Iudex tamen sive Notarius, quibus deferendi iuramenti ius est, et onus incumbit, iuraturum gravissimis verbis monere poterit, immo etiam debebit, de importantia iuramenti, et poenis periurii, in quod si graviter homines animadvertunt, multo magis scrutator cordium Deus qui inter praecepta Decalogi hoc expresse tulit, ne eius nomen in vanum accipiatur et se Deum veritatis edicit, timendus est si in falsitatis testem ipse advocetur. Iuraturos autem distincte, et expresse assentiatur, atque profiteatur, se in iis, ad quae iuranda accedit, Deum testem advocare, perspicue vero iidem moneatur iuramentum praestari, in obvio sensu verborum et iuxta intentionem deferentis, ita ut nulla tergiversatione, aut mentali restrictione aut propria secreta intentione,

excusari possit, quae etiam omnia iuraturis requisitus expresse profiteri debeat, immediate ante ipsam iuramenti praestationem.

Quod si aliquis, sive Christianus, sive Hebraeus in iudicio contendens, iuramentum ob maiorem solemnitatem deferri Hebraeo petat ad tactum Sacrarum Scripturarum, id quidem in Casibus in quibus exigere iuramentum per iura licet, a Iudice, decreto interposito, concedatur: Hoc tamen iuramentum non in aliquo Hebraeorum Oratorio; sed in ipso Tribunali, vel loco aequipollenti a Iudice designando, praestetur coram eodem Iudice, et iuxta praxim in huiusmodi servari solitam.

Iam vero Sacrae Scripturae, sive Sacrarum Scripturarum partes aliquae aut fragmenta, ex illis veteris testamenti, quas uti tales Hebraei nobiscum venerantur, sive in originali textu, sive in translatione Hebraeo iuraturo sic tangendae proponantur, ut reapse ad tactum SS. Scripturarum, Verbi Dei, Legis Dei se intendere iurare, et se iuraturum esse profiteatur: Reliquae item admonitiones et declarationes, de quibus supra, gravissimis verbis simul eidem proponantur et ab eodem exigantur.

Nicolaus Soldini S. R. et Univ. Inq. Not.

Super successione religiosorum.

La S. M. di Leone XII. per togliere qualunque reclamo delli Superiori delle Religioni, e degli eredi dei defunti ex Religiosi dimoranti fuori del Chiostro, e che muoiono extra Claustra, dietro una istanza della S. Congregazione de'Vescovi, e Regolari nel giorno 14 Settembre 1827, previa Revocazione delle cause introdotte avanti qualunque Giudice, o Tribunale, deputò una Congregazione di quattro Emi Signori Cardinali, i quali definissero economicamente le cause introdotte, ed eliminassero nei futuri tempi qualunque disputa, che potesse insorgere sulla successione alla eredità dei Professi Regolari, i quali per diverse contingenze muoiono fuori del Chiostro.

A tale effetto di moto proprio li 19 Giugno 1828 per stabilire una regola generale, ed uniforme, volle che si proponessero li seguenti quattro Dubbii alla Congregazione Deputata, acciò si esaminassero, e ciascun componente esternasse in iscritto il suo voto da depositarsi nelle Sagre Mani di Sua Santità per conoscerli, e definirli.

Primum. « Cui competat ius succedendi haereditati Regularis Pro» fessi decedentis extra Claustra, qui Apostolicum indultum obtinuit » manendi extra Claustra ad tempus retento habitu, vel veste sui ordi» nis dimissa. »

Secundum. « Cui competat ius succedendi haereditati Regularis Pro» fessi, qui infausto anteacto tempore eiectus publica vi a Coenobio, et

» veste sui Ordinis expoliatus, rationabiles causae ei obstiterunt, ne suc-
» cessivo tranquillitatis tempore ad suum rediret Coenobium, suique Or-
» dinis vestem reassumeret. »

Tertium « Cui competat ius succedendi haereditati Regularis Pro-
» fessi, qui Apostolicum indultum obtinuit acquirendi haereditates, et
» legata, et de iisdem acquisitis disponendi, et signanter si dispositio
» fuerit ad causas pias, et favore Religionis. »

Quartum. « An sit supplicandum SSmo, ut privativam iurisdictionem
» cognoscendi, et definiendi quaestiones super praemissis ortas, et quas
» oriri contingerit inter superiores Regularium Ordinum, et R. C. Spo-
» liorum administratores circa interpretationem, et explicationem Cons.
» Gregorii XIII diei 21 Ianuarii 1577, quae incipit *Nostri Officii,* ali-
» cui ex Sacris Congregationibus tribuere dignetur. »

Rimessi questi quattro Dubii a tutti gli Emi Signori Cardinali della Congregazione Deputata, furono tutti solleciti di obbedire all'ordine di Sua Santità, e da Monsignor Segretario della S. Congregazione de' Vescovi e Regolari li 19 Gennaro 1829 furono in originale depositati nelle mani della S. M. di Leone XII i rispettivi pareri. Chiamato agli eterni riposi, il lodato Pontefice non potè emanare il suo oracolo, ma presentata l'intiera posizione al Trono del successore Pio VIII. avendo maturamente considerato i voti della Congregazione Deputata, nella udienza del 26 Giugno detto anno 1829 approvò, e confermò le seguenti soluzioni, e risposte alli quattro Dubii di sopra proposti.

Relate ad primum Responsum « De huiusmodi haereditate iudican-
» dum esse iuxta dispositiones Iuris Ecclesiastici communis, scilicet eam
» spectare ad propriam defuncti Religionem. »

Relate ad secundum « Si Religiosus, de quo est sermo, perpetuae
» Saecularizationis absoluto non fruebatur indulto, ut in praecedenti.

» Si vero fruebatur, distinguendum esse inter bona ab eo relicta,
» scilicet bona quae Religionis erant secumque e Claustro egrediens ipse
» attulerat, vel ei utcumque obvenerunt, quemadmodum et bona si quae
» habebat ex illis provenientia eidem Religioni manere. Quoad autem cae-
» tera bona a tali Religioso extra Claustra aliter quam ex bonis ad Re-
» ligionem pertinentibus acquisita, iudicandum de iis esse iuxta Consti-
» tutionem Gregorii XIII *Officii Nostri etc.* »

Relate ad Tertium « Si dictus Religiosus Apostolico Indulto Dispo-
» nendi de bonis, ut in casu, *legitime usus est,* facta nimirum dispo-
» sitione undique legittime eorumdem bonorum, ius de quo agitur illi
» competere, cuius favore facta est dispositio. »

Relate ad Quartum Affirmative. « Mandans ut quaestiones prout in
» quarto Dubio cognoscantur, et definiantur a S. Congregatione Episco-

» porum, et Regularium, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis de » Spoliis, et signanter Gregorii XIII dici 21 Ianuarii 1577, *Officii No-* » *stri*, inveterata consuetudine, ordinationibus, aliisque in contrarium » quibuscumque. »

MARSICANA

Super negata Ecclesiastica sepultura.

Ioannes Turriani e civitate *Avezzano* apud lacum Fucinum, in Marsicana seu Marsorum Dioecesi, mercatoriam artem in sua officina exercens, octo filiorum prole auctus calumniose insimulatus est de prodita fide maritali; cumque ea de re ab uxore, et ab ipso patre etiam tanquam rerum domesticarum profusor, acerrimis verbis continuo proscinderetur, in aterrimam adeo tristitiam concidit, ut immanem animi sui perturbationem suo etiam vultu et actionibus publice significaret. Namque per urbem profundissima cogitatione defixus inambulare, oculorum aciem turbatam ac torvam salutantibus convertere, in ipsa officina de hac merce rogatus aliam et aliam porrigere, ac suo creditori debitam offerenti pecuniam aliud omnino respondere compertus est. Quin imo die 18 Iulii 1834 post meridiem, cum fervidissima sol suorum torquet radiorum spicula, ad celebratissimum Claudii emissarium se contulit, ibique a quodam Monvinellio, operibus praefecto, quae ibi forte agebantur, sibi dari atramentarium postulavit, ut duas literas exarare posset. Quibus conscriptis, exinde profectus ad fauces emissarii perambulare aliquantisper, manus modo flectere, modo ad vultum admovere, modo utriusque in se conserere, atque adeo ad caelum etiam attollere; denique fronte Sacro Crucis signo notata, praeceps in horrendum illud se baratrum deiicere, itaque miserrimam mortem oppetere.

Eiusdem cadaver exinde extractum, uti suicidae, ecclesiastica sepultura donare parochus denegavit. Itaque Crispinus Turriani Ioannis genitor ad Ordinarium se vertit ut parochum a suo consilio recedere compelleret. Ordinarius testibus interrogatis, inter alia considerabat « *che dalle deposizioni dei testimoni, benchè contesti solo in fatti diversi, e singolari unicamente rilevasi nel suicida Turriani una semplice non avvertenza, e non mai perduto l'uso di ragione, che solo il medesimo era agitato per qualche affare di famiglia, e che in fine la lettera scritta da esso prima del suo ammazzamento, non può chiamarsi lettera di un uomo abbandonato dalla ragione.* » Universa re proinde prout de iure cognita sententiam dixit, qua parochi deliberationem rite confirmavit.

Itaque Crispinus Turriani die 14 Augusti dicti anni 1834 ab ea sententia interpellationem ad Sanctam Sedem per hanc S. C. interiecit. S. Congreg. antequam suum super hac re iudicium pronunciaret, votum unius ex suis Consultoribus de more exquisivit.

Consultor statuebat in primis ex antiquissima, et numquam intermissa Ecclesiae disciplina sancitum esse, suicidium voluntarium ac deliberatum unam esse ex causis, quibus ecclesiastica sepultura denegatur; Legitur *Cap. Caus. 23 §. 3* « ibi » *Placuit ut qui sibi ipsis voluntarie aut per ferrum, aut per venenum, aut per praecipitium, aut per suspendium, aut quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur.* Ab hac generali constitutione excipitur casus, quo quis ex insania sibi mortem consciscat. Statutum enim est ut in Rituali Romano per Bened. XIV emendato et aucto « *Negatur ecclesiastica sepultura. . . . seipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat) nisi ante mortem dederint signa poenitentiae; ubi vero in praedictis casibus dubium occurrerit, ordinarius consulatur.* »

Post haec advertebat eam non paucis insedisse opinionem, quo Ben. XIV vel censuisset, vel imperasset suicidarum cadavera indiscriminatim sepultura ecclesiastica donanda esse ea nempe de causa, quod praesumatur suicidam quemque ob mentis alienationem et insaniam, violentam in se inferant manus. At vero licet hanc sive sententiam sive constitutionem illius immortalis Pontificis accurate ipse investigasset, nihil ad rem invenire datum fuerat, ideoque iure concludebat, nihil novi per eum Pontificem esse inductum, quia ab ipso legem fuisse firmatam, ut iis solummodo, qui per insaniam se morte affecissent, sepultura Ecclesiastica non denegetur.

Quod autem huiusmodi disciplina nullam posteriori tempore mutationem passa fuerit, luculentissime elucescit ex quadam deliberatione die 28 Nov. 1828 a Supremo Inquisitionis tribunali elicita, et a S. M. Leone XII approbata. Cum enim super suicidarum tumulatione ab Ordinario quodam extra ditionem Pontificiam eadem suprema Inquisitio scitata fuisset, per haec ipsa verba respondit « *Che non era necessario, che si facesse ciascuna volta il processo per provare il fatto del suicidio ad escludere od includere nel caso l'insania, ma solamente quando sembrasse prudentemente convenire. Ove poi non rimanesse probabilmente esclusa l'insania, e non si credesse però di privare della sepoltura ecclesiastica (il suicida), essere sommamente desiderabile, che si faccia senza pompa funebre, al qual fine si daranno dal medesim' Ordinario gli opportuni ammaestramenti ai Parrochi con quella riservatezza, che sembri prescrivere*

la prudenza. Che l' attuale consuetudine vigente in Roma, e negli Stati Pontificî rapporto all' esequie e sepultura dei suicidi è che si osservi il rituale romano. Che in fine quando lo stess' Ordinario nei casi particolari non potesse desumere da questo una norma sufficiente potrà consultare approvati autori, e regolarsi con prudenza. »

Hanc de sepoltura donandis ob insaniam sese interficientibus disciplinam, apud testatores rerum canonicarum comunissimam esse adnotabat, allegatis Reinfestuel *L. 3 dec. tit. 28* §. *3.* Piringh. *L. 1 num. 65* Schlmazgrueber *L. 3 tit. 26* §. *3.* Zallinger *L. 3 dec. tit. 28 num. 263.* Quin imo iidem doctores tradunt, quod si dubium sit, an suicidium ex delicto vel insania ortum duxerit, pro secunda parte standum sit iuxta regulam, quod delictum tam grave de iure non praesumitur. *L. Multo* §. *7 de socio.* Quae opinio maiorem ex eo confirmationem capit, quod Suprema Inquisitio sepulturam suicidae largiendam esse definit, quando non sit « *probabilmente esclusa l' insania.* »

Ad hunc statum re deducta, planum erat intelligere non amplius in iure sed in facto controversiam omnino versari. Tria igitur potissimum inquirenda sunt, nimirum quam vitae rationem suicida in antecessum duxerit, quae fuerit rationis et animi status, tum antequam mortem sibi idem intulisset, tum in eo ipso, in quo facinus perpetravit. Ad primum quod attinet, si defunctus impiam egerit vitam, tum ab ecclesiastica sepultura repellendus est; quandoquidem licet tum ante scelus, tum in scelere turbidum ac furentem se ostenderit, hoc ab imminenti mortis aspectu, non ab insania ortum ducit, ideoque vera ut unica maleficii causa ab impietate esset repetenda iuxta axioma « *semel malus, semper praesumitur esse malus.* » E contrario, si idem ante obitum religiosa vita se commendaverit, cum nemo repente fiat pessimus, praesumendum est mentis insania raptum mortem sibi conscivisse, eoque magis, si adsint indicia licet ambigua et in se haud satis probabilia furoris et amentiae. Ferrar. *V. Sepult. num. 181 La Croix l. 7 256.*

Hisce praemonitis, consultor inquirebat quae fuisset Ioannis pietas ac religio. Iamvero certum erat eumdem hominem fuisse pietatis officiis deditum, societati S. Ioannis Decollati adscriptum, solitum quotidie missae sacrificio adesse, ac paucis ante annis in domo religiosa non sine fratrum aedificatione spiritualibus exercitiis operam dedisse, ac tandem apud suos cives optimam religionis suae opinionem disseminasse. Id enim ex testimonio virorum insignium patebat, qui vel ex officio, vel de proprio facto testabantur. Quin imo ipse Parrochus non diffidebatur, quod « *Turriani ha sempre mostrato sentimenti cristiani, adempiuto al precetto pasquale, pratticati esercizi di pietà col farsi frequentemente celebrare messe, ed usare carità verso il prossimo.* »

Si tempus inspiciatur, quod facinus antecessit, ex undecim virorum testimonio iuxta legittimam formam perhibito confirmatur, iam tum non indubia mentis aversae perturbataeque indicia praebuisse. Cuius rei causa perspicua erat in iis calumniis reponenda, quibus alienam foeminam praegnantem effecisse insimulabatur, cum e contra haec foemina nullam cum eo rem habuisse testaretur, neque Curia Marsorum huiusce impudicitiae reus ullatenus traduceretur. Quibus si accedunt uxoris zelotypiae, et patris continuae obiurgationes de re domestica male perdita, non immerito arguendum est, hominem honestatis amantem, ac octo filiorum patrem, ita fuisse perculsum et oppressum, ut rationis lumen offuscatum in eo fuerit, atque extra animi sensum proiectum. Id enim hisce in casibus ordinarie solere intercedere, uno ore docent tum antiqui tum recentes rerum phisiologicarum medicorumque tractatores.

In confirmationem accedebat Ioannis indoles quae ita comparata erat, ut in tristissimam animi prostrationem laberetur, quotiescumque ingentem aliquam offensionem pertulisset. Quidam sacerdos declarabat tribus ante obitum diebus Ioannem cogitabundo ac turbato similem a se conspectum fuisse. Alius vir officinas ingressum, ut funem mercaretur, ab eo sibi catem fuisse porrectam, et licet monitum staterae pondus sublatum fuisse declarabat. Alius eodem ingressus, ut pecuniam debitam solveret, id agere non potuisse, quia alio mentem aversam esse sensit, adeoque insoluto debito, exinde abiit. Tandem, ne singula recenseantur, paulo ante quam in emissarii baratrum sese deiiceret ab alio visus est « *che come in atto di volersi far la croce, si metteva la mano in fronte, indi sul naso, e sulla bocca, piegava indi le mani come in orazione, e poi le chiudeva con le dita una fra l' altra, e poi piegava le braccia sul petto, mettendo l'una sotto l'altra, e questi atti gli esercitò tre o quattro volte, e pochi momenti dopo trovai, ch' era precipitato nel pozzo.* »

Nequit officit epistola a Ioanne ante obitum conscripta, quam nonnisi ab homine sanae mentis confici potuisse, ponebat in sua sententia iudex Marsicanus. Iuvat hic integram exscribere. « *Caro padre* » *Eccovi gli ultimi miei righi. Io vado a morire ma innocente. Io chieggo scusa a tutti; perdonatemi, se vi ho fatto qualche mala creanza, se vi ho risposto con audacia. Io moro, ma moro a torto, e potreste far chiamare Vittoria, e dirgli se chi è stato, che l' ha ingravidata e su della sua coscienza per la verità. Io moro innocente. Vi potete far restituire dal signor D. Giuseppe De Amicis ducati trecento; riconsegnerete a D. Luigi Marimpietra, ed altri ducati sessanta al signor Luigi Ottaviani: addio. Mando la S. Benedizione a miei figli e figlie, salutatemi il mio fratello, e che abbia giudizio ancora la mia sorella. Io moro. Addio* « *Giovanni Turriani* » *P. S. Mentre che la riceverete io vado a morire, non piangete per me*

statevi allegramente, e fate stare allegramente, saluto tutti gli amici non spiego quell' altra donna per non farvi mettere sotto polizia. Addio: questa è la mia volontà non ci ha colpa nessuno. » Nam praeterquam quod sententiarum connexionem in suis omnibus partibus invenire non datum esset, et deinde reipsa errasset in pecunia a De Angelis debita designanda (hic enim ducata 150 tantummodo debebat), observabatur eam esse omnium medicorum doctrinam, ut ii amentes, qui monomania affecti sunt, recte ratiocinari valeant in omnibus iis negotiis, quae connexionem cum eo non habeant, quod morbo causam dedit. Praeterea hisce in casibus insuetum non esse, ut huiusmodi amentes, lucida, ut vocant, intervalla valeant obtinere. Foderì *Med. leg. p. 1 c. 4 Sez. 1 par. 150 e par. 133.* Zacc. *quaest. med. leg. lib. 2 tit. 2 quaest. 3 num. 30 e num. 18.*

Post haec suum suffragium in hanc sententiam proferebat Consultor « *di dare l' ecclesiastica sepoltura al cadavere di lui con la minor pompa possibile a sensi della citata istruzione della S. C. del S. Offizio.* »

Crispinus Turrianus scripturam etiam typis editam a legis perito conscriptam distribuit, in qua allata rationum momenta fusius atque verius propugnabat. In ea vero inter alia votum adiiciebat medici Romani, Propraesidis Collegii Medici, primarii S. Spiritus in Saxia, et S. Ioannis Calibitae, in quo de Ioannis insania iuxta suae artis peritiam multis argumentis tuebatur. Huc accedebat, testimonium Parochorum Almae Urbis declarantium eam Romae vigere consuetudinem, ut indiscriminatim iis, qui seipsos occidunt, ecclesiasticam sepulturam non denegari ob doctrinam nempe communiter receptam quod ii insani reputantur.

Attamen proposito dubio die 12 Iunii 1835.

An Ioannis Turriani cadaveri sepultura ecclesiastica danda sit?

Emi Patres rescripserunt « *Negative, et ad Emum Praefectum ad mentem.* » Quae vero mens fuerit, evulgatum nequaquam est.

Ab hac sententia appellationis remedium petitum, et impetratum fuit. Itaque cum iterum causa proposita fuisset, Crispinus demortui pater, novam allegationem ab advocato Curiae Romanae concinnatas curavit, in qua, novis etiam allatis documentis, proposita causa luculentiori etiam rationum robore atque expositione propugnabatur. Inter ea documenta vero consultissimum memorandum est votum, quod eadem de re, omnigena in medium prolata medicae artis doctrina, tres insigniores in Archigymnasio ac Hospitalibus Romae rerum medicarum doctores, omni expulsa dubitationis umbra, pronuntiabant Ioannem Turriani ex actis et prolatis insania captum in morte obeunda fuisse.

Emi Patres die 7 Augusti eiusdem anni 1835 rescripserunt « *Ex noviter deductis, praevio recessu a decisis, Ioanni Turriani danda esse sepulturam Ecclesiasticam, et ad mentem:* » mens fuit « *ut sepultura daretur noctu, sine funebris pompa, et sine funeris celebratione.* »

DECRETUM

De Congregatione monachornm Cistercensium S. Mariae de Trappa in Gallia.

Kalendis Octobris anno MDCCCXXXIV Eminentissimi, et Reverendissimi DD. S. R. E. Cardinales Carolus Odescalchi Praefectus et Relator, Carolus Maria Pedicini, et Thomas Weld a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI ex S. Congregatione Negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita speciatim deputati quo aptius Monasteria Trappensium in Gallia instituantur, et virtutibus florescant, auditis Episcopis singularum Dioecesum in quibus eadem Monasteria erecta sunt, et audito P. Antonio Abbate Mallearіensi, et Visitatore ab eadem S. Congregatione deputato, censuerunt ea, quae sequuntur, decernere et statuere.

I. Monasteria omnia Trappensium in Gallia unam Congregationem constituant, quae appellabitur *Congregatio Monachorum Cisterciensium B. Mariae de Trappa.*

II. Huic moderator generalis Ordinis Cisterciensis praerit, et singulos Abbates confirmabit.

III. In Gallia Vicarius Generalis habeatur omni potestate praeditus ad Congregationem recte administrandam.

IV. Id muneris perpetuo coniunctum erit cum Abbatia antiqui Monasterii B. Mariae de Trappa, ex quo Trappenses initium habuerunt, ita ut singuli illius Monasterii Abbates canonice electi potestatem simul, et munus Vicarii Generalis consequantur.

V. Quotannis Vicarius Generalis tum Capitulum celebrabit, reliquis Abbatibus, vel Prioribus Conventualibus accitis, tum etiam singula Monasteria per se, vel per alium Abbatem visitabit: Monasterium vero B. Mariae de Trappa a quatuor Abbatibus Monasterium Mallearіensis (de Mellaray), Portus salutis (du port du salut), Bellofontensis (de belle fontaine) et Gardiensis (du Gard) visitabitur.

VI. Tota Congregatio regulam S. Benedicti, et Constitutiones Abbatis de Rancè observabit, salvis praescriptionibus, quae hoc decreto continentur.

VII. Pareant decreto Congregationis S. Rituum diei 20 Aprilis 1822 super Rituali, Missali, Breviario, et Martyrologio, quibus uti debebunt.

VIII. Labor Manuum ordinarius aestivo tempore ultra sex horas, et ultra quatuor et dimidiam reliquo anni tempore non producatur. Quod vero ad ieiunia, precationes, et cantum Chori pertinet, aut S. Benedicti Regulam, aut Constitutiones Abbatis de Rancè ex recepto more cuiusque Monasterii sequantur.

IX. Quae articulo octavo constituta sunt, ea Praesides Monasteriorum moderari possint, et mitigare pro iis Monachis, quos ob aetatem, aut valetudinem, aut aliam iustam causam aliqua indulgentia dignos existimaverint.

X. Quamvis Monasteria Trappensium a iurisdictione Episcoporum exempta sint, ea tamen ob peculiares rationes, et donec aliter statuatur, iudisdictioni eorumdem Episcoporum subsint, qui procedant tamquam Apostolicae Sedis Delegati.

XI. Moniales Trappenses in Gallia ad hanc Congregationem pertineant, et earum Monasteria a iurisdictione Episcoporum non erunt exempta: cura tamen spiritualis uniuscuiusque Monasterii Monialium, uni, aut alteri Monacho proximioris Monasterii committatur, Monachos autem, quos idoneos ad illud munus iudicaverint, Episcopi deligant, atque approbent, et Confessarios extraordinarios e clero etiam saeculari deputare poterunt.

XII. Constitutiones, quas Moniales servare imposterum debebunt, iudicio S. Sedis subiiciantur.

Hoc decretum Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI in audientia habita a D. Secretario S. Congregationis negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositae hac die 3 Octobris anno MDCCCXXXIV ratum in omnibus habuit, et confirmavit, et servari mandavit.

CAROLUS CARD. ODESCALCHI PRAEFECTUS

I. Archiepiscopus Ephesinus Secretarius.

DECRETUM

De filiabus S. Mariae Virginis a charitate Boni Pastoris.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Negociis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, perlectis litteris ad Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XVI ab Episcopo Andegavensi datis, quibus humillime petebat, ut Praeses Domus Andegavensis *Filiarum B. Mariae Virginis a charitate Boni Pastoris* nuncupatarum, renunciaretur Praeses Generalis totius Congregationis, et ideo reliquis Domibus, quas Andegavensis fundavit, vel in posterum fundabit, praesideret: perlectis etiam litteris Episcopi Pictavien-sis, Gratianopolitani, et Metensis, quarum in Dioecesibus hae Domus fundatae sunt, qui existimant eam generalem Praefecturam admodum profuturam, ut illud eximiae charitatis institutum plus firmitatis, et vi-

rium habeat: et omnibus accurate perpensis in pleno auditorio diei 9 Ianuarii 1835, me Cardinali Praefecto referente, censuit et decrevit.

I. Domus Andegavensis, et caeterae Domus, quae ab eadem fundatae sunt, Regulas a P. Eudes conditas, et a S. Sede Apostolica adprobatas observabunt.

II. Praeses Domus Andegavensis, praeter peculiarem ipsius Domus Andegavensis administrationem, reliquis Domibus ab eadem fundatis, vel fundandis in posterum praeerit.

III. Huius generalis Praesidiis munus erit novas Domus cum assensu Episcopi Dioecesani fundare, fundatas autem visitare, diligenterque curare ut regulae serventur, et omnia rite procedant. Eadem quoque poterit Novitias per se, vel per Praesides aliarum Domorum in Congregationem admittere et filias per diversas Domos distribuere, deque una in aliam Domum transferre. Nil autem gravioris momenti agat sine consilio adsistentium, et unaquaeque Domus sub iurisdictione Dioecesani Episcopi maneat, iuxta Decreta S. Concilii Tridentini, et Constitutiones Apostolicas, quae ad huiusmodi Congregationes pertinent.

IV. Sexto quoque anno nova Praeses Generalis eligatur; ita tamen ut praeses officio functa, absoluto sexennio, iterum eligi possit, ac etiam deinceps quoties Electricibus placuerit.

V. In electione facienda antiqua methodus servabitur: quaevis nempe Domus duas Electrices designabit, quae in unam Domum conveniant, vel suffragia sua scriptis tradita, et obsignata transmittent, electioni praeerit Episcopus loci, in quo celebrabitur.

VI. Praeses cuiuscumque Domus a Praeside Generali eligetur, adsistentibus in consilium vocatis.

VII. Congregatio Andegavensis pristinam vestem sibi, et antiquis Monasteriis, quae *Refugia* vocantur, propriam retinebit. Sed loco cinguli albi, cingulum caerueli coloris gestabit, et in argenteo corde, quod gestare consuevit, effigiem *Boni Pastoris* caelatam deferet.

VIII. Congregatio Andegavensis quibuscumque privilegiis ac gratiis, quas Apostolica Sedes antiquis Monasteriis a *Refugio* nuncupatis concessit, in posterum gaudebit.

Hoc Decretum Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI, in Audientia habita a D. Secretario S. Congregationis Negociis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae hac die 6 Ianuarii anno MDCCCXXXV ratum in omnibus habuit, et confirmavit, et per Litteras Apostolicas in forma Brevis expediri iussit.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Archiepiscopus Ephesinus Secretarius.

DECRETUM

De locationibus, et alienationibus rerum Ecclesiasticarum.

Curia Episcopalis Assisiensis, datis litteris ad S. Congregationem Negociis et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositam IV Idus Mart. Anno MDCCCXXXV, duas quaestiones, seu dubia proposuit, videlicet.

1. « Utrum ad legitimam sextae et vigesimae oblationem requira» tur ea pecuniae vis, quae vigesimam et sextam iam oblati pretii par» tem saltem exaequet; an vero sufficiat quodcumque augmentum titulo » vigesime et sextae?

2. » An ad maiorem Ecclesiae utilitatem possit prorogari legitimum » tempus, ut oblatores, si velint, novas oblationes exhibere valeant?

S. Congregatio respondit

Ad primum « *Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam.* »

Ad secundum « *Negative.* »

Et dentur decreta de adiudicandis bonis Ecclesiasticis alias edita, et praesertim quae sequuntur.

I. In adiudicandis rebus Ecclesiasticis observandae sunt leges latae a Benedicto XIV in suo Motu Proprio edito die 22 Novembris 1742 pro locationibus bonorum Cameralium (1).

II. Oblationes fieri debent in quadam summa certa, et explicita sine ulla conditione, aut augmento quod ex eventu pendeat, ac proinde si quis obtulerit ex. gr. decem summos scutatos vel supra meliorem quamcumque oblationem, vel supra eas oblationes, quae ad certam summam pervenerint, oblatio isthaec reiicitur veluti captiosa, et utilitati locorum piorum adversa.

III. Si quis vero in eadem oblatione, postquam summam certam obtulerit, polliceatur etiam se soluturum ex. gr. decem nummos scutatos vel supra aliam quamcumque oblationem, vel supra eas oblationes, quae certa summa continentur, tum augmentum decem nummum scutatorum non aliorum oblationibus, sed certae summae ab eodem oblatae addendum erit.

IV. Si edicta proposita fuerint vi litterarum S. Congregationis, et elapso termino, apertisque oblationibus, novae exhibeantur oblationes, tum oblationes omnes ad S. Congregationem mittendae erunt; Sacra autem Congregatio re adhuc integra, poterit pro suo prudenti arbitrio novas oblationes vel reiicere, vel mandare, ut denuo edicta proponantur.

(1) Pius VI sa: me: anno 1785 extendit ad rerum Ecclesiasticarum alienationes Motum Proprium Benedicti XIV. diei 22 Novembris 1742 super locationibus Bonorum R. C. A.

V. Idem ius novas oblationes vel reiiciendi, aut etiam edicta denuo proponendi, re adhuc integra, ad executorem Beneplaciti Apostolici spectat, ubi ob peculiares aliquas rationes facultas adiudicandi eidem executori tributa fuerit.

VI. Cuique licet oblationem eius, cui res adiudicata est, intra viginti dies ad vigesimam et ultra augere: hic terminus incipit a die, quo ex decreto Executoris Beneplaciti Apostolici res adiudicata fuerit.

VII. Si quis intra huiusmodi terminum vigesimam obtulerit, tunc ei, cui res iudicata fuit, significanda erit, eique decem dies permittuntur, intra quos declaret velit nec ne vigesimam acceptare.

VIII. Pro offerenda sexta spatium trium mensium conceditur: hic terminus decurrit a die, quo primum res adiudicata est, si nemo vigesimam obtulerit; si vero oblata fuerit, decurrit a die, quo oblatori vigesimario res adiudicata fuit.

IX. Privilegium addictionis in diem, et restitutionis in integrum, sive ius vigesimae et sextae tectum, integrumque manet favore Ecclesiae, etiamsi in Decreto Executoris nulla mentio de eo facta sit.

X. Neque etiam pro invitandis oblatoribus necesse est, ut edicta vigesimae et sextae proponantur (1).

Romae die 18 Martii 1835.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Archiepiscopus Ephesinus Secretarius.

DECRETUM

De Ordinariis Monasteriis Congregationis Olivetanae in Etruria, et Liguria.

Placidus Zurla S. R. E. Cardinalis cl. me. Vir eximia virtute, et prudentia praeditus, cum munus visitandi Monasteria Ordinis S. Benedicti Congregationis Olivetanae a Pio VIII accepisset, nonnulla edidit saluberrima decreta, quibus regularis disciplina, et observantia ob temporum vicissitudines aut collapsa, aut certe debilitata in ea religiosa familia instauraretur. Verumtamen ob exiguum praesertim Monachorum numerum non ii fructus percepti sunt, qui sperabantur. Quapropter Sanctissimus

(1) Exequutores rescriptorum, nisi super experimentis vigesimae et sextae expressa dispensatio a S. Congregatione concessa fuerit, debent praescribere edictorum affixionem. Nihilominus si ipsi officio suo defecerint, etiam non affixis edictis, quisque ius habet vigesimam et sextam offerendi.

Dominus Noster Gregorius PP. XVI ut aliquod germen eius Ordinis maneret, et iterum si fieri poterit reflloresceret, datis litteris Apostolicis in forma Brevis die 19 Augusti anni 1831 aliquot Monasteria claudi iussit, ut ex Monachis, qui in reliqua Monasteria se reciperent, is conficeretur numerus, qui divino cultui, et monasticis obeundis muneribus satis esset. Nunc vero Sanctitas Sua magnopere exoptans, ut Monasteria quae supersunt, secundum S. Canones, et Ordinis Constitutiones componantur, riteque instituantur, id oneris huic Sacrae Congregationi Negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium propositae imposuit. Itaque S. Congregatio, inspectis omnibus, seduloque perpensis, haec quae sequuntur statuit, atque decrevit.

I. Vicarius Generalis Congregationis Olivetanae in Monasteriis, quae in Etruria, et Liguria sita sunt, duos Novitiatus erigat, alterum in Monasterio Montis Oliveti Maioris in Dioecesi Senensi, alterum in Monasterio S. Hieronymi ad Quartum in Dioecesi Ianuensi.

II. Huiusmodi Novitiatus erunt in loco clauso, et seorsim a Monachis professis.

III. In istis Novitiatibus religiose observentur decreta S. Concilii Tridentini, et Constitutiones Apostolicae, et Statuta Ordinis, eaque praesertim, quae a Clemente VIII *Super receptione, et educatione Novitiorum* praescripta sunt.

IV. Monachi omnes in Psalmodiam, Ecclesiasticas exercitationes, solitudinem, et silentium, quae Monasticam vitam maxime fovent, toto animo incumbant.

V. Singuli Monachi, nemine excepto, in egrediendo, et ingrediendo, benedictionem a Praeside Monasterii omnino accipiant.

VI. Habitum regularem, et ab omni prorsus levitate alienum etiam in itinere induant.

VII. In quovis Monasterio sit una mensa, eaque omnibus communis, ex eaque nemini liceat quidquam etiam sub titulo charitatis reservare, et extraneis distribuere.

VIII. De peculiaribus nummis, et livellis Monachorum serventur Constitutiones Ordinis, et decreta huius S. Congregationis in iis omnibus, quae ad eorum depositum, et erogationem pertinent.

IX. Monachi omnino vetantur privatas domos frequentare, atque etiam a laicorum consuetudine se contineant, nisi rationabilis causa intercesserit.

X. Vicarius Generalis provideat ut in utroque Monasterio, ubi Novitiatus positus est, scholae habeantur pro institutione Monachorum, studiaque sint bene ordinata, et lectores probati, atque idonei eligantur.

XI. Idem Vicarius Generalis, et Abbates Praesules Monasteriorum attentius pervigilent, ut regulae, et constitutiones Ordinis accurate ab omnibus observentur.

Hoc decretum S. Congregationis Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XVI in Audientia diei 22 Iunii 1835 probavit, et confirmavit, et servari omnino iussit.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Patriarcha Constant. Secretarius.

DECRETUM

De constituendo in Urbe Vicario Generali Scholarum Christianarum.

Frater Agatho superior generalis instituti Scholarum Christianarum in Gallia, cum illud regnum intestinis, cruentisque factionibus perturbaretur, repente excessit, neque ulla ratione sciri potuit, utrum morte sublatus esset, an vitandae persecutionis causa alio aufugisset. Quapropter Pius VI fel. rec., qui illud institutum de christiana puerorum praesertim institutione optime meritum valde diligebat, ne Domus extra Galliam posita ex ea re detrimentum caperent, datis litteris in forma Brevis diei 7 Augusti 1795 Vicarium Generalem in Urbe constituit, eique Domus Instituti, quae in Italia, et in Dioecesi Lausanensi extabant, regendas tradidit, usque dum frater Agatho ad pristinum munus rediisset, aut cognita eius morte, novus superior generalis electus fuisset.

At vero tranquillatis rebus, novoque Superiore Generali adlecto, tum ipse, tum caeteri Superiores Generales, quamvis causa, propter quam litterae Apostolicae Pii VI datae fuerant, omnino cessasset, nullaque mentio in Constitutionibus Instituti de Vicario Generali haberetur, attamen Vicarium Generalem in Urbe perpetuo retinuerunt, propterea quod aperte cognoverunt ad rectam Domorum Italiae administrationem necesse omnino esse, ut aliquis adesset facultate praeditus, qui easdem propius moderaretur.

Nunc vero ea necessitas plurimum aucta est, dum novae domus tum in Dioecesibus Beneventana et Spoletana fundatae sint, aliasque fundandi certissima spes habeatur; et idcirco seniores fratres Domorum Italiae Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI humillime supplicarunt, ut de Vicario Generali in Urbe constanter retinendo decretum ederet, et modum

electionis, et facultates, quibus uti poterit, ad tollendas ambiguitates praefiniret.

Hoc autem negotium Sanctitas Sua quinque Eminentissimis Patribus e Congregatione Negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita delectis commisit, qui conventu facto die 9 Augusti 1835, et omnibus sedulo perpensis rati sunt, salva unitate totius Instituti, ea decernere quae sequuntur.

I. Stabilis in Urbe erit Vicarius Generalis, eique adiungentur duo Consultores, et Secretarius.

II. Electio Vicarii Generalis, et Consultorum ad Superiorem Generalem pertinebit, Electio Secretarii arbitrio ipsius Vicarii Generalis permittatur.

III. Vicarius Generalis e fratribus Italiae eligatur, duo autem Consultores e fratribus sive Italiae, sive Galliarum eligi poterunt, eorumque electiones confirmationi S. Congregationis Negociis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae subiiciantur.

IV. Superior Generalis suo in Urbe Vicario Generali delegabit facultatem.

1. Constituendi Rectores Domorum a se tamen confirmandos.

2. Distribuendi fratres in singulas Domos, eosque ab una in alteram transferendi assignatis muneribus, quibus unusquisque fungi debeat.

3. Recipiendi novitios, eosque servatis praescriptionibus Regulae et Constitutionum, et cum assensu Superioris Generalis admittendi ad nuncupanda vota perpetua.

4. Vigilandi, et curandi, ut regulae, et constitutiones ab omnibus sedulo observentur.

5. Fundandi novas Domos rogantibus Episcopis.

6. Providendi omnibus iis rebus, quae dilationem pati non possunt.

V. His facultatibus Vicarius Generalis uti poterit in singulas Domos, quae in Urbe sunt, et Ditione Pontificia, quaeve in posterum per Vicarios Generales fundabuntur, excepto Hospitio Magno S. Mariae Angelorum ad Thermas, quod beneficientia Summorum Pontificum fundatum, et altum, sub eorum immediata potestate manet, suisque legibus administratur, et excepta Domo S. Antonii ad montes in Urbe, quae uni Superiori Generali immediate suberit, et in qua secundum pacta, et conventa fratres Galliarum commorabuntur.

VI. Vicarius Generalis ipsum Generalem Superiorem quotannis de statu oeconomico Domorum, de ratione vivendi fratrum, de novis fundationibus, deque aliis rebus gravioribus certiorem faciet.

VII. Consultores etiam in rebus alicuius momenti in consilium adhibebit; eorum vero suffragia erunt, ut vocant, consultiva.

VIII. Munus Vicarii Generalis, et Consultorum decem annos perdurabit.

Hoc Decretum Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI in audientia habita a D. Secretario S. Congregationis Negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositae hac die 18 Novembris 1835 in omnibus approbavit, et confirmavit, atque executioni mandari iussit.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Patriarcha Costant. Secretarius.

DECRETUM

De Congregatione Monachorum Cisterciensium B. Mariae de Trappa in Belgio.

S. Congregatio Negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, acceptis postulationibus P. Prioris et Monachorum Monasterii Westmallensis Ordinis Cisterciensis Congregationis B. Mariae de Trappa in Dioecesi Mechliniensi, et cognito eorumdem Monachorum studio in curanda prosperitate ipsius Ordinis et disciplina Regulari tuenda, atque omnibus sedulo diligenterque perpensis in generali Auditorio die 11 Martii 1836 statuit, et decrevit prout sequitur.

I. Archiepiscopus Mechliniensis Monasterium Westmallense Ord. Cisterc. strictioris observantiae, sublata qualitate, et praerogativa prioratus, in Titulum Abbatiae vel per se, vel per aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam elevet cum omnibus iuribus, privilegiis, honoribus, iurisdictionibus et omnibus, quae ex Apostolicis Constitutionibus, et Regula Ordinis ad Ecclesias Abbatiales, et Abbates spectant.

II. Hoc Monasterium, et reliqua in Belgio erecta vel erigenda, peculiarem Congregationem cum toto Ordine coniunctam constituent, cui praecerunt Abbates Monasterii Westmallensis canonice electi, uti Vicarii Generales P. Praesidis Generalis Ord. Cisterc., qui in Vrbe commoratur.

III. Ipse Abbas Westmallensis, et caeteri Abbates et Priores Monasteriorum, quae in Belgio fundata sunt, vel in posterum fundabuntur, iuxta Canonicas Regulas et Constitutiones Ordinis eligantur, et Abbatum electio a Praeside Generali Ordinis Cisterciensis confirmanda erit.

IV. Haec Congregatio ad servandam uniformitatem in Ordine, Regulam S. Benedicti, et Constitutiones Abbatis de Rancè a Summis Pontificibus Innocentio XI, Benedicto XIV, Pio VI et Pio VII laudatas observabit.

V. In usu Ritualis, Missalis, Breviarii, et Martyrologii servetur Decretum S. Congregationis Rituum, latum die 20 Aprilis 1822.

VI. Praesides Monasteriorum ieiunia, precationes, cantum chori aliasque austeritates moderari, et mitigare poterunt pro iis Monachis, quos ob aetatem, aut valetudinem, aut aliam iustam causam aliqua indulgentia dignos existimaverint.

VII. Infirmorum cura ante omnia, et super omnia adhibenda est, ut monet S. Benedictus, eisque ea omnia praestanda erunt, quae circa cibum, potum, eorumque curam Medicus praescripserit.

VIII. Praesides Monasteriorum diligenter curabunt, ne quis nisi post sufficientem probationem ad sumendum habitum religiosum recipiatur, neque deinceps ad vota nuncupanda admittatur, nisi toto Tyrocinii tempore praecipua divinae vocationis signa dederit.

Et facta de praemissis relatione Sanctissimo Domino Nostro Gregorio PP. XVI ab infrascripto Domino Secretario S. Congregationis Negociis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae in Audientia habita die 18 Martii 1836 Sanctitas Sua Decretum hoc eiusdem S. Congregationis ratum in omnibus habuit et confirmavit, atque litteras Apostolicas in forma Brevis expediri mandavit.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Patriarcha Costant. Secretarius.

DECRETUM

De ratione eligendi superiores regulares.

P. Minister Generalis totius Ordinis Minorum S. Francisci cum animadverterit in Capitula praesertim Provincialia abusus aliquot, ut sibi videbantur, contra Decretum S. Concilii Tridentini sess. XXV cap. 6 de Regularibus, et Constitutiones Ordinis irrepsisse, atque agnoscens quantum intersit secundum praescriptam formam electiones celebrari, hanc S. Congregationem Negociis et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositam rogavit, ut decem quaestiones, seu dubia, quae sequuntur, declararet, videlicet:

1. « An nomine absentium, quorum suffragia in electionibus supplenda non sunt ex Tridentini Concilii Decreto, illi quoque intelligendi » sint, qui vita functi fuerint?

2. » An sequuta post ultimam Congregationem intermediam morte » alicuius Guardiani, Praeses a Ministro Provinciali Conventui adminis- » strando suffectus, habeat vocem in primo Capitulo Provinciali?

3. » An Provincialis et Definitorium possint ante celebrationem Capituli eumdem Praesidem Conventus, vel alium Religiosum in Guardianum eligere, et an post huiusmodi electionem, eiusque publicationem novus Guardianus ius ferendi suffragium in Capitulo Provinciali consequatur?

4. « Licebit ne definitorio vel immediate ante, vel in actu Capituli substituere Religiosum idoneum in locum alicuius Guardiani, qui vocem activam et passivam amiserit?

5. » Si quis ex definitoribus actualibus sit etiam Coenobii Guardianus, poterit ne duplex suffragium ferre? et si Guardianatu se abdicaverit, poterit ne alter substitui, ne eius vox in Capitulo desit?

6. » In iis Provinciis, ubi parvi Conventus vel Coenobia extant, quae Hospitalia appellari solent, poterit ne Minister Provincialis decernere, ut Praeses huius vel illius parvi Coenobii ius suffragi habeat?

7. » Ubi Statuta peculiaria vigent, quae lectoribus iubilatis numerariis ius ferendi suffragii in electione Ministri Provincialis, et definitorum Provincialium tribuunt, si quis ex huiusmodi lectoribus sit etiam Guardianus, poteritne lector simpliciter iubilatus ei substitui cum iure suffragii?

8. » Si Guardianus a civili potestate suo munere interdicatur, quo se abdicare nolit, poteritne alter eius vices supplere? Et si idem apud legitimos Superiores munus suum sponte dimiserit, poteritne alter in eius locum eligi, ut suffragium ferat?

9. » Quonam sensu intelligenda sunt illa verba Decreti *Ad effectum electionis faciendae*, utrum nempe ad ipsum tantummodo actum electionis, an vero etiam ad electores ante Capituli celebrationem constitutos pertineant?

10. » An consuetudo aut praescriptio possit efficere, ut ratae et validae sint electiones quae contra formam Decreti Tridentini factae fuerint? »

Itaque S. Congregatio in pleno Auditorio diei 11 Martii 1836 referente Emo Cardinali Polidori respondit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. Ad quolibet fraudis discrimen avertendum, non eligantur novi Guardiani post festum S. Francisci, sed per Praesides regimini Conventuum, ubi opus fuerit, rite consulatur iuxta Constitutiones Ordinis.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative in omnibus ad utramque partem.

Ad VI. Negative.

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Negative ad primam partem ; ad secundam provisum in tertio.

Ad IX. Affirmative quoad utramque partem, quatenus verba Concilii tum ad actum electionis, tum ad electores ita referenda sunt, ut nec mere titulares, nec alii, qui vicem absentium suppleant ad effectum electionis faciendae constitui possint.

Ad X. Negative, et supplicandum Sanctissimo pro sanatione ad cautelam praeteritarum electionum, quae contra formam Decreti Tridentini factae fuerint.

Et facta de praemissis relatione Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI in audientia diei 25 Martii 1836, Sanctitas Sua responsiones, et declarationes Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit, et praesens Decretum Constitutionibus Minorum S. Francisci tam Observantium, quam Reformatorum adiungi iussit, sanando ad cautelam electiones, quae usque adhuc aliter peractae fuerint, de quibus proinde nullo unquam tempore, dubia ac quaestiones excitari posse districte prohibuit.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Patriarcha Constant. Secretarius.

DECRETUM

De successionibus in iura seu bona regularium.

Ad nonnullas quaestiones dirimendas quae inter Superiores Ordinum Regularium et Administratores Rev. Camerae Spoliorum exortae erant, Sa. me. Pontifex Leo XII die 14 Septembris 1827 specialem Congregationem quatuor Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium destinavit, et inter caetera, de quibus deliberandum erat, id quarto loco propositum fuit, scilicet « *An sit supplicandum Sanctissimo, ut privativam iurisdictionem cognoscendi et definiendi quaestiones super successione in haereditates Regularium ortas, et quas oriri contingerit inter Superiores Regularium Ordinum, et Reverendae Camerae Spoliorum Administratores circa interpretationem et explicationem Const. Gregorii XIII die 21 Ianuarii 1759, quae incipit – Nostri Officii – alicui ex Sacris Congregationibus tribuere dignetur.*

Eadem Sacra Congregatio respondendum censuit « *Affirmative.* » *Mandans ut quaestiones prout in quarto dubio cognoscantur, et definiantur a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium, non obstantibus Con-*

stitutionibus Apostolicis de Spoliis et signanter Gregorii XIII dici 21 Ianuarii 1577 « Officii Nostri » inveterata consuetudine, ordinationibus, aliisque in contrarium quibuscumque.

Cum vero iidem Pontifex antequam omnia absolverentur, ex hac vita migrasset, ad eius Successorem Pium PP. VIII hac de re relatum fuit, qui Decreto lato die 26 Iunii 1829 sententiam dictae Congregationis probavit atque sancivit.

Quapropter administratores Rev. Camerae Spoliorum S. Congregationem Negociis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam rogarunt, ut quaestiones, quae sequuntur, dissolveret.

1. « An pensiones, quae a publico aerario solvuntur Regularibus » extra Claustra degentibus, habendae sint tamquam pensiones Ecclesia- » sticae, ita ut natura sua spolio subiaceant? »

Et quatenus Negative.

2. « Cui competat post illorum mortem ius percipiendi ratas non » solutas dictarum pensionum, si Regulares Professi Apostolicum Indul- » tum obtinuerint manendi extra Claustra sive ad tempus, sive in per- » petuum?

3. » Cui competat idem ius, si huiusmodi Regulares professi indul- » tum testandi, et disponendi obtinuerint.

4. » Cui competat praefatum ius, si agatur de Regularibus, qui » vota simplicia tantum emiserunt. »

S. Congregatio respondendum censuit.

Ad I. Negative.

Ad II. Si indultum temporaneum fuerit spectare ad propriam defuncti Religionem, si perpetuum ad R. C. Spoliorum secundum Const. Gregorii XIII « *Officii Nostri* ».

Ad III. Ius, de quo agitur, ad eum pertinere, cuius favore facta est dispositio, si Regularis Apostolico Indulto disponendi de bonis legitime usus sit: quatenus eodem Indulto legitime usus non fuerit, servandam esse resolutionem datam in secundo.

Ad IV. Non spectare neque ad Religionem, neque ad S. C. Spoliorum, sed ad suos haeredes sive ad intestato sive ex testamento venientes.

Et ita responsum est die 6 Iunii 1836.

I. A. CARD. SALA PRAEFECTUS

I. Patriarcha Constant. Secretarius.

LUGDUNEN.

Super parvo Officio B. M. V.

Ad Sacram Regularium Congregationem Orator infrascriptus humiliter exponit.

Vota quae a Monialibus emittuntur, in praesenti rerum statu, in Galliis ubi constanter et integre servari non possunt, praesertim quoad votum paupertatis, veluti simplicia a Sancta Sede aestimari.

Itaque confidenter inquirit Orator 1° utrum moniales S. Ursulae dictae, quae nunc emittunt vota sua, teneantur sub peccato mortali ad parvi Officii Beatae Mariae Virginis recitationem; 2° utrum Moniales quae emiserunt vota sua ante Revolutionem 1791, ad idem Officium sub gravi teneantur.

LAFAY – prêtre et aumônier
des Ursulines de Lyon,
parroisse de St. Irénée.

S. C. Emorum S. R. E. Cardinalium negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita suprascriptis dubiis respondendum censuit: in Constitutione Pauli V – *In universa opera* – pro erectione Monasteriorum sub nuncupatione S. Ursulae, et Regula S. Augustini, edita die 10 Aprilis 1619 inter quotidianas pietatis exercitationes, commemoratam quidem fuisse quoad Matres recitationem Officii Parvi B. M. Virginis, sed fuisse pariter declaratum nihil horum, praeter vota, obligare ad peccatum vigore Instituti, aut Praecepti: Moniales tamen excitandas ad ea omnia diligentissime, et perfectissime observanda amore Dei, et professionis studio.

Datum Romae 14 Iunii 1836.

ARIMINEN.

Iurium Cancellariae.

Municeps Sabiniani Moderator, Hospitio Charitatis Praefectus, a S. C. Ep. et Reg. beneplacitum Apostolicum imploraverat pro loci pii bonis ad novennium locandis. Id quaestioni de qua agitur occasionem dedit. Nam Episcopus de more interpellatus Municipio significavit ad suam curiam pertinere omnium actorum confectionem. Acriter vero retulit Hospitio Praefectus, et a S. C. declarari postulavit « *che gli atti di asta, di trattativa, e di stipulazione si debbono fare dagli Amministratori del luogo*

pio e dai loro Ministri col rogito del Notaro dell' Ospedale, salvo il diritto all' Ordinario della deputazione di una persona Ecclesiastica, che in suo nome assista agli atti ed all' approvazione de' medesimi ».

S. C. utriusque partis momenta oeconomice voluit audire; et insuper votum requisivit R. P. D. Archiviorum Praefecti. Hic referebat huiusmodi negotium perpetuum retulisse querelarum Seminarium ex parte Notariorum publicorum; ideoque optimum fore, si a S. C. aliquid certi hac in re stabiliretur.

Igitur tria dubia Emis PP. subiecta sunt in generalibus comitiis diei 3 Martii 1737.

1. An acta, quae ad Edictorum affixionem, et hastam referuntur peragenda sint ab Ordinario sive per se, sive per deputationem personae Ecclesiasticae, et ope suorum ministrorum; seu potius pertineant ad Hospitii (vulgo *Beneficenza*) Administratores, et eiusdem ministros, salvo Ordinarii iure eadem approbandi deputandique personam Ecclesiasticam, quae iisdem adsistat?

2. An Ordinarius Notario pii Instituti impedimentum facere possit, ne locationis instrumentum roget itemque exigere queat, ut idem Instrumentum a Curiae Ministris rogetur?

Et quatenus negative

3. An Notarius praedicti pii Instituti adigi possit ad instrumenti rogati exemplar in Cancellaria Episcopali deponendum?

Emi Patres die 3 Martii 1837 rescripserunt

Ad 1. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.
Ad 2. Negative.
Ad 3. Affirmative.

SUPER VOTIS TRAPPENSIUM IN GALLIA

Reverendissime Pater

De Trappensium familiis isthic feliciter restitutis nonnulla identidem dubia ad Sanctam Sedem Apostolicam delata sunt. Ea proinde SSmus D. N. discutienda commisit Emis PP. Cardinalibus S. Congr. S. Officii atque universa rei ratione perpensa, cunctisque pro ipsius Instituti ac temporum, locorumque conditione momentis Causarum animadversis, Sanctitas Sua die prima huius Mensis ex PP. eorumdem consilio decrevit:

Vota Trappensium, quae ab ea die imposterum intra fines Galliarum Regni emitterentur, tamquam simplicia habenda esse, idque donec aliter a Sede Apostolica statuatur. Ad vota vero antea emissa quod attinet, SSmus Dominus gravissimis ductus rationibus abstinendum censuit a quocumque iudicio circa eadem proferendo. Haec idem Summus Pontifex tibi Rme Pater significata voluit, ut per te caeteris, quae tibi subiecta sunt Monasteriis denunciarentur. Ego autem Sanctitatis suae mandatis obsequutus precor ut diu valeas in Domino.

Romae Ex S. C. EE. et Reg. die 24 Martii 1837.

Tui Studiosus

Rmo P. Iosepho Mariae Ab. Monas. B. Mariae de Trappa in Dioecesi Sagiensi et Vicario Gen. Congregationis Trappensium in Gallia.

ROMANA

Congregationis Cleric. Excalceat. SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. pro declaratione Super translatione ususfructus.

Frater Franciscus a Passione, laicus Congregationis Cleric. Excalc. SS. Crucis et Passionis D. N. I. C., antequam professionem emitteret, bonorum suorum usumfructuum suis parentibus coniunctim renunciavit, retento sibi iure proprietatis, prout permittunt Societatis Constitutiones Cap. 13. – ibi – « *Unicuique vero sodalium fas erit regressus sibi reservare ad propria bona in casu, quo iuxta Ap. Const.* « *Supremi* » *nobis specialiter attributam a suscepto Congregationis Instituto ad saecularem conditionem revertatur, adeoque antequam vota simplicia emittunt, bonorum, quae a saeculo possident, usumfructum renunciabunt in favorem alicuius consanguinei vel alterius cuiuscumque personae, prout pietas et charitas suggesserit.* »

Defuncto Patre, superstes erat Mater cum geminis filiabus innuptis, et rebum omnium egentibus. Aderant etiam duo fratres, qui a materna domo recesserant, et in ea conditione positi, ut se suamque familiam substentare et alere possent. Porro hi fratres a S. C. Ep. et Reg. petierunt, ut pars ususfructus, qua antea pater fruebatur, sibi concederetur. Itaque audito de more voto unius ex S. C. Consultoribus, petitio proposita fuit, cum tribus, quae sequuntur, dubiis:

1. An usufructus, quo fruebatur pater demortuus Laici F. Francisci, ex iure ad filios devolvatur, seu potius ad matrem iure accrescendi?

2. An eveniente morte Matris, totus usufructus ex iure devolvatur ad filios, seu potius ad proprietarium redeat, ita ut hic pro suo possit arbitrio iterum disponere?

3. An declarandum sit, quod usufructuario vivente, Sodales Excalceati SS. Crucis et Passionis revocare valeant cessiones bonorum factas et faciendas, quando accedat iusta causa per Superiorem Generalem approbanda? (1)

Emi Patres in comitiis diei 15 Sept. 1837 rescripserunt:

Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam ad effectum disponendi iuxta Constitutiones.

Ad 3. Negative — 15 Septembris 1837.

(1) Religiosi, qui vota solemnia Deo nuncupant, emissa professione, cuiusvis dominii sunt incapaces, ideoque de bonis nec per testamentum, nec alio quocumque modo disponere possunt, ita ut etiamsi deinde indultum perpetuae saecularizationis a S. Sede obtineant, ne de bonis quidem post dictum indultum acquisitis sive inter vivos, sive causa mortis disponere valeant, nisi specialem ad hoc a S. Sede obtineant facultatem, quae solet certis, et determinatis conditionibus, et cautelis coarctari.

Sed qui vota simplicia tantum in aliquo Instituto, vel pia Congregatione emittunt, retinent *dominium,* ut aiunt, *radicale,* non vero administrationem. Quod si quaeratur quomodo de eorum bonis post emissam professionem disponere possint, nullum aliud responsum dari potest, nisi opus esse ut sedulo inspiciantur Constitutiones respectivi Instituti, non enim generalis aliqua dispositio habetur, ideoque Constitutionibus, et Statutis ab Apostolica Sede approbatis standum prorsus erit. Et revera aliud statutum est pro Clericis Excalceatis SS. Crucis, et Passionis D. N. I. C., aliud pro Presbyteris SSmi Redemptoris, et sic de aliis.

Hic refertur articulus quoad votum paupertatis, prout extat in Constitutionibus Presbyterorum Societatis *Mariae* sive Maristarum a S. Sede per modum experimenti ad sexennium approbatis die 15 Iunii 1860 num. $^{154}/_{5}$

Art. 41. Professi in hoc Instituto dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis interdicta est eorum administratio, et redditnum erogatio, atque usus. Debent propterea ante professionem cedere, etiam private, administrationem, usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo Instituto, si ita pro eorum libitu existimaverint. Huic vero cessioni apponi poterit conditio, quod sit quandocumque revocabilis; sed professus hoc iure revocandi in conscientia minime uti poterit, nisi accedente Apostolicae Sedis placito. Quod etiam dicendum erit de bonis, quae post professionem titulo haereditario eis obvenerint. Poterunt vero de dominio sive per testamentum, sive per actus inter vivos de licentia tamen Superioris Generalis libere disponere, quo ultimo eveniente casu, cessabit concessio ab eis facta quoad administrationem, usufructum, et usum, nisi eam concessionem tempore eis beneviso firmam voluerint, non obstante cessione dominii. Professis autem vetitum non est ea proprietatis acta peragere de licentia superioris, quae a legibus praescribuntur. Quidquid professi sua industria, vel intuitu Societatis acquisierint, non sibi adscribere, aut reservare poterunt; sed haec omnia inter communitatis bona refundenda erunt, ad communem societatis utilitatem.

SPOLETANA *Super solemnitate votorum.*

Ad preces Archiepiscopi Spoletani fel. rec. Pius VI per litteras S. Congregationis Ep. et Reg. diei 17 Maii 1791 eidem Archiepiscopo facultatem fecit, ut Monasterium Spoletanum a S. Ioanne nuncupatum Ord. S. Benedicti, in quo supererant decem Moniales velatae et quatuor Conversae valetudine, et provecta aetate infirmae, supprimeret convertereteque in Conservatorium, ubi puellae periclitantes reciperentur, firma clausurae lege pro illis Monialibus, quae ad alia Monasteria minime translatae fuissent.

Quod S. C. concesserat suum est consecutum effectum. At ex una parte usu invaluerat, ut sacrae virgines, quae posthac in illam domum admissae sunt, et nomen susceperint *Monialium Oblatarum Ven. Conservatorii S. Ioannis,* et habitu uterentur, licet velum gererent album, non utique nigrum iuxta regulas S. Benedicti, ut, ablatis titulis Abbatissae, Priorissae, aliisque id genus, earum loco nomen Praesidis invexissent; ut pro Canonicarum Horarum recitatione quasdam communes preces recitare adsolerent; ut denique nullam omnino clausuram observarent, quamquam proxime episcopalis tantum clausurae legi ab Archiepiscopo subiectae fuissent.

At vero ex altera parte usu pariter inductum erat, ut eaedem Sacrae Virgines in professione votorum eamdem formulam pronunciarent, quam in tota Dioecesi adhibere solebant Moniales omnes, solemnibus votis adstrictae, qua videlicet coram legitimis superioribus tria castitatis, paupertatis, et obedientiae vota in perpetuum Deo nuncupabant. Praeterea virginum profitentium ea mens erat, quod vota solemnia revera emitterent; pleraeque tamen ex iisdem solemnitatem voti ad castitatem tantummodo coercebant, minime autem ad paupertatem et obedientiam.

Anno 1837 ad votorum professionem ab una ex hisce Virginibus excipiendam vocatus fuit Archiepiscopus illius temporis, ille nimirum, qui non multis posthac interiectis annis ad supremam S. P. Cathedram evectus est SSmus D. N. Pius Papa IX., quem diu sospitem et incolumen Deus ad Ecclesiae utilitatem servet. Ipse igitur pro ea, qua pollet, sapientia videns huiusmodi formulam in professionem adhibitam nullo pacto cohaerere cum usu et observantia, quam invaluisse superius dixi, prudentius esse censuit professionem illius candidatae suspendere, atque interim S. Congregationem sciscitari, an vota ibidem emitti solita solemnia, vel simplicia haberi deberent: idque eo magis quod eo temporis literae

. Idem praescriptum est relate ad Sorores Praesentationis Albien. 8 Martii 1861 n. $^{3016}/_{5}$; et quoad Sorores a S. Iosepho Camberien. 22. Martii 1864 num. $^{9700}/_{5}$.

praedictae eiusdem S. Congregationis diei 17 Maii 1791 in Curia nequaquam notae erant: in tabulario siquidem huius S. Congregationis inventae sunt paucis ante causae propositionem diebus, S. Congregatio de more Archiepiscoporum alia scitu necessaria rogavit, ac deinde votum unius ex suis consultoribus exquisivit. Iamvero tam Archiepiscopus, quam Consultor contra votorum solemnitatem sentiebant ea praesertim de causa, quod beneplacitum Apostolicum in erectione obtentum non proferretur: neque enim, ut monuimus, nondum constiterat ex literis S. Congregationis anni 1791 illud omnino defuisse.

Ad iuris quaestionem quod attinet, certum est ex *Cap. unico Religionum §. confirmato de Relig. Dom. et Cap. unico Cum ex eo De exces. prael. in 6.* facultatem pontificiam necessariam esse pro canonica Monasteriorum fundatione. Neque sufficit Episcopalis facultas, licet Conc. Trid. *Sess. 25 Cap. 3 de Reg.* edicat, erigenda non esse monasteria « *sine episcopi, in cuius dioecesi erigenda sunt, licentia prius obtenta* », ex quo aliquibus falso visum est, solo Episcopi permissu contentum fuisse Concilium. Namque ex interpretatione a Doctoribus et Tribunalibus necnon S. Congregationibus recepta, prout videre est in Decis. 248 *num. 5 coram Ratto* Tridentini Patres ius ante concilium vigens neutiquam correxerunt, neque pontificiam auctoritatem per illa verba excluserunt.

Quid plura? beneplaciti apostolici necessitas a notissima Const. Innocentii X diei 22. Octob. 1652 §. 5 incip. *Instaurandae* conceptis vervis adstruitur; ait enim Pontifex. « *Hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium. . . in aliqua Civitate, Castro, Villa seu loco ad habitandum domos de novo recipere, seu Monasteria vel Collegia incipere vel fundare praesumat absque Sedis Apostolicae licentia speciali plenam et expressam faciente de prohibitione eiusmodi mentionem in scriptis, et gratis concedenda, praevia examinatione Congregationis negotiis, Ep. et Reg. praepositae.* » Si secus fiat, et poenae et nullitas erectionis diserte sancitur, adiecta ad maiorem vim clausula *Sublata et Decreto irritante.*

Hisce praescriptionibus innixa S. Congr. in *Aesina Votorum diei 18 Dec. 1836.*, ubi agebatur de Monialibus S. Dominici, quae in emittendis votis, solemnium votorum formulam adhibeant, et ea quae eorumdem votorum propria sunt observabant, atque insuper vota solemnia sese nuncupare animo sibi persuadebant, ob defectum Beneplaciti Apostolici et Pontificiae clausurae declaravit eadem vota non utique solemnia, sed mere simplicia reputanda esse

Etenim propositis dubiis.

1. An vota quae a Religiosis Dominicanis Tertii Ord. in Monasterio Purificationis Civitatis Aesinae sint et haberi debeant, uti solemnia?

Et quatenus negative.

2. An supplicandum SSmo pro Apostolica approbatione eiusdem Monasterii sub regula Tertii Ordinis S. Dominici et pro renovatione votorum iam emissorum a Monialibus, quae nunc sunt ut solemnia efficiantur?

Emi Patres rescripserunt.

Ad 1. et 2. esse simplicia, et pro nunc non expedire ut solemnia emittantur.

Hisce praeiactis S. Congr. ea, quae sequuntur dubia, proposita sunt.

An vota, quae emittuntur a puellis Conservatorii S. Ioannis Spoleti, solemnia sint vel simplicia?

Et quatenus simplicia sint.

An expediat permissum iis facere, ut professionem iuxta formulam ante hac adhibitam emittere prosequantur?

Quibus dubiis Emi Patres in generalibus comitiis diei 16 Martii 1838 rescripserunt.

Ad 1. Non constare de solemnitate Votorum.

Ad 2. Negative et ad mentem — Et mens est, quod Archiepiscopus novam professionis formam praescribat, quae oblatis conveniat (1).

(1) Adnotandum primo est hanc doctrinam a S. Congregatione recentissime confirmatam fuisse *in Ravennaten, Votorum* 6. *Dec.* 1839, in Rheginen. 11. Mart. 1842, ac 13 Ianuar. 1843, *in Novarien. super erect. Mon. Ursulinar.* 26. *Sept.* 1851. et Urbevetana Votorum. 1. *Sept.* 1854. *et alibi.*

Adnotandum secundo est non deesse doctores, qui dubitant an exposita disciplina de Beneplaciti Apostolici necessitate valeat nec ne extra Italiam. At perperam; Sacra enim Rota non solum in superius citata *Decisione* 258. coram Ratto, cum titulo *Eystetent. Fundat. Hospitii diei* 27. *Iunii* 1729., sed etiam in *Calaugoritana* relata *Decis*: 309. *Part.* 12., *necnon Decis.* 87. *Par.* 13. *Rec.* perspicue eam ipsam doctrinam tradit, et cum dispositione Conc. Trid. *Sess.* 25. *Cap.* 3. *de Reg.* conciliat atquo adeo reipsa in iisdem decisionibus amplexa est. Quocirca Bened. XIV. *De Syn. Diaec. L.* 9. *Cap.* 1. *num.* 2. postquam ea quae superius nos praemonuimus, docte exposuisset, ita concludit ibi « Quare comunis hodie in tribunalibus recepta est opinio, non licere Regularibus tam » intra quam extra Italiam nova Monasteria aut Conventus sive Collegia fundare sola » Episcopi localis auctoritate sed Apostolicae Sedis licentiam praeterea necessariam esse ».

ORDINIS MINORUM

Super pensione pro alimentis a novitiis persolvenda.

Apud Religiosos Ordinis Minorum Cismontanae familiae, a tempore cuius memoria non aderat, consuetudo invaluerat, ut a Novitiis pensio quaedam, alimentorum titulo persolvetur. Itaque Provinciale Definitorium die 15 Decembris 1835, decernere non dubitavit, ut: *Conventus Salutiarum S. Bernardini. . . . cedere deberet* (in utilitatem aliorum Conventuum, ubi studium institutum erat) *annuam pensionem eorum Novitiorum qui in dicto Novitiatu ultra sex reperirentur*. Huiusmodi decreto accessit confirmatio Visitatoris Apostolici, qui gallica tempestate sedata, a Sancta Sede Apostolica ad illius Religionis res ordinandas institutus fuerat.

At vero hanc dispositionem effectui mandare detrectavit Conventus S. Bernardini Guardianus ideoque ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium res deducta est. Dum huiusmodi res versaretur, consuetudo, quam super innuimus, deprachensa est, et non immerito dubitatum, an eadem cum Ordinis Constitutionibus conciliabilis esset, vel potius uti abusus et corruptela abroganda foret.

Generalis Curiae Commissarius hac super re interpellatus, declaravit, huiusmodi usum Ordinis instituto non esse consentaneum, ideoque auctoritate S. Congregationis esse prorsus avellendum.

Consultor, cui de more Sacrae Congregationis, res demandata fuerat ut sententiam suam exponeret, eam, quam Commissarius retulerat suo voto, confirmavit.

Neque vero iniurie; siquidem praeter alias rationes, Constitutiones anno 1827 pro Cismontana familia editae art. 34 sic statuunt: *Nemini liceat quidquam a Novitiis accipere*. Quae dispositio sanctionem accipiebat ex poenis contra violatores ibidem statutis. Huc accedebat, quod alibi, nempe art. 286. 334. 434. ratio praescripta erat, qua Conventibus, qui indigentia laborant, prospici valeret.

Itaque proposita Causa in generalibus comitiis dici 30 Martii 1838 sequentibus dubiorum formulis.

1. Se, e come sia da tollerarsi la consuetudine di esiggere la pensione dai Novizi?

Adnotandum tertio, quod Beneplacitum Apostolicum esse debet expressum ad hoc ut statuitur in dicta Const. *Instaurandae*, et S. C. tenuit in allata *Novarien.* 26. *Sept.* 1851. in qua S. C. quodammodo erectionem approbasse visa fuerat eo ipso, quo licentiam dederat, ut Tres Ursolinae Novariensis Monasterii fundationem dirigerent.

Et quatenus Affirmative

2. Se, e come il Decreto in questione si sostenga?

Quatenus Negative

3. Se, e quale provvedimento convenga prendere nel caso?

Emi PP. rescribendum censuere

Ad 1. Negative.

Ad 2. Provisum in primo.

Ad 3. Scribatur Patri Generali ad mentem: Mens est – Che scriva al Provinciale, che la S. Congregazione ha disapprovato la consuetudine di esiggere dai Novizi la pensione *ratione victus*, e che questa risoluzione sia manifestata a tutti i Conventi di Noviziato di quella Provincia, assolvendo, *quatenus opus sit*, tutti i Superiori che hanno esatto simili pensioni.

LUGDUNEN.

Super approbatione Statutorum Sodalitatis Clericorum Parochialium, seu Cathechistarum S. Victoris.

DECRETUM

S. Congregatio Eñorum et Revñorum S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, perlectis litteris ab Archiepiscopo Administratore Lugdunensi datis super Sodalitate Clericorum Parochialium, seu Cathechistarum S. Victoris, quibus notum facit, planeque testatur plurium annorum experientia cognovisse Sodalitatem ipsam ad informandos in pietate et litteris iuvenes pauperes quam maxime conducere, eamque, si eius praesertim Constitutiones, sive statuta a S. Sede Apostolica approbentur, uberiores fructus in posterum edituram esse; perlectis exinde eiusdem Sodalitatis statutis, et omnibus mature perpensis, in pleno Auditorio diei 21 Septembris 1838, referente Eño Mai, censuit et decrevit, si SSño D. N. Gregorio PP. XVI placuerit Statuta Sodalitatis Clericorum Parochialium seu Cathechistarum S. Victoris approbanda esse, ita tamen ut sodales sub iurisdictione Ordinariorum maneant, et vota dumtaxat simplicia emittant.

Et facta ad SSñum D. N. de praemissis relatione in Audientia habita ad infrascripto D. Secretario eiusdem S. Congregationis dicta die 21

Septembris 1838., Sanctitas sua Decretum S. Congregationis in omnibus ratum habuit et confirmavit, atque Literas Apostolicas in forma Brevis expediri iussit.

Datum etc. 27 Septembris 1838.

BONONIEN.

Prospectus in Monasterium Ord. S. Augustini.

Ex adverso Monasterii S. Christinae sacrarum virginum Ordinis S. Augustini in Bononiensi Civitate cuiusdam Pauli domus exurgebat, in qua idem Paulus quosdam peregerat innovationes,. Itaque Sanctimoniales hac de re apud hanc S. Congregationem conquestae sunt, exponentes a Paulo moenia domus altius elata fuisse, simulque duas fenestras tam late fuisse ampliatas, ut ex iis facillimus pateret prospectus non modo in internum Monasterii pratum, sed etiam in interiora penetralia, ubi Sacrae Virgines operibus comunibus intendunt, atque adeo complures in cellas, et ipsum novitiatum.

Paulus excipiebat, omni tempore ab immemorabili oevo huiusmodi prospectum extitisse: ipse siquidem, veiuti aiebat, nihil aliud egerat nisi quasdam restaurationes et opera, quae nullatenus domum altiorem fecerant, neque prospectum adauxerunt; etenim ad fenestras quod attinet, eaedem paullo ampliores tantummodo factae sunt circa superiorem partem, ut ex iis maior copia lucis ingrederetur.

Duplex virorum peritorum sententia exquisita fuit, uua videlicet, quam provocaverat ipsa Curia, altera vero, quam ex officio Sacra Congregatio demandavit. De peracta fenestrarum ampliatione constabat, licet alioquin signa superessent, quae reapse antiquitus in monasterium aliquatenus patuisse prospectum ostendebant. At vero Sanctimoniales generalia privilegia, quae èx SS. CC. praescripto Monasteriis foemineis attributa sunt, in medium afferentes pressius urgebant ut novum opus in pristinum restitueretur. Porro ratio quaedam proposita fuit, per quam controversia amicabili compositione dirimeretur: ei tamen sanctimoniales assentire noluerunt, eo quod muri plus nimio alti attollendi fuissent, quod onus fundamenta, utpote debiliora, pati nequaquam poterunt.

Itaque die 21 Septembris 1838 in Comitiis generalibus propositum fuit

DUBIUM

An et quomodo auferendus sit prospectus in monasterium S. Christinae in casu de quo agitur?

Emi Patres rescripserunt

Affirmative, et omnia in pristinum statum restituantur.

FERENTINA

Montis Frumentarii.

Extat in oppido Pistertii Ferentinae dioecesis Mons frumentarius, de cuius erectione nulla superest memoria. Eiusdem gerit administrationem Prior (quem vocant) nominatus a Municipio, ad quod Mons ille pertinet. Administrator iste quotannis de sua gesta procuratione Municipio rationem reddit eaque rationum redditio Sacrae Visitationis tempore Ordinario subiicitur. Viginti quatuor mensuras frumenti (vulgo *rubbia*) Mons ille possidet una cum tenui grani siculi (vulgo *formentone*) quantitate. Mutuatarii pro quolibet quarta parte, italice *quartella*, decimam eiusdem quartae partis particulam, quae *boccale* audit, reddere tenentur: quod idem est ac decem pro quolibet centenario et anno persolvere, uti referebat Episcopus; et reapse, ceu animadvertebat municipium, decem *boccali* unam *quartellam* constituunt.

Huiusmodi interusurium in impensas pro domo locata erogatur, nec non in alios pios usus convertitur, ac praesertim in tuendam unicam Ecclesiam, quam in illo miserrimum illud habet oppidulum, itemque ad pauperes fame reficiendos iis annis, quibus annonae charitas intercidat.

Non ignarus Episcopus nullum absque sedis Apostolicae auctoritate augumentum exigi posse in Montibus Pietatis et Frumentariis, et ceteroquin nullum documentum inveniens, ex quo de beneplaciti Apostolici impetratione constet, oppidi illius Archipresbiterum excitavit, ut Sacram Congregationem de re supplex adiret.

Idem Episcopus de bona oppidanorum fide testimonium perihibebat, eosque dignos existimabat, qui circa praeteritum tempus absolutionem assequerentur. Praeterea opportunum et consentaneum arbitrabatur ratam haberi montis eiusdem erectionem, inductamque consuetudinem exigendi auctarium, de quo supra dixi, aut saltem pro S. Congregationis prudentia ac benignitate aliquatenus imminutum.

Difficultas in eo posita erat, quod auctarium istud necessarias Montis expensas ita superabat, ut in alios usus, licet pios, attamen alienos, quod supererat, converti posset.

Itaque tria concinnata sunt dubia

1. An concedenda sit absolutio et condonatio augumenti hactenus percepti?

2. An et quomodo Mons Frumentarius (loci Pisterzo) sit approbandus?

3. An permitti queat augumentum, iam percipi solitum, ut in usus expositos erogetur, aut potius reducendum sit ad quantitatem necessariam pro impensis et conservatione Montis?

Emi Patres die 20. Decemb. 1838. - rescripserunt

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative iuxta modum in 3.° exprimendum.

Ad III. Negative ad 1. partem, affirmative ad 2. et ad mentem - mens est - quod firmum salvumque sit, ut nihil augumenti exigi possit supra mutuum, praeterquam quod est necessarium pro impensis et conservatione montis: itaque Episcopus computatione facta de ea summa, quae in hanc rem satis circiter sit taxam constituat, quam hoc de titulo solvere quisque debeat. Quod pertinet vero ad id, quod insuper iuxta consuetudines invectas erogatur in usus pios, et praesertim in tuitionem unicae Ecclesiae miserrimi Pistertii Oppidi, et in reficiendos fame pauperes annonae charitate premente, poterit permittere Episcopus, ut eadem ratio continuetur, hac cautione adhibita, ut liber destinetur, in quo, unam rem ab altera distinguendo, separatim adnotetur, quae pars montem, quae pars pios alios usus pertingat, ita nempe ut innotescat, quae summo iustitiae titulo, quae uti gratuita oblatio insuper accipiatur. Curabit vero Episcopus pro sua prudentia, ut populus a parocho vel alia quacumque ratione, quae magis idonea visa fuerit, de hac re distincte edoceatur.

NOVARIEN

Super approbatione Instituti et Regularum Presbyterorum Societatis charitatis nuncupatorum.

Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, in generali auditorio die 20. Decembris 1838 referente Emo Castracane perpensis sedulo et mature Regulis piae societatis ab anno 1828 in Dioecesi Novariensi primum fundatae, quod Institutum Caritatis nuncupatur, exquisita etiam sententia nonnullorum Consultorum eiusdem Sacrae Congregationis super approbatione ipsarum Regularum et Instituti, acceptis insuper relationibus Emorum Patrum Cardinalium Morozzo Archiepiscopi Episcopi Novariensis, Taddini Archiepiscopi Ianuensis, Monico Patriarchae Venetiarum, nec non RRmorum Archiepiscoporum Camberiensis, et Taurinensis, et Episcoporum Cremonensis, Veronensis, Segusini, et Sigani Vicarii Apostolici in Vicariatu Occidentali Angliae, qui omnes vel Domus eius societatis in suis Dioecesibus habent, vel opera Presbyterorum societatis in promovenda animarum salute usi sunt, quique uberes ex ea societate utilitates in Christianum populum promanare testantur, enuncia-

tas Regulas septuaginta tribus Articulis distinctas, et societatem ipsam censuit confirmandam et approbandam esse. Praeterea cum eadem societas in plures Dioeceses iam diffusa sit, et uberiores fructus imposterum sperare liceat, eadem Sacra Congregatio rata est ad confovendam ipsius Societatis propagationem ac perpetuam stabilitatem valde conducere, si eius sodales, Domus et Ecclesiae a iurisdictione Ordinariorum eximantur. Et quia eiusdem societatis sodales de loco ad locum transferri contingit, atque adeo stabilem et continuam mansionem in certis et determinatis domibus habere non possunt, idcirco eadem Sacra Congregatio censuit expedire, ut sodales, qui societati eidem perpetuo votorum nexu devicti sunt, cum Litteris dimissoriis Praepositi Generalis, vel ex eiusdem mandato Praepositorum Dioecesanorum ad omnes etiam Sacros et Presbyteratus Ordines titulo mensae communis, servatis servandis promoveri possint, firmis tamen manentibus legibus in Apostolicis Constitutionibus, praesertim sa: me: Benedicti PP. XIV. – *De Ordinationibus Regularium* – quae incipit « *Impositi Nobis* » et Decretis Sacrarum Congregationum; ita tamen ut si contingat, aliquos ad sacros Ordines iam promotos titulo huiusmodi Mensae Comunis ab eadem Congregatione legittime discedere, aut dimitti, a susceptis Ordinibus exercendis suspensi maneant, donec Ordinarii iudicio non constiterit, eos, sive Patrimonialium, sive Ecclesiasticorum bonorum fructibus tantum percipere, quantum ad ipsorum congruam substentationem iuxta Sacrorum Canonum, et Synodalium Constitutionum sanctiones, sufficiat.

Et facta de praemissis ab infrascripto Dño Secretario S. Congregationis Episcoporum et Regularium in audientia eiusdem diei 20 Decembris 1838, ad SSmum Dominum Nostrum relatione, Sanctitas Sua sententiam S. Congregationis in omnibus approbavit, et confirmavit, servatis de teliquo Decretis S. Concilii Tridentini, et Constitutionum Apostolicarum, et iussit Litteras Apostolicas in forma Brevis desuper expediri. Contrariis qnibuscumque non obstantibus. Datum Romae.

CERVIEN.

Congruae.

Translato ad Ecclesiam Caesenatensem R. P. D. Castracane, Episcopo Cerviensi, successit eidem in Episcopatu anno 1838 die 11. februarii R. P. D. Belletti.

Cum vero Mensae Cerviensis redditus in bonis rusticis omni fere ex parte constiterent, memoratus Belletti pro sua suaeque familiae substentatione nihil ex episcopali praebenda percipere poterat usque ad futurum mensem Iulii, quo agrorum segetes recolligerentur.

Ratus itaque in huiusmodi casu ex sacrorum Canonum praescripto ac generali consuetudine sese pro congrua ius habere ad fructus, quos Antecessor percepisset anno 1837. pro rata temporis, quod ad mensem iulii residuum erat, supplex institit penes Sacram Cong. Episcopor. et Regul., ut auctoritate sua ad huiusmodi congruam praestandam Episcopum Antecessorem adigeret, et insimul summam ab eodem debitam liquido determinaret.

Congruam siquidem ab Antecessore deberi successori, quando beneficii redditus ab illo percepti sunt et successor non habet, unde vivat, donec novorum reddituum collectio accidat, probare satagebat ex auctoritate S. Rotae Romanae *Decis. 342. Rec. N. 1. p. 14. Card. De Luca de Benef. Disc. 83. N. 5. Panimolle decis. 20. annot. 1. N. 42.*

Hac autem in re habendam esse rationem temporis, quod residuum est post obtentum a successore beneficium ostendebat, ex iis, quae docet praesertim *Covarruvias L. 1. C. 15. N. 12. in fin.* Quam doctrinam confirmatam fuisse aiebat, tum ex S. Congregatione Concilii in Signina Constituti. 24. Ian. 1828, tum nuperrime ex ipsa S. Cong. Episcop. et Regul. in *Spoletana Repartitionis fructuum,* in comitiis generalibus diei 7. Iunii 1839.

At vero R. P. D. Castracane Antecess. in Episcopatu Cerviensi opponebat, ab Episcopo ius irrevocabile acquiri in fructibus, quos a solo separaverit tempore, quo ad alium Episcopatum translatus fuit, Ferrari V. Episcop. Art. 3. N. 63. exemplo usufructuarii. Quin imo consuetudinem quam in sui utilitatem adversarius obiiciebat, reapse nec adesse nec observari demonstrabat ex Testimonio Card. de Luca Disc. 83. de Benef. N. 5.

Itaque proposita causa, iuris ordine servato in partium contradictione die 20. Dec. 1838. cum dubii formula. « Se ed in qual modo Monsig. Ca» stracane debba somministrare a Monsig. Belletti la suddetta Congrua? » Eñi PP. rescripserunt: *Affirmative pro summa liquidanda:*»

At vero, cum pars, quae causa ceciderat, facultatem obtinuisset, ut iterum audiretur, causa rursus proposita fuit die 14. Martii 1841. cum dubii formula, quae sequitur. « Se debba confermarsi, o riformarsi il Rescritto del giorno 20. Decembre 1838? Eñi Patres rescripserunt: Dilata. » Cum vero postea quaedam inter partes concordia, seu transactio esset proposita, Eñi Patres sua approbatione confirmaverunt: et concordia plenum habuit effectum.

TRAPPENSIUM GALLIAE

Decretum

P. Abbas Procurator Generalis Cong. Monachorum Cisterciensium B. M. de Trappa in Gallia ut omnis dubitandi Causa in interpretatione Decreti incipien. « Kalendis Octobris editi die 3. Octobris 1834 a S. C, negotiis et Consultationibus EE. et RR. praeposita, e medio tollerentur, dubia, quae suquuntur, eidem S. C. resolvenda proposuit. »

1. Cum in Art. 8. decernatur: quamvis Monasteria Trappensium a iurisdictione Episcoporum exempta sint, ea tamen ob peculiares rationes, et donec aliter statuatur, iurisdictioni eorumdem Episcop. subesse, qui procedant tamquam Ap. Sedis Delegati « quaeritur in quo ea iurisdictio consistat, et quaenam iura Episcopi circa Monasteria exercere valeant?

2. Quaenam sit Abbatum iurisdictio?

3. Utrum Abbates potestatem habeant excipiendi suorum Monachorum Sacramentales Confessiones, eamque aliis Sacerdotibus monachis suorum Monasteriorum delegare valeant absque approbatione Episcoporum? »

S. C. audito voto P. Prioris Generalis Ordinis Cisterciensium respondendum censuit nempe :

Ad 1. Donec aliter a S. Sede decernatur, Monasteria, et Monachos subiectos esse visitationi, et correctioni Episcoporum, salvis constitutionibus Ordinis.

Ad 2. In administratione, et regimine interiori Monasterii Abbates eam potestatem habere, quam habent Abbates Cistercienses, salva subiectione ab Episcopis ut in primo dubio, servatisque aliis, quae in decreto S. C. praescribnntur.

Ad 3. Affirmative in omnibus quoad Monachos, negative quoad Moniales, pro quibus servetur art. XI citati decreti eiudem S. C.

Et facta de praemissis relatione ad SSmum D. N. Gregorium PP. XVI. in Aud. habita die 3. Maii 1839. ab infrascripto D. Subsecr. S. S. Sac. Congr. resolutionem in omnibus confirmavit et approbavit.

PARISIEN.

Super votis Monialium Galliae.

1. Utrum vota quae nunc emittunt Moniales in Gallia sint solemnia?

2. Utrum, si non sint solemnia vota, Moniales nihilominus teneantur ad Clausuram servandam, quam voto simplici vovent, sub censuris a Tridentina Synodo editis ubi Episcopus Clausuram restituerit?

3. Utrum etiam excommunicationis incurrant poenam qui sine licentia ingrediuntur septa Monasterii, ubi Clausura ab Episcopo restituta est?

S. Cong. ad proposita dubia respondendum censuit.

Ad 1. Negative, donec aliter a S. Sede decernatur.

2. Negative quoad poenas a SS. Canonibus, et Apostolicis Constitutionibus praescriptas, affirmative relate ad censuras ab Episcopo fortasse impositas.

3. Affirmative si ab Episcopo decreta fuerit. Die 1. Augusti 1839.

BAJOCEN.

Super frequentia Sacrae Communionis.

Si maxime prodest fidelibus omnibus, ut saepe saepius eorum animae a peccatis etiam levioribus per Sacramentum paenitentiae mundentur et Eucharistiae pane reficiantur, optandum profecto est Sanctimoniales Virgines frequenter ad Sacramenta suscipienda accedere ad fovendam charitatem, qua coelesti sponso magis magisque in dies uniri debent. Quapropter S. M. Innocentius XI. in decreto de quotidiana Communione die 12. februari 1679. edito de Sanctimonialibus quotidie « Sacram Communionem » petentes, admonendae erunt, ut in diebus ex carum ordinis instituto » praestitutis communicent, si quae vero puritate mentis eniteant, fervore spiritus ita incaluerint, ut digna, frequentiori, aut quotidiana » SSmi Sacramenti perceptione videri possint id illis a Superioribus permittatur. »

Haec regula ab Apost. Sede tradita a Superioribus et Confessariis Sanctimonialium prae oculis habenda est, ne ipsi plus aequo faciles, vel rigidiores non sine animarum detrimento se praebeant.

Cum igitur ad S. C. Episc. et Reg. perlatum sit nonnullos Confessarios ab Innocentii XI. praescripto pro libitu recedere, ac monialibus etsi rite dispositis Sacramentalem Confessionem differre, Emis PP. expedire visum est significare Amplitudini Tuae, ut Innocentii XI. decretum proponas Superioribus, et Confessariis monasteriorum Tuae Dioecesis, et praesertim Coenobii Cadomensis, ubi Sanctimoniales Virgines sub regula S. Francisci Salesii Deo Sacrae morantur, ac eisdem Confessariis in memoriam revoces Sacramentalem Confessionem rite dispositis non esse praesertim per modum regulae differendam, ne Sacramentali gratia priventur, licet fortasse nec gravia, nec nova habeant, sed dumtaxat peccata iam per Sacerdotis absolutionem deleta iterum confiteantur, omnibus enim notum est peccata praeterita et veniales culpas esse materiam sufficientem Sacramenti Poenitentiae.

Confidunt igitur Emi Patres Te pro viribus curaturum ne Confessarii in re tanti momenti proprio ingenio indulgeant, sed potius praxim a S. Sede praescriptam sedulo amplectentur ac in administrando poenitentiae Sacramento minime a regulis recedant, quae probatorum auctorum communi suffragio traditae, et confirmatae sunt.

Haec quidem pro meo munere significare debeo Amplitudini Tuae, cui interim fausta omnia adprecor a Deo. – Kalendis Octobris 1839.

CAMERINEN.

Super Executione sententiae syndacatoriae.

Istruzione della Segreteria di Stato dell' interno dei 14. Decembre 1839. N.° $^{93464}/_{95292}$

La Sentenza sindacatoria proferita da cotesto Monsig. Arciv. su i Conti relativi all'Amministrazione del Monastero di S. Elisabetta è basata sul disposto del Sagrosanto Concilio Tridentino *Cap. IX. Sess. 12. de Reform:* Debbono adunque i Giudici, o Tribunali laici limitarsi ad ordinarne l'esecuzione contro il Laico che apparisce Debitore, e dichiararsi nel resto incompetenti, riservando a questi la facoltà di provvedersi innanzi la S. C. de' VV. e RR. se e come di ragione. Tanto mi occorre significarle in risposta del di lei foglio N.° $^{457}/_{523}$ dopo averne inteso l'Oracolo del Santo Padre, e con sincera stima sono.

POLICASTREN.

Clausurae papalis cum votis simplicibus.

R. P. D. Episcopus Policastrensis fundavit, dotavitque, accedente Apostolica venia, Religiosarum Monasterium a quibus vota simplicia emittebantur et Regulae observantur a S. Alphonso de Liquori conditae. Sanctimoniales sunt numero viginti, et fervidae in observantiae regularis studio. Coenobium moenibus altissimis praecinctum loco amenissimum est, neque destitutum commoditatibus, et sufficientibus redditibus, qui imo magis magisque augeri debebant ex accessione dotium, quas puellae conferre debuissent. Monasterio hortus inhaeret satis amplus ac vastus.

His positis Episcopus, etiam nomine Religiosarum implorabat ut firma remanente simplicium votorum professione, papalis clausura institueretur.

En autem, quod in apposito folio legitur « Questa S. Congregazione » nell'adunanza generale del 22 prossimo passato Febbraio ad una simile » istanza della Superiora delle Salesiane di Reggio in Calabria rescrisse: fir-

» ma remanente professione votorum simplicium; *annuendum esse pro* » *gratia impositionis clausurae papalis.* » Tale risoluzione poi fu approvata dalla S. di N. S. Difatti egli è certo che i Vescovi possono imporre la Clausura vescovile nei Monasteri, ove si emettono i voti semplici, per custodire quelle Sacre Vergini e per impedire gl' inconvenienti che ne potrebbero nascere dal libero accesso.

La Clausura Papale differisce dalla vescovile in questo, che non è dispensabile dal Vescovo « e per conseguenza non è così connessa coi voti » solenni che non si possa senza i medesimi prescrivere, essendo stato » da S. Pio V. stabilito soltanto che non vi debbono essere voti solenni » senza Clausura papale, ma non viceversa d'altronde la medesima in un » modo più efficace provvede alla sicurezza delle Religiose e tende ad » una maggiore perfezione.

» Non può peraltro negarsi che dessa induce un vincolo assai forte, » e che comunemente non è in uso nei Monasteri di voti semplici. »

Itaque in plenario auditorio dictae diei 6 Decembris 1839 una cum allata Ravennatensi proposita haec consultatio cum dubio.

Se e come abbia ad annuirsi alle preci di Monsig. Vescovo di Policastro? Emi Patres rescribendum censuerunt.

Affirmative ut in Rhegiensi, accedente consensu omnium monialium vocalium per vota secreta.

SUPER CLERICIS EXTRANEIS.

È giunto a notizia della Santità di N. S. che in alcune Diocesi.... vi sia pericolo che s' introduca la massima, essere in facoltà de' Vescovi di escludere e non ricevere nella loro Diocesi i Chierici estranei pel solo motivo che a quelle Diocesi non appartengono.

Il S. Padre penetrato dalle conseguenze, che ne potrebbero derivare e volendo, che in un oggetto tanto delicato non s' introducano novità, ha fatto richiamare ad esame la sud. opinione e previo il consiglio di alcuni di questi Emi Padri non ha potuto non ravvisare mancante di fondamento la massima sullegata, mentre lungi di essere sostenuta dal diritto, è anzi contrariata dal medesimo, quando altre ragionevoli Cause non consiglino la remozione dei Chierici forastieri.

Ha ordinato pertanto a questa S. C. dei VV. e RR. di partecipare a V. S. tale pontificia dichiarazione, acciocchè nella qualifica di Metropolitano la faccia per mezzo di apposita circolare conoscere a tutti i suoi suffraganei, onde loro sia di norma da seguirsi in simili casi.

Roma 17. Decembre 1839.

RAVENNATEN.

Erectionis Monasterii.

Extat in Civitate Ravennatensi monialium a S. Carmelo Calceatorum coenobium, quae regulam amplexae erant Ordinis Bmae Genitricis Dei et Virginis Mariae datae ab Alberto Patriarcha Hyerosolimitano, quam moderati sunt, et declaraverunt Summi Pontifices Innocentius IV. Eugenius IV. Pius II. et Sixtus IV. Cum vero simplicia forent vota, quae a monialibus illis emittebantur, cumque in illa Civitate nullae aliae sanctimoniales adessent votis solemnibus adstrictae (si Cappuccinas excipias) quae papalem clausuram observarent, Emus Archiepiscopus ad S. C. preces exhibuit, ut in memorato coenobio votorum solemnium professio, et observantia clausurae papalis institueretur.

Ipse testabatur quod in illo Monasterio « la vita è perfettamente » comune, la regolare osservanza è in pieno vigore, la Clausura rigorosa- » mente osservata, in una parola le monache sono animate dal vero spi- » rito religioso claustrale, e la loro condotta è del tutto edificante. »

Aliquot ante annos earum nonnullae in optatis sese habere significaverunt, ut solemnis professio fieret trium votorum, itemque regula aliquanto rigidior efficeretur. Emus Archiep. in Sacra visitatione hanc rem per se singulatim a Sanctimonialibus cognoscere studuit, cunctoque Capitulo duodecim Choristarum ac decem Conversarum, Secretis suffragiis nullam huic immutationi adversam esse deprehendit.

At vero advertendum est, Sanctimoniales quae a voto ferendo abstinuerunt, peculiares huius agendi rationis causas habuisse, una enim ad Monasterium rigidioris observantiae aspirabat, quod tamen nondum repererat; alia vero abstinuit *per pura delicatezza di coscienza;* praedictae mutationi tamen sese non obstare declarabant. Conversa tandem in eo, quo erat statu, sese mori velle (quippe longeva erat) protestabatur.

Hisce ad factum pertinentibus praemonitis, observandum est Carmelitanas Ravennatenses, quae Regulam iam approbatam amplexae fuerant, non indiguisse Apost. approbatione, quam requisivit *Conc. Later. IV. Cap. de nimia et Conc. Lugdunense C. Religionem.* Nequibant autem solemnia vota pronunciare ex sola Archiep. approbatione: Ad hoc enim necessaria est praevia examinatio Congregationis negotiis Episcopor. et Regularium praepositae, ut ait Innocentius X. *in Const. Instaurandae.*

Preces autem Archiepiscopi consentaneae videbantur Const. S. Pii V. *Circa Pastoralis* ubi statuitur, ut sanctimoniales quae in Communi vivunt, et solemnia vota pronuncient, et clausurae pontificiae subiiciantur. Hac in re iuvat ipsis verbis referre, quod in folio legebatur, quippe praxim

S. C. quae modo viget, perbelle declarans:« Ma non ostante tale dispo-
» sizione di S. Pio V. sono stati tollerati i Monasteri di voti semplici e
» senza clausura, e specialmente dopo le ultime vicende, la S. Sede ha
» approvati vari Instituti di voti semplici, anzi per alcuni luoghi, attese
» le particolari circostanze, ha dichiarato che i voti delle monache non
» possono esser solenni, finchè la S. Sede non disporrà diversamente.»

Proposito igitur dubio in plenario auditorio die 6 Decembris 1839.
« Se si abbia a supplicare Sua S. acciocchè voglia degnarsi accordare
» l'opportuno permesso alle Monache Carmelitane di Ravenna di emettere
» i voti solenni ed autorizzare l' Emo Arcivescovo a prescrivere la Clau-
» sura papale? »

Emi Patres rescripserunt « Affirmative in omnibus, ita tamen ut re-
» cipiantur vota a monialibus existentibus iam professis, quae sponte ea
» emittere velint, et in futurum recipiantur solemnia ab omnibus novitiis.
» Emus vero Archiep. publicare faciat hoc rescriptum in Monasterio. »

ROMANA

Super cessione pensionis.

Decretum

Cum ad SSmum D. N. certo relatum fuerit complures ex iis, qui pensiones ex Apostolicae Sedis benignitate super Ecclesiastica Beneficia sunt adepti, pacisci statis conditionibus cum eo qui sibi certam pecuniae summam numeraverit, ut deinceps vel ad tempus vel ad vitae ipsorum exitum libere easdem, praestitutis temporibus, a Beneficiario percipiat, cumque pactiones huiusmodi pro contrahentium arbitratu licentius conciliatae indecorum quoddam de iis commercium videantur inducere, quod fideli populo admirationi quandoque est, viamque sternant forensibus actionibus, quae non sine ecclesiasticae rei dedecore publice instituuntur, atque illud praeterea ut plurimum inferant damni ut brevi insumantur, quae in totius vitae commodum liberalitas Pontificum impertiverat; eadem Sanct. Sua pro ea, qua praestat impensissime sollicitudine ad haec aliaque id genus mala ex libero earum conventionum usu gliscentia praecavenda, de Apost. potestatis plenitudine districte mandavit ac in posterum liceat memoratos contractus, quibus unice etiam, quam dicunt, commoditas pensionis percipiendae in alium transferatur, quovis cessionis, translationis, alienationis titulo de pensionibus Ecclesiasticis conficere, nisi habito prius de ea re speciali Apost. beneplacito. Hoc porro decretum per Congregationem Negotiis, et Consultationibus EE. et RR. praepositam edi,

et in eiusdem notis servari illudque exequtioni per eos ad quos spectat, mandari possit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum ex Secret. S. C. EE. et Regul. hac die 12 Martii 1840.

SPOLETANA

Congruae.

Spoletinus Archiep. die 11. Febr. 1838 ad quamdam in Romana Praelatura dignitatem fuit evectus, eodemque concistorio alius eidem successor datus est. Non multo post tempore inter Antecessorem et successorem quaestiones eruperunt, praesertim circa rationem repartiendi onera et redditus ad mensam Archiep. pertinentes. Porro inter alia onera, quibus mensa ipsa oneratur, magnum habent locum quaedam pensiones, quae duabus ratis portionibus Iunio quoque ac Decembri dimidiatim persolvi debent, nec non congruae assignationes certis Parochis quotannis pensitandae. At vero illius mensae redditus licet etiam ex civilibus proventibus derivent, maxima tamen parte in naturalibus agrorum vinearumque fructibus consistunt.

Hinc dubium concordatum est: « Se ed in qual somma debbano ra-» tizzarsi le pensioni, le congrue parrocchiali, e gli altri oneri fissi, come » pure i tributi Camerali e municipali, ovvero, se per questi competa una » congrua ed a qual somma? »

Utrinque pacificum erat, quod, ut ait Passerinius ad Cap. Praesenti 5. porro de Offic. Ordin. in 6. n. 24. – ibi – fructus ecclesiae, qui uno anno colliguntur, sunt deputati pro anni illius oneribus, et ideo de illis satisfieri debitis et oneribus eiusdem anni. Et Gratianus Disc. for. C. 548 n. 43 « ibi » Rota sequitur opinionem, quod Beneficiatus debeat solvere pensionem pro rata fructuum, non pro rata temporis.

Discrimen occurrebat in diversimoda anni computatione instituenda. Nam antecessor tuebatur hac in re civilem annum esse attendendum, qui a primo die mensis Ianuarii incipit, et ad ultimum diem mensis Decembris desinit. Quo posito cum ipse Antecessor fructus dumtaxat anni 1837 recollegisset, aiebat se se ad earum tantum solutionum implementum teneri, quorum dies, labente anno 1837 venerat. Quod vero spectabat ad eas solutiones, quarum dies anno subsequenti 1838 volvente, venerat in successorem refundendas esse, quippe qui fructus anni 1838 percepisset.

At vero successor replicabat in Beneficiis attendendum esse annum beneficialem, ad cuius normam iuxta consuetudinem in tota Italia vigentem annus initium habet a Iulio et exitum in Iunium subsequentem. Hanc vero praxim facto amplexam fuisse ostendebat a S. Congreg. Propagandae

Fidei cum haeredibûs Ancaiani, ibidem Spoletini Archiepiscopi, nec non usitatùm passim ab Episcopis Italiae, ut plurium Episcoporum exemplo confirmabat. Ex hoc itaque inferebat solutiones, de quibus agebatur, iuxta hanc computationem pro rata inter Antecessorem et Successorem esse repartiendas. Addebat autem, quod antecessor huius computationis habita ratione supportare renueret, S. Cong. eum saltem ad aliam summam, quae ab Emis Patribus determinaretur titulo Congruae pensitandam compelleret ut docet Card. De Lûca de Benef. Disc. 83. n. 5.

Cum vero Causa in plenario Auditorio diei 7. Iunii esset proponenda a partibus quaedam concordia fuit Eminentissimis Patribus exhibita, ideoque rescripserunt: Placere de Concordia in omnibus, habito tamen respectu ad annum beneficialem. Ut patet ex Spoletina Repartitionis Onerum et Redditùm memorati diei.

Haec eadem Causa iterùm proposita fuit in generali Congregatione diei 22 Maii 1840 cum alio titulo: *Spoletana approbationis concordiae ex officio*, addito dubio, « *Se e come si debba approvare il progetto di Concordia riguardo al primo articolo?* In quo articulo res erat de superallato dubio: *Se e come debba ratizzarsi ecc.* Emi PP. rescripserunt: *Affirmative iuxta votum Emi Ponentis persolutis favore successoris scut. 600.* » Quod rescriptum confirmatum fuit in S. Congregatione Generali 28 Aug. eiusdem anni cum Clausula « *in Decisis.*»

EUGUBINA

Super reservatione iurium in renunciatione religiosa.

Aloysia Bassardini, orbata parentibus, et horum proles unica superstes, censum obtinens novem millium scutatorum circiter, eiusque libera moderatrix et arbitra, cum in Monasterio S. Benedicti civitatis Eugubinae monasticae probationi operam daret, cuperetque religiosam professionem emittere, ita de memorato suo censu disponere instituit; nempe ut summam trium circiter millium in suae monasticae receptionis expensas aliasque profanas dispositiones erogaret; quidquid praeterea superesset ad scuta sex millia pertingens, apud Syndacum Monasterii sub separata administratione conservaretur.

Hanc tamen conditionem adiecit, ut si forte quacumque de causa monasterium supprimeretur, quoad ipsa viveret Oratrix, bona eadem administrare, perfrui, et impendere posset in alimoniam suam, accedente apostolico beneplacito, quod a S. C. expostulabat eum in finem una cum facultate testandi sub Episcopi subiectione in utilitatem alicuius causae piae seu personae de se benemeritae.

Interim vero, casu suppressionis Monasterii secluso, dum ipsa viveret, atque adeo etiam cum vitam morte commutasset, iussit, ut reditum eorumdem bonorum religiosa domus perciperet, iisque teneretur sub dependentia Ordinarii ac Superiorissae cum onere, ut religiosa domus quotannis quadraginta missas in suum suorumque defunctorum suffragium perpetuo litandas curaret; ut quolibet decennio unam puellam Eugubinae civitatis ad religiosam professionem gratis in perpetuum reciperet, ut denique cellam vinariam Monasterii intra decem annos in commodiori aptiorique loco extruendam assumeret.

Sacra Congregatio, cui haec exposita sunt in precibus Aloysiae nomine pro Apostolica facultate porrectis, sententiam Episcopi quae propitia fuit, de more exquisivit: insuper votum ab uno ex suis Consultoribus iuxta S. Congregationis disciplinam elucubrari ea mandavit.

Post haec in comitiis generalibus duo dubia in disceptationem vocata sunt.

1. An et quomodo facultas tribuenda sit Monasterio S. Benedicti, ut pium Aloysiae Bassardini legatum cum oneribus adiectis acceptare possit?

2. An et quomodo permittenda sit iurium reservatio, et disponendi facultas, quam exorat Aloysia, non obstante religiosa professione, quam in Monasterio S. Benedicti erit emissura?

Emi Patres die 25. Sept. 1840 rescripserunt.

Ad primum affirmative iuxta modum, nimirum ut expleto quolibet decennio non fiat nominatio alterius monialis, si praescriptum pro monasterio numerum excedant; quo casu suspendatur nominatio donec vacationi fiat locus, audito Capitulo et dilata cessione ad tempus professionis iuxta Decretum Tridentini Concilii.

Ad 2. Iuxta mentem: scribatur nimirum Episcopo, ut Oratrix in actu donationis substituat Monasterio pro casibus de quibus in precibus, aliquam ex causis piis, de cuius extinctione non sit metuendum, cui onus imponat persolvendi sibi vitalitiam pensionem annuam pro redituum ratione definiendam.

RIPANA

Erectionis Hospitalis.

Ioachimus Pizzi, Parochus loci S. Benedicti in Dioecesi Ripana in ultimo suo, quo decessit, elogio legem dixit, ut omnia bona sua, quorum reditus ad scut. an. 158 ascendebant, in erectionem Nosocomii erogarentur, dummodo Municipium ad hoc idem opus scutata saltem 150 quo-

tannis contribueret. Administrationi eiusdem praeesse voluit Parochum, et Municipii Praesidem, qui tamen *non potranno disporre a suo talento, ma a seconda de' preventivi da farsi dalla Congregazione Amministrativa* « quae septem hominibus a Municipio eligendis constare debebat, quaeque » *rivedrà ogni anno i conti de' due Amministratori, per voti segreti, qual revisione per esser valida e legale non abbisognerà dell' intervento ed approvazione di altra autorità superiore.* » Mandavit insuper constitutiones concinnari, statim operi manus apponi, intra octo annos idem penitus absolvi conditionesque omnes adamussim sub poena caducitatis adimpleri.

Mortuo pio benefactore, piaque dispositione cum omnibus conditionibus per Municipium acceptata, Municipium ex errore non quinque sed sex viros nominavit (porro testator duos ipse nominatim elegerat). Inter eos autem qui minus votorum retulerant, erat Salvator quidam Voltattorni; nihilominus Provinciae Praeses qui audit *Delegato Apostolico*, non hunc, sed Ambrosium quemdam Fiorani ex nominatorum numero expungendum iussit. Sed hanc exclusionem sententia sua revocavit Curia Episcopalis, quapropter inter hanc atque Delegatum Apostolicum iurisdictionis controversia suborta est.

Cum vero pro aedificationis opere intra tempus a benefactore praestitutum inchoando difficultates obiicierentur, ideoque caducitas immineret, et hanc ob caussam substituti haeredes recursum S. C. obtulissent Curia Episcopalis proponebat, ut pro eo tempore rei provideretur per precariam Hospitalis domus institutionem in aliqua domo, sed Municipium vehementer obstabat, unaque rationem et modum proponebat quo intra sexennium opus confici posset.

Conditae etiam fuerunt constitutiones, in quibus aliqua corrigenda occurrerunt. Itaque quae sequuntur dubia concinnata sunt.

1. *Se e come vi sia luogo allo stabilimento di un ospedale provvisorio, o piuttosto si abbia ad ordinare la nuova fabbrica secondo il progetto presentato dalla Comune?* Et quatenus neg. ad 1. partem et aff. ad secundam.

2. *Se e quali cautele sia duopo prescrivere per la fedele esecuzione del progetto medesimo?*

3. *Se e come l'Ordinario possa visitare il suddetto Ospedale ed esigere i rendiconti?*

4. *Se e come abbia il dritto di approvare la elezione dei membri della Congregazione amministrativa eletti dal Consiglio Comunale, e se si possa rimuovere per giusti motivi?*

5. *Se la delegazione si debba limitare ad esaminare la regolarità delle sole forme estrinseche dell'atto consigliare rimettendo le altre cose al giudizio dell' Ordinario, o piuttosto possa entrare anche sul merito estrinseco delle nomine?*

6. *Se e come possa la Delegazione esigere il rendiconto, o piuttosto convenga permettere alla medesima, che durante la contribuzione della Comune, possa esigere uno stato delle rendite, ed anche la verifica de' libri, previa l' intelligenza dell' Ordinario?*

7. *Se e come convenga approvare i regolamenti?*

8. *Se si abbiano ad ammettere le modificazioni progettate da Monsignor Amministratore, e dichiarare che non s' intende approvato quanto si oppone al diritto comune specialmente sulla necessità del Beneplacito Apostolico a forma della Const. Ambitiosae.*

9. *Se e come convenga interloquire sulla pretesa caducità?*

In Cong. Generali diei 14 Maii 1841 Emi PP. rescripserunt

Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. Affirmative iniuncta obligatione omnium et singulorum Componentium Congregationem administrativam, ut lege depositi pecuniarum vel retractarum, vel retrahendarum ex reditibus Hospitalis, et mandatum trahendum de singulis expensis occurrentibus in aedificatione stabilis Hospitalis.

Ad 3. Affirmative iuxta praescriptam S. Conc. Trid. comunem praxim in similibus casibus et ut est conforme voluntati Fundatoris Pizzi.

Ad 4. Affirmative in omnibus; ita tamen ut in casu remotionis graves et evidentes caussae concurrant, et salvum sit Partibus recurrendi ius ad S. C.

Ad 5. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad 6. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 7. Non esse locum formali approbationi a parte S. C., sed per epistolam esse laudandas et commendandas enunciatas regulas Congregationis Charitatis penes quam est directio Hospitalis, dempto articulo 4 (1) *factisque immutationibus de quibus in sequenti dubio.*

Ad 8. Affirmative praesertim quoad necessitatem Beneplaciti Apostolici.

Ad 9. Supplicandum SSmo pro declaratione non incursae caducitatis ad cautelam, imposito perpetuo silentio iis, qui obiectant caducitatem.

Et facta de praemissis et quoad dubium 9. relatione SSmo D. N. Greg. PP. XVI resolutionem S. C. approbavit.

(1) In Art. 4. disponebatur quod omnia cuiusvis generis bona ad Hospitale pertinentia, ad pecuniam numeratam reduci deberent, et in censibus stabiliter collocari

PRAGEN.

Super approbatione Instituti et Constitutione Sororum Misericordiae sub invocatione S. Caroli Borromaei.

DECRETUM

SSmus D. N. Gregorius PP. XVI, auditis nonnullis S. R. E. Cardinalibus ex S. C. EE. et RR. delectis, attentis uberibus fructibus, qui sperantur ex pio Instituto Sororum Misericordiae sub invocatione S. Caroli Boromaei in terras Austriacas invecto, perpensisque precibus Rmi Aloysii Iosephi de Schrenk Archiepiscopi Pragen., idem Institutum non uti Ordinem Religiosum, sed uti Congregationem cum tribus votis simplicibus constitutis, paupertatis et obedientiae approbavit una cum suprascriptis Constitutionibus, ita tamen ut domus, et Sorores eiusdem Congregationis sub regimine Superiorissae generalis maneant, salva Ordinariorum iurisdictione iuxta Constitutionem *Quamvis iusto* editam a Bened. XIV de virginibus Anglicanis. Et insuper pro domibus, quae in ditione Austriaca modo extant, et imposterum erigentur, declaravit Superiorem eumdem Rmum Aloysium Iosephum Archiep. Pragensem Oratorem, illique in praefatas domos eas facultates attribuit, quas Superiores regulares super Monasteriis ipsis subiectis ad praescriptum SS. Canonum, et Apostolicarum Constitutionum habent, salvis tamen in reliquis iuribus Ordinariorum praesertim iuxta constitutionem Gregorii XV incipien. « *Inscrutabili.* » Tandem Sanctitas Sua literas Apostolicas in forma Brevis desuper expediri mandavit. Datum Romae die 24. Maii 1841.

ROMANA

Super caesione Arborum Subercarum.

Res erat de sylva non caedua arborum subercarum ad Capit. Lateranense pertinenti, in qua ob succrescentiam et densitatem plantarum necessaria erat incisio ad rarefaciendum (vulgo a *dirado*). Aliter enim arbuscula, quae plurima undequaque subcreverant impedimento fuissent, ne aliae arbores commode vegetarent, et ad eam conditionem devenirent quae congruum fructum sperare iuberent. Precibus itaque ad S. Congregationem porrectis dubia concinnata sunt

« 1. Se per l'accennato dirado della macchia di sughero occorre il » beneplacito Apostolico?

» 2. Se il prezzo ritratto si abbia a considerare siccome Capitale da » rinvestirsi a favore della Massa Capitolare o piuttosto come frutto da » potersi dividere tra i Capitolari? » Et quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

» 3. Se si abbia a supplicare S. Santità acciocchè voglia degnarsi » accordare ai Capitolari la divisione della stessa somma? »

Et die 14 Februarii 1849 respondit:

Ad primum affirmative.

Ad 2. Dilata et exquiratur votum Consultoris.

Ad 3. Provisum in secundo.

Itaque audito consultoris voto qui consultissimis argumentis unde undique congestis opinabatur, pretium redactum ab huiusmodi incisione, quando non a cupiditate lucri capiendi sed ab evidenti fundi utilitate suadeatur, reputandum esse uti fructum ad usufructuarium recidentem, adeoque ad Capitulum Lateranense, quamquam in arbitrio sit S. Cong. determinare quantitatem arborum caedendarum, respondit in plenario Auditorio diei 10 Decemb. 1841 iterum ultimis duobus dubiis propositis.

« Ad primum negative ad primam partem, affirmative ad secundam » partem.

» Ad secundum provisum in primo.

» Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio XVI. etiam » quoad necessitatem Beneplaciti Apostolici iuxta decisionem 17 Februa- » rii 1840 in Audientia habita die 17 Decem. 1841 ab infrascripto Se- » cretario, SSmus resolutionem tam diei 17 Februarii quam diei 10 De- » cembris 1841 currentis anni in omnibus approbavit (1). »

RECINATEN. ADOPTIONIS.

Congregatio Boni Regiminis, quando adhuc stabat, pontificiis facultatibus instructa, Recinatensi Brephotrophio Statuta dederat quibus tit. 2 §. 12. sancitur « Che i deputati dovessero procurare a Ciascuno di essi » (Proietti) un favorevole collocamento, che a sgravio dell'istituto assicuri » la buona educazione per mezzo 1. di leggittimazione, 2. di adozione, » 3. coll'accettazione di cura a titolo di servitù. »

Deputati acceptis Parochor. vel municipalium magistratum propitiis informationibus adoptiones et arrogationes peragebant intercedente Vicari Generalis decreto ac publico instrumento.

Cum autem dispositio legis §. 2. Inst. de Adopt. omitti consuevisset, dubitatum est num ex huiusmodi actibus civiles effectus producerentur.

Ad hanc enim rem requisitus, ut solemnis iuris ordo servetur L. Adoptio 4. C. de Adop. et si coram iudice competente non fiat actus inefficax est glossa ibid. etiamsi per scripturam a Notario confectam persolvatur Const. Vot. dec. 100 n. 16. 17.

(1) N. B. Sanctitas Sua responsum ad secundum dubium approbavit ob peculiares circumstantias, quae in proposito particulari casu concurrebant.

Quin immo, cum Deputati non sint vere parentes adeoque patriam in expositos potestatem non habeant. C. unic. de Infan. Lang. et expos. talis actus est mera arrogatio, ad quam principis auctoritas est necessaria L. 2. ff. de Adopt.

Rebus sic stantibus dubia exposita sunt « 1. Se e come convenga » sanare i contratti di adozioni od arrogazioni fatte col pio stabilimento » dal 1822 sino ad oggi? 2. Se e come convenga accordare al Vicario » Generale di Recanati la facoltà d' interporre li Decreti nella stipolazione » dei contratti di adozione ed arrogazione nel caso?

» S. Cong. Ep. et Reg. in Recinaten. super validitate vel sanat. » Adop. seu arrog. die 10 Decemb. 1841 rescripsit.»

« Ad I. Affirmative ad Dominum Secretarium cum SSmo.

» Ad II. Affirmative iuxta formam Motus proprii Ben. XIV. diei 21 » Decemb. 1749 pro pia domo S. Spiritus in Saxia, facto verbo » cum SSmo. »

« Et facta de praemissis relatione SS. D. N. Gregorio Papae XVI. » in Audientia habita a Subsecretario die 10 Decembris 1841. S. S. re- » solutionem S. C. in omnibus ratam habuit, ac propterea enunciatos » Adoptionis seu arrogationis contractus hucusque initos sanavit ac re- » validavit: ac insuper Vicario Generali Recinatensi pro tempore neces- » sarias et opportunas facultates iuxta resolutionem S. C. ad secundum » dubium et ad effectum, de quo agitur, benigne impertita est, contrariis » quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstan- » tibus, ac Vicarii Generales Dioeceseos Recinatensis in huiusmodi De- » cretis interponendis mentionem expressam faciant in singulis actis huius » specialis Apost. Privilegii favore memorati pii Instituti concessi, ne in » posterum aliquod dubium quoad actorum validitatem oriri possit. »

SUPER SECRETO COMMISSO RATIONE MINISTERII.

N. N. in usufructu scripserat haeredem uxorem suam, onere addito, ut Caio et Titiae huiusce matri alimenta praeberet: in proprietate vero haeredem nuncupaverat Caium ipsum, et si hic decessisset improles, substituerat filios Berthae, suae ex sorore neptis, quae, secluso testamento, ex lege in haereditatem avunculi sui successisset.

Istaec iudicio civili pro nullitate testamenti institit post obitum testatoris, quippe qui adulterinum filium vocasset ad haereditatem, nempe Caium ipsum ut aiebat, cum Bertha progenitum, quo tempore matrimo-

nium cum uxore constabat. At vero cum argumenta ad hoc probandum dedŭcta merae coniecturae limitem non excederent, ac Bertha declarasset in Cancellaria Episcopali et baptismali paroecialis tabulario documenta extare, quibus verum, ut ipsa contendebat, Caii statŭm in clara luce ponerent, petiit et obtinuit a iudicibus, ut decernerent, constare de suo iure exigendi ab Episcopali Curia eorum documentorum exhibitionem. Cum itaque Iudicum praeses appositas ad hanc rem obtinendam literas episcopo dedisset, hic nullo pacto iudiciali decreto parere se posse respondit, utpote secreti naturalis lege omnino prohibitum.

Itaque Bertha eamdem petitionem suam ad hanc S. C. convertit, quae episcopum super precibus ex instituto rogavit. Hic rescripsit, ideo se documenta edere detrectavisse, quod ageretur de documentis occultis, ac reservatis, quae *fidei suae tradita fuerant in via confidentiali et animi tranquillitatem, certaque sub spe, quod in perpetuum pro sua prudentia secreto servanda forent.* In aliis literis aiebat, *eadem documenta sibi concredita fuisse fere adinstar sacramentalis confessionis et ex timoratae conscientiae impulsu.*

Cum de re magni momenti agi intelligeret S. C. votum unius ex suis Consultoribus de more exquirendum censuit, qui pluribus, iisque solidis argumentis prolatis, naturale secretum servandum esse opinatus est.

Duo potissimus Bertha tuebatur: Primum aiebat, documenta de quibus res erat, non esse secreta; nihil enim aliud erant nisi actus qui sine secreti lege emissi fuerant, et insuper, quid in iisdem legeretur, probe cognoscebatur. Enimvero (ipsa pergebat) declarationes continebant coram Politiae Ufficiali a Curia deputato elicitas, et a testatore nec non a Titia subscriptas, quibus Caium ab ipsis progenitum esse constabat. Praeterea non solum Cancellariam, se etiam numerum indigitabat quo eadem documenta subsignata recondebantur.

Secundo loco invocabat doctrinam D. Thomae *Sum. 2. 2 quae. 70 art. 1 ad. 2* quem sequuntur communiter rerum Theologicarum et Canonicarum doctores Soto *de secr. ag. quae. 10 conc. 4 Ius. Can. 4. decr. tit. 3. §. 1 num. 49 Monac.* Bonacina *De rest. in gen. Disp. 2 qu. 2* Reinf. *tom. 1 tit. 2 form. 19,* qua statuitur, ea, quae homini sub secreto committuntur, manifestari debere, cum cedunt in corruptionem multitudinis, vel in grave damnum alicuius personae. Iamvero occultatio documentorum, sibi gravissimum damnum inferebat; non poterat enim adulterium Caii statum demonstrare, adeoque nec haereditatem sibi e clarissima legis dispositione debitam capere.

At e contra perpendebatur, quod Bertha mere asserebat sese documentorum tenorem cognoscere; idque colligere potuerat ex dissito vulgi rumore « *Iàm vero dedècet* (perbelle Mazzei de *Matr. consc. cap. 9 §. 15*

ex Strikii doctrina advertit), *si veritas in pretio est, ad custodiendum silentium obligata, famam et rumorem publicum suo assensu confirmare.* » Quod si Bertha instabat se vere et non ex vulgi rumore documenta cognovisse, subdebatur, id nonnisi ex corrupta Officialium fide assequi potuisse, adeoque ex facto turpi: ut in iudicio non est audiendus qui turpitudinem suam allegat: Rota *dec. 424 N. 12 Rec. L. 2 professio Cod. de mun. patrim.*

Ad S. Thomae doctrinam quod attinet, reponebatur ex eadem ipsa deduci, et plenissime ex aliis eiusdem auctoris locis confirmari, quod bonum publicum privato posthabendum sit. Iam vero boni publici maxime interest, ut quae alicui personae in aliquo ministerio constitutae ratione officii committuntur, edere et manifestare nefas plane sit: aliter enim de fide publicae auctoritatis praesertim Ecclesiae debita actum esset; nemo namque, qui se eidem crederet, amplius inveniretur. Documentorum vero evulgatio maximum detrimentum afferebat uxori legitimae quae usufructus Titiae quae iure alimentorum, Caii qui et alimentorum, et haereditatis iure decidisset. Atqui ratio postulat, ut utilitas plurium personarum, et earumdem pauperum, deque damno vitando agentium vincat contra utilitatem unius, eiusdemque divitis et de lucro captando agentis.

Generatim insuper pro secreto servando in confirmationem addebantur speciales plurimum nostrorum temporum legumlatorum sanctiones, et recentiorum Iurisconsultorum sententiae, utpote Merlin, Robert, D. Argentrae, et Christiu, qui Advocatos, Medicos, Chirurgos aliosque professores a testimonio ferendo eximunt circa ea, quae sibi ratione professionis innotescant. Accedebant duo facta, quae a laica potestate in duobus saecularibus regnis intercederant, in quorum uno quidem Episcopus et Parochus in altero exempti declarati fuerunt ab iis detegendis, quae ratione officii rescivissent. Quin imo S. Poenitentiaria a Parocho praedicto desuper consulta, die 21 Aug. 1830 responderat: « *Sacra Poenitentiaria rei universae ratione perpensa respondet ab Oratore in causa assertae nullitatis matrimonii, de qua quaeritur, servandum omnino esse naturale secretum etiamsi interposito iuramento testimonium proferre cogatur.*

Hisce matura deliberatione perpensis Emi Patres in generalibus comitiis eiusdem S. Congregationis diei 25 Februar. anni 1842 ad dubium

An et quomodo communicanda sint tribunali petita documenta, sive potius an super ea re perpetuum silentium imponendum sit?

« Rescripserunt »

Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

SUPER PROHIBITIONE CELEBRANDI MISSAM EXTRA DIOECESIM

Episcopus nequit suo decreto prohibere, ne Sacerdotes nulla alia beneficii, aut Cappellaniae obligatione detenti absint etiam die festo a Dioecesi ut alibi Missam celebrent. Cum enim Episcopus NN. videret, quod festis diebus Sacerdotes suae iurisdictioni subditi in vicinam dioecesim transmearent ad Missam inibi celebrandam, ideoque in suae dioecesis ecclesiis Missarum defectus haberetur, suo decreto sancivit: « che » nessun prete specialmente nelle feste si trasferisca a celebrare la Messa » in qualunque Chiesa extradiocesana sotto pena della sospensione ipso » facto incurrenda. » – Re ad S. Cong. Ep. et Reg. declarata dubium concinnatum est: « Se e come si debba sostenere il decreto emanato da » Monsig. Vescovo di NN.? » In Cong. generali 4 Martii 1842 rescriptum fuit: « Quoad censuras negative in omnibus, in reliquis ad mentem: mens, » est: che ad eccezione di quei Sacerdoti, i quali hanno l'obbligo di » celebrare entro i confini della diocesi, la Circolare del Vescovo non » può sostenersi per gli altri Preti. »

AVENIONEN.

Super approbatione Instituti, et Constitutionum piae Societatis sub invocatione SSmi Redemptoris.

DECRETUM

S. C. EE. RR. attentis literis commendatitiis Ordinarii Avenionen. et universa rei ratione sedulo diligenterque perpensa censuit scopum piae Societatis sub invocatione SSmi Redemptoris a Zelo nuncupatae, et in Dioecesi Avenionen. erectae summopere esse laudandum, dilata tamen in aliud tempus approbatione eiusdem Societatis, et Constitutionum; ac insuper decrevit consulendum SSmo pro facultate favore Superioris dictae Societatis etiam facta subdelegandi potestate uni vel alteri Sacerdoti in qualibet Dioecesi, ubi eadem zeli Societas canonice erecta fuerit, adscribendi Christifideles inter Fratres cordigeros S. Francisci Assisinatis, eos recipiendi ad habitum, seu scapulare, et ad Tertium Ordinem poenitentiae eiusdem Sancti iuxta modum, qui a Religiosis Ordinis S. Francisci in huiusmodi Saecularium adscriptionibus ex S. Sedis praescripto servatur; atque sodalitia sub hisce titulis erigendi iuxta formas ab Apostolica Sede iam statutas, ad effectum dumtaxat lucrandi indulgentias, aliasque gratias spirituales assequendi a Summis Pontificibus concessas. Hu-

iusmodi autem facultate praefatus superior, eiusque delegati uti non valeant, nisi prius requisito et obtento in scriptis respective Ordinariorum consensu, et dummodo in aliqua Dioecesi Conventus Ordinis Seraphici actu non existat, vel donec erigatur eadem facultas duratura concessa intelligatur.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI in audientia habita a sub-Secretario eiusdem S. Congregationis die 23 Septembris 1842, S. S. resolutionem S. Congregationis in omnibus approbavit, scopum piae societatis laudavit, et commendavit, ac supraenunciatas facultates benigne impartita est iuxta modum in eadem resolutione S. C. expressum. Contrariis etc.

ORIOLEN.

Super revocatione donationis ante professionem factae.

Si religiosus in Religionis ingressu bona sua alicui donaverit, religione dissoluta eoque ad Saeculum redeunte, tenetur Donatarius eidem alimenta praestare, si ille non habeat, unde vivat, sin minus datur locus donationis revocationi, et possessionis regressui ex venia Pontificis.

Cum enim in proxima regni Hispanici perturbatione omnes Religiones subversae fuissent, ac Monachi dimitterentur, P. Philippus Sayglesia Ex Provincialis Ordinis B. M. V. Redemptionis Captivorum qui fratribus suis pro aequali fortunas suas post mortem consequendas, obtenta venia reservandi sibi, dum viveret, usumfructum, renunciaverat, exul a patria, senex, caecus apud quemdam nepotem suum confugium habuit a quo omnia, quae ad vitae necessitatem commoditatemque pertinent perabundanter est assecutus; et caeteroquin reditus ex memorato usufructu obvenientes eiusdem substentationi prorsus impares agnoscebantur.

Huiusce sui nepotis beneficentiam remunerari cupiens, praesertim cum ille multa prole gravaretur, a S. Congregatione negotiis Episcoporum et Regularium praeposita expostulavit, ut revocata praedicta donatione de bonis donatis in eiusdem utilitatem disponere permitteretur.

Ad has preces dubium disceptatum est; se e come convenga annuire all'Istanza dell'Oratore nel caso? et in plenario Auditorio *diei 10 Martii 1843* rescriptum est « Affirmative, praemissa insinuatione donatariis » ad alimenta praestanda, sin minus pro facultate revocandi donationem, » et disponendi de bonis per actum vel inter vivos vel causa mortis fa- » vore nepotis, de quo in precibus, facto verbo cum Sanctissimo. »

SECOVIEN.

Super approbatione Instituti et Constitutionum Sororum a Scholis nuncupatarum sub regula Tertii Ordinis S. Francisci.

DECRETUM

Pluribus abhinc annis Mulieres quaedam Graecii in Styria instituendis educandisque puellabus sedulam operam navabant, et Tertio ordini S. Francisci adscriptae erant, regulamque eiusdem Ordinis a Nicolao IV pro personis in saeculo degentibus probatam profitebantur. Verum summopere cupientes in puellarum institutionem magis magisque incumbere, propriaeque sanctificationi efficaciter consulere, deprecatae sunt Rñum Episcopum Secovien. cuius iurisdictioni Graecensis Civitas subest, ut in communitatem coire possint. Secoviensis Antistes earum votis benigne annuit, ac propterea enunciatis Mulieribus, quae Sorores a Scholis nuncupantur, Regulam tertii Ordinis S. Francisci profitendam exhibuit, quam Leo X pro personis in communitate degentibus confirmaverat. Sed statuit, ut vota simplicia obedientiae, paupertatis, et castitatis ad triennium duratura dumtaxat emittant, maneantque sub Ordinari Dioecesani iurisdictione, et quaedam insuper statuta ab Eo concinnata illis servanda proposuit. Verum aliquid praefato Instituto deesse visum est nisi illud Apostolica Auctoritate una cum enunciatis statutis confirmaretur. Preces igitur hac super re ad hanc S. C. negotiis et consultationibus EE. et RR. praepositam delatae, et deinde sedulo diligenterque perpensae, SSño D. N. Gregorio PP. XVI relatae sunt.

Sanctitas autem Sua audito voto Eminentissimorum et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium eiusdem S. C. Institutionem praefatae Domus Graecensis Virginum Tertii ordinis S. Francisci pro educatione puellarum auctoritate Apostolica confirmavit; ac insuper indulsit, ut illius domus sorores omnibus indulgentiis fruantur, quibus Sorores Tertii Ordinis in Communitate degentes, et regulam a Leone X probatam profitentes legitime fruuntur, et gaudent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae 15 Iulii 1843.

SYRACUSANA

Super iure regressus ad bona in renunciatione religiosa reservata.

Aloysius Oddo e Patrum Theatinorum familia dum solemnem professionem die 15 Oct. 1810 emitteret, omnium bonorum suorum usufructum suae Matri, proprietatem vero fratri suo Vincentio renunciavit.

In renunciatione autem hoc addiderat, ut si forte habitum religiosum dimitteret praesertim ob publica rerum discrimina, in hoc casu renunciatio locum non habeat, ipseque possit in bona materna et paterna Ius recuperare, et in ea regressum facere.

Anno 1840 morbi causam allegans rescriptum perpetuae saecularizationis assecutus est cum solitis clausulis, ac nominatim *servatis. . . substantialibus votorum suae professionis religiosae.* Insuper indultum obtinuit de bonis disponendi, quae sibi competerent, idque *sive inter vivos sive causa mortis, minime vero per testamentum, dummodo aliquid donatae etc.* Post haec ad suae conscientiae tranquillitatem, a S. Sede imploravit facultatem, ut regredi posset in possessionem earum rerum, quae in vim renunciationis ante professionem peractae, ad se sive ex paterna, sive materna, et fraterna haereditate pertinerent.

At vero huic petitioni acriter adversabatur Concepta, soror Oratoris, tamquam haeres Vincentii renunciatarii, atque exponebat, sese Oratori, fratri suo ex religioso alimenta atque habitationem suppeditare. Episcopus de more sententiam rogatus, Oratorem non audiendum opinabatur.

Hoc in rerum statu, controversia in plenario Auditorio S. C. dirimenda proposita fuit. Cumque saepissime soleant in dies huiusmodi controversiae intercidere, aliud generale hac de re dubium additum fuit, prout sequitur.

I. An et quomodo ad Religiosum Aloysium Oddo spectet ius regrediendi ad bona renunciata in casu?

II. An et quomodo generale Decretum edendum sit, quod in casibus futuris normam praebere valeat.

Emi Patres die 2 Decemb. 1832 rescripserunt.

Ad I. Affirmative quoad usum duntaxat et ad mentem: mens est: che l'uso suddetto sia stabilito dall'Ordinario secondo il prudente suo arbitrio per congrua sostentazione.

Ad II. Dilata et scribat aliquis ex Consultoribus, et iterum proponatur (1).

(1) Trium Consultorum vota exquisita fuerunt, quorum unus theologicarum, alter canonicarum, tertius civilium rerum doctior et probatior haberetur. Itaque tribus hisce votis S. Congregationi distributis, et causa iterum proposita die 7. Iulii 1843 Emi Patres ad secundum superius propositum dubium rescripserunt « *Non expedire.* »

CONGREGATIONIS OLIVETANAE

De Visitatione apostolica in Sicilia.

DECRETUM

De mandato SSmi D. N. Gregorii PP. XVI Sacra Congregatio Negotiis et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita ex iustis et rationalibus causis animum Sanctitatis Suae moventibus, attentisque peculiaribus circumstantiis, deputat in visitatorem Monasterii Congregationis Olivetanae Panormi existentis Eminentissimum S. R. E. Cardinalem Archiepiscopum Panormitanum cum facultatibus necessariis, et opportunis, etiam ad effectum nominandi duos Convisitatores, unum scilicet ex saeculari, alterum vero ex Regulari clero. Vult autem Sanctitas Sua ut Eminentissimus Archiepiscopus Visitator ad eamdem S. C. EE. et RR. trasmittat relationem, et acta, ut quid in Domino expedire visum fuerit decerni possit.

Datum Romae die 29 Februarii 1844.

FAVENTINA

Census et Indulti Apostolici
Super defectu numeratae pecuniae.

Aloysius Zampieri Faventinae Dioeceseos, accedente fideiussione Fratrum Simonini, tabulis diei 23 Iulii 1817 in utilitatem Canonici Bennoli censum imposuit super idoneo fundo in sorte scut. 700 cum fructu scutorum octo pro quolibet centenario in singulos annos. Atqui eo, quo census creatus est, actu numerata pecunia non intercessit; quandoquidem in istrumenti tabulis declaratum est, summam scut. 700 a Bennolio traditam Zamperio fuisse « *in moneta reale in antecedenza.* »

Anno 1829 Bennolius Comiti Battaglinio censum illum vendidit, unaque sibi evictionis onus plene suscepit. Paulo post Battaglinius Iosepho Cavalli emptum censum eodem pacto alienavit.

Zamperius et Fratres Simonini fructum depactum in annuis scutatis 56 accurate pensitaverunt usque ad annum 1840; quo anno a solutione destiterunt, causati census nullitatem ex defectu numeratae pecuniae. Qua posita nullitate censum in purum putumque creditum resolvi adeoque fructus usque eo persolutos in sortis extinctionem computandos esse propugnabant. Cavallius Battaglinium et Battaglinius hospitalem Salaroli domum, utpote Canonici Bennoli eo temporis intervallo demortui

haeredem, in ius vocavit, ut censum exigere, et a molestiis sese liberari obtineret. Apud iudicem Curiae Ecclesiasticae Faventinae causa proposita contra Hospitalis Administratores pro census nullitate et relevationis a molestiis sententia prodiit.

Itaque administratores a Summo Pontifice per S. C. Ep. et Reg. indultum imploraverunt, quo memoratus numeratae pecuniae defectus Apostolica auctoritate sanaretur. De more Faventinus Episcopus sententiam suam rogatus, eam aperire non censuit. Utraque insuper ex partibus dissentientibus in scriptis audita est.

Praecipua Zampierii et Fideiussorum exceptio in memorato defectu sita erat. Hospitalis Administratores plura argumenta in medium afferebant, ac potissimum Card. De Luca auctoritatem, qui in suo tractatu *De Censibus* huiusmodi vitium a Summo Pontifice passim sanari tradit. Iamvero idem Doctor semper de casu loquitur, quo sententia super Census nullitate nondum prodiverit, nunquam vero de casu, quo eadem prolata iam fuerit, prout in themate acciderat.

At nihilominus plures Romanae Rotae decisiones in eamdem rem allegabantur, inter quas unam tantum reperire datum fuit, nempe *Decis. 206 n. 7. 8.* coram Lancetta, cuius species haec erat. Cum census quidam crearetur loco numeratae pecuniae syngrapha data fuerat, cuius solvendae dies ad statutum tempus in posterum praefixus fuerat. Acta causa pro censu irritando apud A. C. sententia nullitatis edita est. Quocirca, qui a causa ceciderant, Summum Pontificem sanationem a defectu numeratae pecuniae efflagitaverant. Summus Pontifex rescribendum censuit pro *Sanatione arbitrio Rotae constito de credito.* Sacrum Rotae Tribunal, tametsi de censu per sententiam iam rescisso ageretur: pro sanatione iudicium tulit, et hanc doctrinam confirmavit, quod nempe « *licite potest iudex aequitatem amplectendo sanationem census decernere, quoties de vera constet numeratione pecuniae, quantumvis ista impositionis actui contemporanea non fuerit.* »

Itaque in plenario S. Congr. conventu sub hisce verbis Eñorum Patrum iudicio propositum fuit, quod sequitur

DUBIUM

An in praesenti rerum statu sanandus sit numeratae pecuniae defectus in creatione census admissus iuxta preces ab Hospitalis Administratoribus exhibitas?

Et S. C. die 22 Iulii 1844 rescribendum censuit.

Supplicandum SSmo pro sanatione.

Et facta relatione etc. SSmus sanavit.

FOROLIVIEN.

Deletionis hypothecae et Sanationis Census.

Franciscus Piedilunghi Forolivensis creditor Antonii Gaddi et Francisci Zanchini in summa Scut. 740 loco numeratae pecuniae creditum hoc utrique in solidum cedens, censum anno 1814 imposuit contra utrumque debitorem in solidum super quodam Antonii Gaddi praedio.

Nulla capta hypotheca Piedilunghius paulo post eumdem censum cessionis titulo transtulit in quemdam pium locum. Item Gaddius fundum censu gravatum vendidit et venditor, absque ulla pii loci oppositione, fundum emptum legitime transcripsit. *Forolivien. super Deletione hypothecae.*

Anno tamen 1836 parochus loci pii cessionarii administrator generalēm super utriusque debitoris bonis hypotecam sumpsit. Anno 1842 defuncto Gaddio, eius haeres parocho scut. 370 nempe dimidium debiti obtulit.

Itaque Parochus hypothecam super Gaddii bonis radiari a S. C. Ep. et Reg. expostulavit, firma remanente hypotheca super Zanchinii bonis pro altero dimidio scut. 370.

Quamvis autem propitium rescriptum cum solitis clausulis a S. C. editum fuisset, tamen executioni non dabatur, quia census pro parte tantum extinguebatur, ac pro altero dimidio hypoteca satis tuta non videbatur. Utrumque itaque debitorem S. C. scriptis audiendum censuit; qui proinde impugnabant validitatem census ob defectum numeratae pecuniae, nec non validitatem hypothecae, quae utpote generalis ex legibus hypotecariis prohibita videbatur.

Itaque causa proposita fuit in Congregatione Generali diei 9 Augusti 1844 cum duobus dubiorum formulis videlicet:

1. Se e come convenga concedere al Parroco Savorani la facoltà di radiare l'ipoteca generale gravante i fondi del patrimonio Gaddi pel censo in sorte scudi 740 previa l'estinzione della sola metà dello stesso censo nel caso?

2. Se lo Zanchini debba essere costretto ad allegare un fondo speciale per l'ipoteca, oppure vi sia luogo a prendere altro provvedimento, e quale per sicurezza degl'interessi del luogo Pio.

Emi Patres *in Forolivien. super* Delet. hipothecae dicti diei rescripsit.

Ad 1. et 2. « Praevia sanatione census ob defectum numeratae pe-
» cuniae, pro qua supplicandum SSmo acceptandam esse obligationem
» medietatis sortis a Comite Gaddi factam, ita tamen ut pro alia me-
» dietate vel ab ipso Comite Gaddi, vel a Zanchinio fundus idoneus hy-
» pothecae vinculo subiiciatur, aut si velint restituatur dicta medietas. »

Et facta de praemissorum relatione SS. D. N. Gregorio XVI in Aud. habita eadem die, supradictam resolut. S. C. comprobavit, ac propterea enunciatum census contractum sanavit et revalidavit perinde ac si ab initio absque enunciato numeratae pecuniae defectu initus fuerit.

MARIANEN.

Super erectione tertii Ordinis.

Sodales Confrat. B. M. Virginis de Mercede in Oppido Auri Preti anno 1767 potestate facta a Generali illius Religionis, ad Ordinem primarium aggregati sunt. Anno vero 1780 ab Ordinario illius oppidi facultatem obtinuerunt utendi habitu cum cintura et scapulari, nec non professionis emittendae ad instar Fratrum Tertii Ordinis iuxta ipsius Religionis constitutiones. In via perfectionis progredi cupientes anno 1844 a SSmo D. N. Gregorio XVI suppliciter expostulaverunt, ut eorum Confraternitas in Tertium Ordinem proprie ac vere erigeretur et statuta, quae ad hanc rem apposite condita fuerant, et Sanctitati suae exhibita, apostolica approbatione confirmarentur.

S. Cong. Epis. et Reg. ad quam postulationis libellus remissus fuerat, relationem et votum P. Vicarii Generalis Religiosorum a Mercede audire voluit. Sollicitus ille fuit Sacram Congregationem docere et propitiam petitioni sententiam expromere. Post haec positio omnis P. Consultori transmissa fuit, qui rem expenderet.

Hic negotium pro faciliore expeditione ad quatuor dubia coercuit, nempe.

1. « Se e come convenga di eriggere la Confraternita di Auro Preto
» in terzo ordine della Mercede nel Caso.

2. » Se e quali facoltà si abbiano a concedere al Vescovo ed al
» Parroco di Auro Preto.

3. » Se ed in qual modo si debbono approvare gli statuti della
» detta Confraternita nel Caso.

4. » Se e quali correzioni e modificazioni meritino i riferiti statuti
» nel caso. »

Quod pertinet ad primum S. Sedem pro bono Ecclesiae facilem sese praebere posse petitioni. Quoad vero secundum postquam ex Relatione P. Vicarii Generalis exscripsit quinque articulos ex Constitutionibus Ordinis desumptos Distinct. 4 Cap. 1 ubi agitur de Tertiariorum susceptione ac regimine sic aiebat « Qualora piacesse alla S. Sede di concedere la grazia, sarei di sottomesso parere che i detti cinque articoli » ci fossero inseriti ad literam prima o dopo la Clausula generale: servatis de iure servandis: Ma considerato le locali circostanze di Auro » Preto, dove non esiste Convento dell'Ordine della Mercede, e trovandosi detta Città molto lontana dalla Residenza del Generale dell'Ordine suddetto, inerendo al Voto del Vicario Generale sarebbe opportuno, finchè non si fondi un convento dell'ordine in Auro Preto, che » questa S. Sede accordasse al Vescovo di Marianna tutte le facoltà che » i Generali e Provinciali della Mercede godono sopra i Terziarii: e con » più ragione concedesse al Parroco di Auro Preto l'autorità e tutte le » attribuzioni che i Superiori locali di d. Ordine hanno per diritto o » per legitima consuetudine sugli aggregati al loro terz'ordine. Dippiù » si troverà necessario di munire di opportune facoltà il Vescovo Diocesano, qualora si rifletta che si può con qualche fondamento sospettare trovarsi degli abusi nello stato attuale della Confraternita, nel » rapporto al privilegio ottenuto dal Vescovo Diocesano nel 1780 di potere ammettere alla professione i Confratelli come Terziarii della Mercede. » A molte cose potrebbe porre rimedio il Vescovo, se oltre alle facoltà » che competono al Generale dell'ordine fosse anche rivestito di Delegazione Apostolica limitata al solo oggetto di rimediare agli abusi e di » sanare le irregolarità occorse sin quì qualora faccia di bisogno. »

Circa tertium et quartum dubium, plures animadversiones in rebus particularibus proponebat, quas hic referre nihil esset.

Itaque consultatione proposita cum allatis dubiis in Congregatione Generali diei 22 Novembris 1844 cum titulo: *Marianen super erectione etc.* Emi PP. Rescripserunt.

Ad 1. et 2. Affirmative iuxta votum Consultoris.

Ad 3. Provisum in 4.

Ad 4. Communicentur animadversiones Episcopo pro sua norma quin tamen statuta censeantur approbata.

Et SSmus approbavit Resolutionem S. C.

SPOLETANA

Super reductione fructuum census.

Hieronymus Piervigilii Anno 1818 a Bevaniae Capitulo titulo census scutata 139. 10 accepit pro annuo fructu scut. decem in singula centena persolvenda. Anno 1834 facti poenitens penes S. C. Episcoporum et Regularium institit, ut huius fructus summa reduceretur, pecuniaque ultra iustitiae limites persoluta sibi redderetur.

Exponebat enim, quod quamvis scutatorum decem fructus in plateis nundinariis eo tempore, habita circumstantiarum ratione, fortasse tolleraretur, attamen enormissimus reputandus erat in regionibus, ubi agrigolae degebant, praesertim si ageretur de censibus, qui ob eorum perpetuitatem ad Cambiorum trutinam dimetiendi non sunt.

Favebat Oratori Archiepiscopus et opinabatur hunc fructum ad scutata sex esse reducendum. Aiebat enim adversari Const. 139 Bened. XIV nec ullatenus respondere proventui naturali soli Bevariensis, quod scut. quatuor fructum vix progignere solet.

Nihilominus S. C. re mature perpensa, inhaerere voto visa est Emi Ponentis, qui contraria Sententia tenebatur: Hic enim ex auctoritate Rotae in *Romana seu Florentina fructum Censuum 2 Ian. 1815* in iure statuebat in dimitienda fructus censuarii aequitate rationem habendam non esse paritati rationis cum contractu Cambii, nec naturali fructui, quem solum Bevanense parit, quae obiecta diluit allata Rotae sententia, sed potius attendendam esse consuetudinem, quam viri probi et ut vocant, *timorati* sequerentur. In facto vero animdvertebant circa annum 1815 propter bellicas excursiones, pestilentias, et annonae charitatem fructum a probis bonisque hominibus usitatum de octo scutatis ad decem protendi debuisse. Et quamvis horum contractuum aequitas non a tempore subsequenti sed ab initio contractus decipi debeat, tamen Capitulum nedum obstabat, sed et proponebat fructum de decem ad octo coerceri.

Igitur causa proposita fuit in plenario conventu diei 13 februarii 1845 cum sequentibus dubiorum formulis.

1. « Se si debba accordare il ribasso al Piervigili ed in quale mi-» sura?

2. » Se gli competa l'indennizzo richiesto, ed in quale quantità? »

Emi Patres rescripserunt

Ad 1. Dilata et scribatur Archiepiscopo ad mentem. « La mente è, che si procuri di conciliare la controversia economicamente, insinuando

il Piervigili di essere contento dell' offerta di diminuzione dei frutti dal 10 all' 8 per cento; e quanto al passato di ricevere quell'indennizzo, che Monsig. Arcivescovo giudicherà di proporre.

Ad 2. Provisum in primo.

PROTESTATIO CONTRA VISITATIONEM REGIS NOMINE IN SICILIA FACTAM

DECRETUM

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI diu, serio ac mature perpendit relationem, quae inscribitur *Visita Apostolica eseguita dal Card. Pignatelli Arcivescovo di Palermo nel venerabile Monastero di S. Giorgio della Congregazione Olivetana ordinata da Sua Maestà Ferdinando II Re del regno delle due Sicilie firmata in Palermo 31* Marzo 1845, *ita subscriptam* « I. MARIA CARD. PIGNATELLI ARCIV. DI PALERMO REGIO VISITATORE – CANONICO SALVATORE CALCARA REGIO VISITATORE – PIETRO GIUSEPPE LEONE DEI MINISTRI DEGL' INFERMI CONVISITATORE, » atque magno cum moerore cognovit omnia in ea peracta apparere nomine, iussu, et auctoritate laicae potestatis, quin mentio fiat Pontificii mandati (1) ac si regii iuris esset Apostolicam Visitationem indicere, et Visitatoribus peragenda praescribere. Quapropter eadem Sanctitas Sua decrevit *relationem ipsam* sub tali forma ac terminis non esse admittendam, utpote Supremae Pontificiae auctoritati summopere laesivam, et Apostolicae Sedi iniuriosissimam; et hoc decretum significari mandavit per me infrascriptum S. Congregationis EE. et RR. Praefectum eidem Emo Archiepiscopo Panormitano in tabulario actorum Visitationis asservandum. Datum Romae ex S. Congregatione EE. et RR. die 15 Iulii 1845.

NOLANA

Executionis rescripti.

Quando a Sede Apostolica dantur Executores in forma commissaria, gratia censetur suspensa usque dum Rescriptum executioni mandatum non fuerit, ita ut Executores merito executionem denegare valeant, si comperiant clausulis in eodem appositis satisfactum non fuisse. Sic licet tempore editi rescripti evidens Ecclesiae utilitas adesse videatur, si postea contrarium appareat, rescriptum non est exequendum.

(1) Pontificium mandatum iam superius pag. 115 relatum est.

Anno 1823 Ioannes Bap. De Stefano Parochus loci Frascatoli, Nolanae Dioecesis iudicium contra Paschalem et Clorindam Cozzi instituit ut fundum quemdam parochiae vindicaret, quem ab ipsis iniuria detineri contendebat. Rei conventi quasdam exceptiones obiecerunt, quibus ostendere studebant illum a se titulo emphyteuseos possideri, ideoque a parocho nihil praeter canonem exigi posse.

Sed prima iudiciorum experimenta reis conventis adversa acciderunt. Mortuo deinde Parocho De Stephano, Franciscus Siciliani, eiusdem successor, ut litis expensas, atque discrimina devitaret, facilem sese praebuit in adstipulando quodam cum adversa parte emphyteusis contractu.

Qui cum a S. C. EE. et Reg. approbatus fuit, Rescriptum quod sequitur, per eam prodiit die 14 Iulii 1826 — « Sanctitas Sua attenta » relatione Episcopi Nolani benigne annuit, et propterea eidem mandavit » committi ut veris existentibus narratis, et quatenus in evidentem Ecclesiae utilitatem fore cessuram iudicaverit, praefatam concordiam cum » pactis et conditionibus in ea appositis pro suo arbitrio et conscientia » approbet atque confirmet; nec non constito sibi de evidenti Ecclesiae » utilitate, facultatem ineundi praefatum emphyteusis perpetuae contractum » cum annuo Canone et conditionibus proficuis. »

Sed tamen huiusmodi rescriptum nunquam executionem sortitum est, quin imo postquam frustra actum est de instrumento conficiendo iuxta leges Neapolitanae Dictionis, post annum 1834 novus quidam inter partes contractus stipulatus est, in quo pactum adiectum fuerat, ut si a principe contractus eiusdem approbatio denegaretur, in sua cuique iura regredi integrum esset.

At princeps veniam ad dictum contractum ineundum impertitus est, qua tamen iuxta sacros canones opus haud erat.

Post haec Rei Conventi nullum omnino Canonem persolverunt, quocirca Parochus actionis vindicatoriae iudicium iterum promovit, et propitiam Sententiam retulit die 10 Aug. 1839.

Sed illi appellationem interiecerunt in eoque institerunt, ut rescriptum S. C. editum die 14 Iulii 1826 executioni demandaretur.

Hinc ad Curiam Nolanam sese verterunt, quae tamen auditis rite utrisque partibus suam pronunciavit sententiam die 9 Iulii 1841, qua dixit nullam rationem haberi debere memorati Rescripti, quod firmitate et robore destitutum esse declaravit.

Igitur rei conventi hoc quoque in periculo repulsi ad hanc S. C. Episcop. et Reg. confugerunt, ut huiusmodi decreto infirmato, memorati Rescripti executio praescriberetur.

Sacer Ordo pro suo more Votum Consultoris exquisivit; qui tota

positione perpensa, quaestionem propositam ad hanc Thesim redegît nempe: « An et quomodo executio Rescripti anni 1826 Ordinario praescribenda sit? »

Ipse aiebat compertissimum esse in iure quod Rescripto in forma, ut aiunt commissaria, vel mixta, nullum impetranti ius pareat, donec Executor Apostolicus, constito sibi de conditionibus appositis gratiam ipse suo decreto non perfecerit.

Iam vero huius generis esse rescriptum de quo agitur, res ipsa per se loquitur. Una enim vel seorsim sumpta ex hisce clausulis « *Veris existentibus narratis. Si in evidentem Ecclesiae utilitatem et constito sibi* » satis est ut Rescriptum in forma commissaria mixta concessum dicatur; Rosa 1. c. C. n. 19, 144. 145.

Itidem in iure exploratum est, quod in hisce Rescriptis utilitas quae Apostolici Beneplaciti fundamentum constituit, non inspicienda sit tempore beneplaciti, sed tempore executionis: Rosa 1. c. C. XI n. 18. Petra t. 1 pag. 66 n. 134. Atqui in Causa, de qua sermo est utilitas, quae tempore concessi beneplaciti adesse visa est, exulare omnino deprehendebatur tempore executionis, quo plurimis iudicialibus factis experimentis, parochus victor semper extiterat, nullumque inversae fortunae periculum subesse cognoscebatur.

Proposita igitur fuit huiusmodi Causa in generali auditorio diei 13 Iunii 1846 subiectoque dubio. « Se e come si debba confermare o piut- » tosto revocare il decreto emanato dalla Curia di Nola nel Caso con- » tro cui si è ricorso a questa S. C.?

Eñi Patres rescripserunt

« *Ex noviter deductis non esse locum executioni Beneplaciti Apostolici.* »

TAURINEN.

Super approbatione Instituti et constitutionum Sororum poenitentium a S. Maria Magdalena nuncupatarum.

DECRETUM

SSñus D. N. Gregorius PP. XVI acceptis testimonialibus literis Rñi Archiepiscopi Taurinen. quibus summopere commendabatur Institutum sororum poenitentium a S. Maria Magdalena nuncupatarum Augustae Taurinorum, curante piissima Marchionissa Falletti a Barolo ex familia

Colbert anno 1833 erectum, et attento voto nonnullorum S. R. E. Cardinalium ex Sac. Congregatione EE. et RR. delectorum, memoratum Institutum, eiusque regulas, et constitutiones, prout in hoc exemplari continentur, approbavit, et confirmavit: et insuper idem institutum specialibus favoribus prosequi volens, omnes et Singulas Indulgentias ei benigne communicavit, quibus sorores Societatis Sacratissimi Cordis Iesu ex Apostolicae Sedis concessione fruuntur et gaudent, ita tamen ut illius concessionis forma ac tenor servetur. Indulsit autem S. S. ut praesens Decretum per literas Apostolicas in forma Brevis expediatur.

Datum Romae etc. die 8 Martii 1846.

TAURINEN.

Super approbatione Instituti, et Constitutionum Sororum a S. Anna nuncupatarum.

DECRETUM

SSmus D. N. Gregorius PP. XVI, attentis litteris commendatitiis Rmi Archiepiscopi Taurinen auditisque nonnullis S. R. E. Cardinalibus ex S. C. EE. et RR. delectis, Institutum Sororum a S. Anna nuncupatarum cura piissimae Marchionissae Falletti a Barolo ex familia Colbert, Anno 1834 in Dioecesi Taurinen erectum, eiusque Regulas, ac Constitutiones, prout in suprascripto exemplari continentur, approbavit et confirmavit. Ut vero memoratae Sorores in intentum finem alacrius tendant, uberioresque in dies fructus afferant, earum Instituto eas omnes Indulgentias ex speciali gratia communicavit, quibus ex Apostolicis indultis sorores societatis Sacratissimi Cordis Iesu fruuntur et gaudent, servata tamen eorumdem indultorum forma ac tenore. Annuit insuper S. S. ut praesens decretum per litteras Apostolicas in forma Brevis expediatur.

Datum Romae die 8 Martii 1846.

TRIDENTINA

Super Confessariis Mulierum quae in Asceteriis morantur.

Episcopus Tridentinus anno 1846 Exposuit S. Congregationi Episcoporum et Regularium, quod in approbatione Instituti filiarum Charitatis a pia muliere Marchionissa Canossa erecti quoad earum Confessarium praescriptum fuit: « L'Istituto delle Figlie della Carità sarà soggetto al

proprio Vescovo, il quale assegnerà il Confessore: e che dovrà essere uno solo. Non s'intende però di levare alle sorelle con questo la libertà di coscienza, che anzi la Superiora inerendo alle intenzioni di Chiesa Santa coll'assenso di Monsignor Vescovo accorderà loro per qualche caso, se lo domandassero, di potersi confessare da qualche altro Confessore, che sia Sacerdote approvato, e di tutto credito. Oltre di che almeno una volta all'anno vi sarà pel periodo di tempo consueto un Confessore straordinario per tutta la Comunità. » Addebat insuper pro certo haberi confessarios ordinarios tam dicti Asceterii, quam aliorum in Tridentina civitate existentium excipere posse confessiones quarumlibet foeminarum in Conservatoriis cohabitantium, et etiam dumtaxat hospitantium, licet hospitantes sint Religiosae aliis regulis subiectae. Hisce praemissis S. Congregationem enixe deprecabatur, ut sequentia dubia solvere dignaretur.

DUBIA

1. An abstrahendo a facultatibus Confessariis huiusmodi Conservatoriis deputatis forte concessis, iurisdictio illorum extendatur ad quascumque foeminas licet solius Confessionis causa ad Conservatorii confessionale accedentes, vel an restringatur ad solas foeminas in Conservatorio commorantes et ad hospites?

2. An horum Confessariorum iurisdictio in foeminas Conservatorio, pro quo illi sunt destinati, adscriptas valeat, dum illae eis confitentur extra Conservatorium?

3. An confessarii Conservatoriorum, et Monasteriorum singulis trienniis mutandi sint, etsi foeminae in Conservatoriis degentes cum non sint stabilitate loci impeditae, identitem praesertim sorores Charitatis hospitalibus inservientes passim de una domo et loco in alium loco, et domum transferatur?

In Congregatione generali diei 29 Ianuarii 1847 referente Eño Polidori ad proposita dubia Emi Patres rescripserunt.

Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. Affirmative dummodo Conservatorio remaneant adscriptae.

Ad 3. Affirmative, et S. Congregatio concedit actuali Episcopo facultatem confirmandi confessarium semel, aut bis tantum pro sua prudentia, servatis tamen servandis.

Ianuarii 1847.

AESINA

Super facultate testandi de Sacris Utensilibus quae Emis PP. Cardinalibus Episcopis seu Abbatibus conceditur et super rebus quae inter sacra utensilia recensenda sint iuxta Constitutiones S. Pii V. quoad Episcopos et Urbani VIII. relative ad Cardinales.

Hac super re actum est in Congregatione generali diei 9 Augusti 1844, et resolutiones approbatae fuerunt a SSmo D. N. Pio PP. IX in audientia habita die 11 Septembris 1846. Hinc sequentes litterae Apostolicae in forma Brevis expeditae fuerunt.

PIUS PP. IX.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quum illud plurimi referat, ut in Apostolicis concessionibus nullus detur dubitationi locus, quae animos torqueat, ac controversias excitet, idcirco si quam existere ambiguitatem noverimus, ad eam avertendam curas nostras libenter intendimus. Iam vero praeter indultum testandi de propriis bonis, quod Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sancta haec Sedes tribuere solet per Apostolicas Litteras in forma Brevis incipientes – *De benignitate Sedis Apostolicae* – iisdem per alias similes Litteras in forma Brevis, quarum initium – *Cum fel. rec. Urbanus VIII.* – facultas conceditur disponendi de sacris utensilibus favore alicuius Ecclesiae, seu Cappellae, vel Loci Pii, non obstante Constitutione Urbani VIII. – *Aequum est* – edita die 24 Iulii anno 1642, qua sacra Cardinalium utensilia Pontificio Sacrario attribuuntur. Verum quum in memorato postremo Brevi, etiam quando agitur de Cardinalibus Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus ex quodam invecto usu addi consueverit clausula « *Salvaque in praemissis quoad Ecclesias Cathedrales, Metropolitanas,* » *aut Patriarchales, quibus praefueris, seu quas alias ex concessione vel* » *dispensatione Apostolica in titulum, administrationem, seu Commendam* » *obtinueris, dispositione Constitutionis fel. rec. Pii PP. V. anno 1567* » *tertio Kalendas Septembris anno secundo* » saepe saepius dubia exorta sint circa interpretationem et vim huiusmodi reservationis, eo vel magis quod in superius memorato Brevi – *De benignitate Sedis Apostolicae* – praefatae S. Pii V. Constitutioni in ea parte, quae sacra utensilia respicit, aperte derogetur. Si namque Romani Pontifices Cardinalibus quoque Archiepiscopis, Episcopis, et Abbatibus privilegium disponendi de Sacris utensi-

libus concedere solent, illud frustraneum et illusorium foret, quatenus adiecta clausula eam vim haberet, quam verba praeseferunt. His quoque accedebat quod nonnulli Sacrorum Canonum Interpretes doceant, Cardinales utpote qui in memorata S. Pii V. Constitutione speciatim nominati non sint, ea lege minime teneri, etsi alii contrariam sententiam tueantur. Quae cum ita essent Ven. Frater Noster Petrus Cardinalis Ostini nunc Episcopus Albanensis, qui tunc temporis Episcopalem Ecclesiam Aesinam regebat, enixe postulavit a fel. rec. Gregorio XVI. Praedecessore Nostro, ut rem certo definiret, atque expresse declararet, an Cardinales Episcopi, seu Abbates *Nullius* in Apostolicis memoratis Literis S. Pii V. Praedecessoris Nostri comprehendantur, ac statueret, quaenam Sacra ornamenta, et supellectiles, et utensilia S. R. E. Cardinalium ad Sacrarium Pontificium ex memorata Constitutione Urbani VIII., et quaenam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum *Nullius*, sive Cardinalitia dignitate fulgeant, sive illa careant, ad Ecclesias Cathedrales ex superius citata Sancti Pii V. Constitutione revera spectent, et quomodo facienda sit divisio sacrarum supellectilium, et utensilium, quando Episcopus sive successive, sive simultanee plures Ecclesias gubernaverit. Nos igitur, qui in memorati Decessoris Nostri bo. me. Gregorii XVI. locum, licet immerentes, suffecti sumus ad praecidendas omnes hac super re dubitationis ac controversiae causas, de consilio VV. FF. Nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositorum, haec, quae sequuntur, Auctoritate Nostra Apostolica decernimus, et mandamus. 1. Cardinales Episcopos teneri quoad Sacra utensilia lege lata in Constitutione S. Pii V. incipiente – *Romani Pontifices*, – exceptis tamen Cardinalibus Episcopis Suburbicariis, nec non exceptis pariter Cardinalibus Abbatibus *Nullius*, qui in Romana Curia morantur, quorum Sacra utensilia, attenta citata Constitutione – *Aequum est* – Urbani VIII. Praedecessoris Nostri, ad Pontificium Sacrarium spectabunt. 2. Firmis remanentibus Clausulis derogatoriis Constitutioni S. Pii V. cuius initium – *Romani Pontificis Providentia*, – in Litteris in forma Brevis incipientibus – *De benignitate Sedis Apostolicae* – apponi solitis, in altero Brevi quod incipit – *Cum fel. rec. Urbanus VIII.* – auferatur Clausula, qua salva edicitur eadem Piana Constitutio, eiusque loco substituantur ea, quae sequuntur « *Quod si Ecclesiis Abbatialibus, Cathedralibus, Metropo-* » *litanis, Patriarchalibus praefueris, seu quas alias ex concessione et di-* » *spensatione Apostolica in titulum, Administrationem, seu Commendam* » *obtinueris, Te vehementer hortamur, prout iam Benedictus XIV. Prae-* » *decessor Noster in sua Constitutione incipiente* – Inter Arduas – *Car-* » *dinales hortabatur, ut in praedictis rebus disponendis eas Ecclesias prae* » *oculis habeas, ceterisque praeferas.* » Quae vero hoc in articulo prae-

scripsimus ea ad singulos Cardinales extendimus, qui ante praesentium Litterarum publicationem enunciatam testandi ac disponendi facultatem obtinuerunt, perinde ac si in respectivis Indultis expressa essent. 3. Sacra utensilia quae vigore Constitutionis S. Pii V. incipientis – *Romani Pontificis* – Ecclesiis Cathedralibus debentur, haec esse edicimus: Mitras scilicet, Planetas, Pluvialia, Tunicellas, Dalmaticas, Sandalia, Chirothecas, Albas cum cingulis, lineos Amictus, et his similia; item Missalia, Gradualia, Libros Cantus Firmi et Musicae, Libros Pontificales, alterum cui titulus Canon Missae; item Calices, Patenas, Pixides, Ostensoria, Thuribula, Vas aquae benedictae cum Aspersorio, Pelvim cum Urceo, Vasa Sacrorum Oleorum, et urceolos una cum pelvibus, et tintinnabulo, Palmatorias, Icones pacis, Cruces Archiepiscopales, Candelabra cum Cruce pro Altaris usu, Baculum Pastoralem, Faldistorium, aliasque res sacras sive paramenta, sive ornamenta, sive vasa, si quae sunt etiam ex eorum natura usui profano congrua; dummodo non per accidens, sed permanenter Divino Cultui, sacrisque functionibus fuerint destinata; exceptis annulis et Crucibus pectoralibus etiam cum Sacris reliquiis, et iis omnibus utensilibus cuiusvis generis, quae legitime probentur ab Episcopis defunctis comparata fuisse bonis ad Ecclesiam non pertinentibus, neque constet Ecclesiae fuisse donata. Volumus propterea teneri, ac debere Episcopos conficere in forma authentica Inventarium Sacrorum utensilium, in quo pro rei veritate exprimant quando acquisita fuerint, et speciali nota describant, quae ex Ecclesiae reditibus ac proventibus sibi compararunt, ne alias praesumi debeat ea omnia reditibus Ecclesiae comparata fuisse. Quod vero pertinet ad utensilia Sacra S. R. E. Cardinalium ad Sacrarium Sacelli Summi Pontificis spectantia, nullam haberi volumus rationem qualitatis et naturae redituum, quibus comparata fuerint, et praeter ea quae in constitutione Urbani VIII. incipiente « *Aequum est* » in specie enumerata sunt, alia verbis generalibus tantum expressa intelligi volumus, Sandalia, Chirothecas, Lineos Amictus, Albas cum Cingulis, item Pixides, Ostensoria, Vas aquae benedictae cum aspersorio, vasa Sacrorum Oleorum, et urceolos cum pelvibus, ac tintinnabulo, tandem Baculum Pastoralem, Faldistorium, Palmatorias, Icones pacis, Thuribulum, et his similia, exceptis Annulis, et Crucibus pectoralibus, etiam cum Sacris Reliquiis. 4. Quando Episcopus duas, vel plures Ecclesias successive rexerit, sacra utensilia dividi volumus proportionaliter inter Ecclesias Cathedrales, habita ratione fructuum ac temporis iuxta Constitutionem S. Pii V. incipientem « *Romani Pontificis.* » 5. Ubi vero aliquis Episcopus simul praefuerit duabus, vel pluribus Ecclesiis unitis, vel in perpetuam administrationem concessis, quae habeant Capitulum et Cathedralem Ecclesiam propriam, ac distinctam, Sacrorum utensilium divisionem faciendam esse

edicimus aequis partibus singulis Ecclesiis Cathedralibus, quatenus earumdem Ecclesiarum unitarum, seu in perpetuam administrationem concessarum reditus non sint divisi, sed unam Episcopalem Mensam perpetuo constituant; si vero reditus divisi fuerint, ac separati, divisionem fieri volumus singulis Ecclesiis Cathedralibus proportionaliter ratione fructuum. 6. Quod si constet, Episcopum, qui per translationem duabus Ecclesiis successive praefuerit, comparasse sibi omnia Sacra utensilia reditibus tantum unius Ecclesiae, nulli divisioni locum erit, sed eadem Sacra utensilia ad Ecclesiam Cathedralem tantum spectabunt illius Dioecesis, ex cuius Episcopalis Mensae proventibus fuerint acquisita. Haec volumus et mandamus, decernentes has litteras firmas, validas, atque efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, eisque ad quos spectant, seu spectabunt, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, et extraordinarios iudicari, ac definiri debere, irritumque et inane quidquid secus super his a quonam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit, attentari. Non obstantibus, si opus fuerit, Nostra, et Cancelleriae Apostolicae regula de ure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, atque in Universalibus, provincialibusque, et synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ceterisque etiam speciali, et individua mentione, ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die I. Iunii MDCCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

ALOISIUS CARD. LAMBRUSCHINI
A Brevibus Apostolicis.

DECRETUM

Subsidia Dotalia pro monialibus relicta conferri possunt etiam monialibus votorum simplicium.

SSmus D. N. Pius PP. IX. prospicere cupiens Institutis monialium votorum simplicium quae in dies ubique augentur, huius generalis decreti tenore benigne indulget ut moniales votorum simplicium dotalia subsidia pro monialibus relicta servatis tamen aliis de iure, ac ex praescripto Testatorum servandis assequi possint et valeant, dummodo earum instituta ab Apostolica Sede sint approbata, vota simplicia perpetua emittant, nec Testatores expresse edicant subsidia dotalia concedenda dumtaxat esse Monachandis in Monasteriis, in quibus solemnia vota emittuntur. Contrariis quibuscumque non obstantibus. – Datum Romae ex S. C. Episcoporum et Regularium die 12 Novembris 1847.

SICULA VISITATIONIS EPISCOPIS A S. SEDE COMMISSAE.

Illmo e Rmo Signore

A causa delle gravi vicende, alle quali per colpa dei tristi la Sicilia è andata soggetta, hanno ancora molto sofferto le Religiose Famiglie, per cui sarebbe inopportuno ammettere nuovi Postulanti all'abito, ed i Novizi alla Professione nello stato presente delle medesime.

Tali riflessi esposti da persone autorevoli alla Santità di Nostro Signore Pio PP. IX. l'hanno indotta ad emanare le seguenti provvisorie disposizioni nella ferma speranza, che i Superiori insieme con i proprii Religiosi adopereranno ogni cura a ristabilire le loro Case, e specialmente quelle di Noviziato in modo, che vi fiorisca la regolare disciplina, ed i fedeli ne ricevano sempre più esempi di virtù, e di edificazione, e vi si acquisti dagli alunni il vero spirito religioso voluto dai SS. Fondatori, siccome è stato già insinuato nella Enciclica del S. Padre emanata nel 1847 per i Regolari, e nelle successive istruzioni diramate sotto il giorno 3 Agosto dello stesso anno con Circolari della S. Congregazione sopra lo Stato dei Regolari.

Sua Santità pertanto sospende per la Sicilia ad un biennio sotto pena di nullità l'ammissione dei Postulanti all'abito pel noviziato, e dei Novizi alle Professione in tutte le Case, Conventi, e Monasteri di uomini di qualunque siasi Ordine, Congregazione, Società, Istituto anche di voti semplici, sebbene degno di speciale, ed individua menzione, eccettuando soltanto i Novizi dell'età di anni venti compiti, i quali prima di questa circolare abbiano terminato il loro Noviziato.

Il S. Padre commette a V. S. Illña, e Rña di comunicare la prepresente disposizione ai Superiori di tutte le case esistenti in codesta sua Diocesi, ordinando loro sotto precetto di santa obedienza, e sotto pena di privazione di voce attiva, e passiva da incorrersi *ipso facto* di renderne consapevoli le loro rispettive comunità. Vuole inoltre Sua Santità, che V. S. Illña intanto prenda le più esatte informazioni sullo stato di tutti i Regolari degl' Istituti di sopra indicati della sua Diocesi, e specialmente sulla condotta degl' individui, sulle qualità dei Superiori, e dei Maestri dei Novizi, e circa il materiale, ed il formale dei noviziati, dandole speciali facoltà in questa circostanza soltanto per accedere ai Conventi, fare l'ascolto anche segreto dei Religiosi, ingiungendo loro col precetto di santa obbedienza di dire la verità circa gli abusi esistenti. Quindi Ella si compiacerà trasmetterne la relazione alla S. Congregazione sopra lo Stato dei Regolari accennando in pari tempo i provvedimenti, che crederà potersi prendere a bene, ed utilità degl' istituti medesimi.

Confida Sua Santità, che V. S. Illma nello zelo, che la distingue eseguirà con ogni cura, ed attività le accennate pontificie disposizioni, alle quali la Santità Sua si è indotta nell' interesse degl' Ordini Religiosi.

Ed io nell'eseguire i comandi del S. Padre con sensi di distinta stima le bacio di vero cuore le mani.

Di V. S. Illma, e Rma

Portici presso Napoli 15 Novembre 1849.

AUGUSTANA

Iurispatronatus.

Extat in oppido Konighawsen, Augustanae Dioecesis, Bavaricae Ditionis, Ecclesia parochialis, cuius reale iuspatronatus inest praedio nuncupato Kirchheim; cuius ultimo possessore defuncto, orta fuerat quaestio inter duos eiusdem cognatos, utri eorum praedii proprietas ac possessio competeret. Fervente lite institutus fuerat sequester ad custodiendam et administrandam universitatem bonorum ad praedictum praedium Kirchheim pertinentium. Interea temporis parochia suo rectore viduata est; itaque praedii sequester ius parochum praesentandi praedio adnexum ab se, uti sequestro, exercendum esse arbitratus, Augustano Episcopo parochum a se nominatum praesentare non dubitavit. E contra Augustanus Episcopus animadvertens disceptationem litis super iure praedii secum rapere litem super iure patronatus, cum tamdiu patronus ignorari deberet, quamdiu praedii dominus ignoraretur, authumabat in huiusmodi causa locum habere sanctionem Cap. 12 *De iur. patr.*, cuius verba sunt « *Si vero ordinatio alicuius Ecclesiae ad tuam institutionem spectat, et pro controversia laicorum de iure patronatus inter se disceptantium prorogatur, fas tibi sit appellatione remota in eadem personam idoneam instituere, ita quod repraesentetur ab eo, qui ius evicerit iuspatronatus* » cui concinnat Cap. 3, 22, 27 eiusdem tituli.

Instabat e contrario sequester ea praesertim de ratione, quod ex nuperrima quadam Iuris Canonici editione allatum caput verbusculum *malitiose* additum sit ita ut legatur « *disceptantium malitiose prorogatur.* » Iamvero nulli malitiae prorsus ea disceptatio vel causam vel ansam dabat. Respondebat Episcopus nuperrimam illam editionem ad normam editionis Bohemeri, viri acatholici, redactam esse; voculam illam *malitiose* non inveniri in catholicorum editionibus; demum eius lectionis sensum aliis capitibus, quae super allegata sunt, nec non Doctorum interpretationi omnino adversari. Nihilominus ut rectius ac tutius in re ancipiti procederet, lau-

dabili ductus obsequio Apostolicam Sedem per hanc S. C. sciscitatus est, an sequestro ius praesentandi ad parochiam competeret, seu potius, lite de vero praedii domino, proindeque de parochiae patrono intra quadrimestre nondum definita, libera ordinario parrochiae conferenda facultas facta fuisset.

Haec S. C. antequam sententiam suam hac super re pronunciaret, suffragium unius ex Consultoribus suis exquiri mandavit. Consultor itaque statuebat in primis spurium omnino reputandum esse additamentum illud *malitiose*. Non solum enim hoc verbusculum desiderabatur in plerisque probatioribus editionibus quas ipsemet consuluerat, sed etiam suam sententiam confirmabat ex testimonio R. P. Theiner ab Oratorio. Hic enim testabatur eam vocem omnino deesse in collectione, quam curavit Bernardus Episcopus Papiensis demortuus an. 1213, quaque usus est S. Raymundus a Pennafort in Gregorii IX codice concinnando (Vid. Ant. Aug. Rerdae 1576 fol. pag. 54) item deesse in codice manuscripto Vallicellano, ac tandem in editione facta in aedibus populi Romani anni 1552 fol. 1325 in qua Romani correctores Bernardi Papiensis collectioni inhaerentes nullam de ea voculà animadversionem addiderunt, et caeteroquin, nemini ignoratum est quantam diligentiam secuti fuerint, cum ea editio unice authentica sit ex auctoritate S. M. Gregorii XIII.

Subinde perpendebat in veteri canonici iuris prudentia inductum uisse, ut lite de patronatu pendente clauderetur Ecclesia; quae ratio cum in damnum vergeret animarum, ab Alexandro III. statutum fuit, ut interea temporis ab Ordinario idoneae personae beneficium conferretur; dummodo nempe aliquis ex litigantibus sive de patronatu laicali, sive ecclesiastico ageretur, in iuris patronatus possessione non versaretur, vel interim possessionem adeptus non fuisset.

Haec in iure certa sunt (pergebat ille) adeoque in causa, de qua agebatur, nullus e litigantibus ius patronatus arrogare sibi poterat. Dubitatio itaque in eo sita erat, an hoc ius per praedii administrationem seu sequestrum posset exerceri. Quamvis autem, si mentis suae iudicio adhaerere debuisset, in sententia sequestro adversa se esse declararet, attamen monebat Doctorum auctoritatibus ita se premi ut invitus quodammodo sequestro suffragari cogeretur. Porro neque in Thesauro Resolutionum S. C. Concilii, neque in celebrioribus S. Rotae Romanae collectionibus nihil hac de quaestione definitum, nihil iudicatum adinvenire datum fuerat. Sed rerum canonicarum tractatores nobilioris notae luculentissime doctrinam sequestro propitiam communiter sequuntur.

Primo itaque afferebat, clarissimum Bavariae Lumen, P. Anacletum Reinfestuel, qui *lib. 3. Iur. Can. Tit. 28. §. III. n. 46, et §. 11. n. 32.* ea iuris principia statuit, ex quibus necessario sequitur praedii sequestro

ius competere debere patronatus exercendi. Secundo loco allegabat Garziau *De Ben. P. V. Cap.... N. I. et seq.* qui inducit Ioannem Andream Lertantem, quod in praxi haec doctrina frequentissime recipiatur, et ipse plures beneficiatus a sequestro nominatos, et vidisset et agnovisset. Tertius sequebatur Lotterius *(De Re Benef. L. 2. qu. 14 n. 16)*, qui narrat., in hanc sententiam *sese scribente a S. Rota Romana decisum fuisse in una Mediolanen. Iurisp. 20 Feb. 1602 coram Iusto.* Ultimus aderat Rigantius *ad Reg. Canc. Reg. II. n. 311 ad 320*, qui licet hanc quaestionem ex professo non pertractet, nihilominus disertissime allatorum doctorum sententiae subscribit. Ratio vero, qua totus Doctorum coetus nititur, in eo sita est, quod ius praesentandi annumeretur inter fructus quos sequester et administrator colligit percipitque. Quibus delibatis consultor idem Episcopo Augustano consilium praebendum esse censebat « *ut sine strepitu iudicii rem componere studeret amice et cum dignitate.* »

Itaque in comitiis habitis die 31 Maii 1850 dubium propositum fuit.

An et quomodo competere possit sequestro, de quo agitur ius praesentandi ad vacantem Parochiam, pendente adhuc lite, aut an, tempore utili decursu, neque adhuc definito, quinam sit verus patronus, ius nominandi intelligi debeat devolutum ad Ordinarium in casu?

Emi Patres rescribendum censuere.

Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

SPOLETANA

Montis Frumentarii.

Municeps oppidi *Montefalco* moderator, Spoletanae Dioecesis, supplex huic S. C. enarravit, in eodem loco Montem Frumentarium extare, ab Onuphrio De Cuppis anno 1660 institutum. Oeconomicae administrationis ratio ibidem recepta quibusdam legibus ad normam testamentariae dispositionis exactis innitebatur; quas inter eae mentione dignae sunt, quae loci pii Praesidentiam Municipio per eum, qui a secretis erat tribuebant, atque eae quae praescribebant, Montis administratoribus ut postquam ab administratione abiissent, coram duobus deputatis a scriba municipali et Vicario Foraneo eligendis, et coram duarum regularium domorum praesidibus rationem redderent. Huiusmodi leges anno 1818 ab Ordinario approbatae fuerant. Subinde confirmationem acceperant ab Emo Praefecto Boni Regimis, ac tandem anno 1829 sacrae visitationis occasione meruerant, ut ab Archiepiscopo in observantiam revocarentur.

At vero anno 1835 Archiepiscopus Summi Pontificis Successor nova Statuta subrogaverat, in quibus inter alia contra fundationis tabulas adeo-

que et adversus memoratas leges nullum Municipii praesidentiae locum reliquerat, ac deinde Administratoribus, rationum reddendarum potestatem fecerat coram Vicario Foraneo aliisque personis, iis exclusis vel neglectis, qui, ut huic praessent muneri a Fundatore vocati fuerant. Ex quo factum fuerat ut Montis Administratores neque iuxta priores leges, nec iuxta noviter suffecta statuta rationem de sua administratione rederent, atque insuper frumenti, quam debebant, copiam, non sine magno loci pii detrimento, restituere adhuc omitterent. Itaque idem Municipii Praeses exorabat, ut statutis anni 1835 abrogatis, Montis administratores prioribus anni 1818 legibus parere adigerentur.

Spoletanus Archiepiscopus praedicta incommoda veritate niti confirmabat, sentiebatque pii instituti administrationem Municipio libere reliquendam esse, salvo meliori Eñorum Patrum iudicio. Tota itaque res in horum consultationem deducta in plenario conventu diei 31 Maii 1850 subiecto dubio « *An et quomodo admittendae sint preces huic S. C. oblatae a Moderatore Municipii loci Montefalco in casu?* « Rescriptum prodiit » *Affirmative, salvis iuribus Ordinarii ad formam Sacrorum canonum et legem fundationis.*

SPOLETANA

Expensarum litis.

Stephanus Bocchini Parrochus Ecclesiae S. Laurentii oppidi *Mogliano* in Spoletana Dioecesi, ut administrator Fabricae istius parochialis Ecclesiae ab Hyacintho Sbarretti apud iudicem Spoletanae Curiae in ius vocatus fuerat ea de causa, ne fundi cuiusdam ad Paroeciae Fabricam pertinentis frustulum (quod duorum vel trium scutorum pretio aestimatum fuerat) culturae subiiceret, utpote muniendae interfluentis rivuli ripae necessarium. Cumque iudex illa sua interlocutoria sententia periti iudicialis accessum imperasset, Parochus ab hac sententia apud Tribunal A. C. appellationem interiecerat, simulque inibi professus fuerat, sese non proprio nomine, sed uti pii operis administratorem in iudicium venire. At enim vero Spoletanus Antistes eidem denunciaverat, ut si eam litem suis expensis sustinere vellet, suo uteretur arbitrio, sin vero nomine Fabricae, uti professus fuerat, idem Spoletanus Antistes suum nullo pacto praebebat assensum. Nihilominus parochus, nullo huiusce Episcopi denunciationis habito respectu, *a suo capriccio,* uti Fabricae administrator in iudicio stare obstinate perstitit.

Interim Sbarrettus iudicem A. C. uti incompetentem in ea causa propugnans, rem ad Signaturae Tribunal detulit, ab eoque petiit obti-

nuitque, ut acta, quae locum iam habuerant rescinderentur, et Parochus ad expensarum, quae scutata 103 93 taxatae fuerant, damnaretur. Spoletanae Curiae Iudex, cui Signaturae sententia exequenda commissa fuerat, non dubitavit suo decreto mandare, ut praedictus Fabricae fundus praeconis voci totus subiiceretur. Auctione instituta venditus est pretio scutatorum 60, licet in censualibus tabulis scutata 13 fuisset aextimatus.

Post haec homines, paroeciae S. Laurentii subditi, supplicem S. Cong. Ep. et Reg. libellum obtulerunt exorantes ut licitationis acta nulla declararentur et Fabricae in fundi possessionem restitueretur.

Auditis de more partibus, acceptoque Archiepiscopi Spoletani voto, supplex libellus generalium comitiorum S. C. iudicio propositus fuit. Duo erant quaestionis capita iuxta dubiorum formulam, quae heic in calce praescribitur.

Primum in quo agebatur, cuinam expensarum solutio incumberet, Parocho videlicet an Fabricae, parum negotii exhibebat. Quandoquidem licet idem Parochus non suam, sed Fabricae causam uti merus administrator suscepisset, et e vestibulo sese cum hac persona in iudicio stare declarasset, nihilominus facillimum erat, intelligere, culpae ipsius detrimentum a pio opere perpessum imputandum esse, quippe qui pro levissimo duorum vel trium scutatorum fundi frustulo cum apertissimo, quod gravissimum erat, Archiepiscopi dissensu causam substinere obstinate perstitisset.

Alterum vero, videlicet an licitationis venditionisque acta substinerentur, nonnihil difficultatis praeseferebat, quia, cum fundus esset de sui natura ecclesiasticus, sine auctoritate Ecclesiastica detrahi non poterat. Sive enim fundus auctione distractus modici valoris considerari debuisset, sive magni, in hoc secundo casu necessarium erat beneplacitum Apostolicum, in primo, licet Archiepiscopi venia suffecisset, ea tamen necessaria prorsus videbatur. Etenim tametsi communiter recepta sit theorica Butrii, qua statuitur apostolicum beneplacitum in iis alienationibus minime requiri, quae fiunt ex necessitate, eo quod ius ipsum eas fieri praecipiat Fagnan. ad Caput *Nulli De Reb. Ecc. non alien. n. 27,* attamen eamdem doctrinam minime applicari posse cum de fundo Ecclesiastico vi iudicialis executionis praeconis voci subiecto agitur a S. Rota *in Amerina Decis. 261 coram Roxas aut Royas* proclamatum est teste tum Adv. Ursaia *Disc. 25. n. 155. tom. 2. p. 2.* tum Card. Petra *ad Cons. S. Leonis M. Sect. 5. n. 66. et seq. tom. 1.* Porro narrat uterque triplici sententia aliter, ac dictum hic est, iudicatum antea iam fuisse. Cum tamen S. M. Clemens X. nollet *idem iudicatum transire in exemplum per totum orbem* causam novae cognitioni subiici mandavit, unde ea, de qua locuti sumus revocatoria sententia prodiit quae in rem iudicatam abivit.

Hanc eamdem disciplinam teneri in S. C. Conc. colligitur ex *Ro-*

mana 1. Martii 1692 lib. 42. Dec. pag. 110, nec non penes hanc ipsam Cong. Ep. et Reg. ex causa proposita *die 24 April. 1648* ceu testis est Nicolius *Flosc. v. Subhastatio.* Tandem hanc ipsam doctrinam recentissime secutum fuerat A. C. Tribunal in tertio iurisdictionis gradu sententiam proferens die 7. Iulii 1839; cum enim Annunciata Pellegrini Ferentinae Dioecesis, iudiciale mandatum a Signaturae Tribunali contra Capituli Terrae Patricae bona impetrasset, propter defectum beneplaciti Apostolici definivit A. C. Iudex eadem Capituti bona snbhastari nequaquam posse.

Cum itaque tria, quae sequuntur dubia in plenario S. Congregationis auditorio diei 29 Novembris 1850 proposita fuisset videlicet

An expensae liquidatae, et ad causam pertinentes sufferri debeant ab opere pio S. Laurentii loci Mogliano quod a Parocho Bocchini repraesentabatur, an potius gravare debeant ipsum Parochum Bocchini in casu?

An substineantur acta auctionis ac successivae deliberationis super fundo loci pii S. Laurentii in reintegrationem expensarum litis sit beneplacito Apostolico factarum in casu.

Et quatenus negative

Quomodo reintegrandus sit Hyacinthus Sbarretti circa expensas in lite factas et liquidatas in casu?

Emi Patres die dicta rescripserunt

Ad primum negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad secundam negative.

Ad tertium provisum in primo.

S. HYPPOLITI

Collationis Ordinum.

In Dioecesi S. Hyppoliti a regulari Abbate qui fruebatur privilegio conferendi primam tonsuram et minores ordines suis subditis regularibus, Collati sunt Ordines Minores Clericis eidem Abbati non subditis, auctorante tamen Episcopo dioecesano. Cum id compererit modernus Episcopus praefatae dioecesis, expostulavit per Nuntium Apostolicum Vindobonae constitutum instructionem super praemissis, ut tuto agere possit, tam relate ad Abbatem ordinantem, quam quoad Clericos ordinatos; prout sequitur.

Il Novello Vescóvo di S. Ippolito nell'Austria inferiore nell'assumere il pastorale governo di quella Diocesi vi trovò vari inconvenienti, tra quali eravi quello che qualche Abbate Regolare aveva conferito la prima Tonsura, e gli Ordini Minori ad alcuni individui non suoi sudditi, autorizzato a ciò dal suo antecessore Ordinario di quelli, su di

che avendone consultato Monsig. Nunzio Apost. di Vienna, questi dopo avergli fatto osservare ch'era chiaro quanto in proposito aveva disposto il S. Conc. di Trento (Sess. 23 de Ref. Cap. 10) espose il caso alla S. Sede e dall'Emo Segretario di Stato fu il tutto partecipato alla S. Congr. dei VV. e RR. perchè esaminato l'affare desse la risoluzione opportuna.

Et S. Congregatio Emorum cui preces re missae sunt rescribendum censuit prout rescripsit. – Episcopus se gerat iuxta declarationem Urbani VIII diei 17 Ianuarii 1642 et doctrinam traditam a Benedicto XIV de *Synodo Dioecesana* lib. 2 cap. 9 §. 13 sequentis tenoris.

Declaratio Urbani VIII.

Abbates Regulares Benedictinos. . . habentes etiam iura Episcopalia. . . ac facultatem primam Tonsuram et minores ordines conferendi non posse dictam tonsuram vel Min. Ordin. nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis et Ord., vel Instituti etiamsi habeant litteras dimissorias superiorum suorum Regularium, et consensum Ordinariorum intra quorum Dioecesum fines ipsi Regulares ordinandi existunt, et multo minus personis saecularibus etiam habentibus litteras dimissorias a suis Ordinariis ac propterea inhibet Archiepiscopis, Episcopis et aliis Praelatis inferioribus tam Saecularibus quam Regularibus, ut in futurum concedere non audeant supradictas litteras dimissorias huiusmodi Abbat. directas, nec ab istis recipi. Quod si secus fiat tam concedentes, quam ordinantes a Collatione ordinum suspensi remaneant.

Doctrina tradita a Bened. XIV. – Aut Abbas nullo fruitur privilegio conferendi primam Tonsuram et Minores Ordines, aut privilegio potitur illos conferendi certo personarum generi.

Si primum nec licite, nec valide potest quemquam ad primam Tonsuram et Minores Ordines promovere.

Si alterum illicite profecto, attamen valide primam Tonsuram, Minoresque Ordines etiam aliis confert, qui ceteroquin inter personas non numerantur in privilegio designatas.

Et facta de praemissis rel. SS. D. N. Pio PP. IX in Aud. habita die 20 Aug. 1852 ab infrascripto D. Pro-Secretario S. Congreg. Sanctitas Sua instructionem S. Cong. probavit, et insuper tam Abbatem ordinantem, quam Clericos ordinatos ab omnibus censuris, et poenis Ecclesiasticis ob exposita et expositorum occasione quomodolibet incursis et contractis absolvit ac respective dispensavit eisque rehabilitationem etc. impertita est. In posterum vero declarationem Urbani VIII servari mandavit.

A. Bizzarri Pro-Secret.

ROMANA

De Confessariis religiosorum extra claustra.

DUBBIO

Se i religiosi secolarizzati ad tempus si debbano confessare dai religiosi approvati soltanto nel proprio Ordine, o da altri approvati dall' Ordinario del luogo?

SSmus in audientia habita die 27 Augusti 1852 sequens Responsum ad propositum dubium approbavit.

Regulares etiam ad tempus saecularizatos debere exomologesim suam facere penes confessarios approbatos ab Ordinario loci, a quibus in actu sacramentalis confessionis absolvi poterunt etiam a censuris et casibus reservatis in Ordine, si in dioecesi reservata minime sint.

DE CONFESSARIIS MONIALIUM EXTRA CLAUSTRA

DUBBIO

Alle volte le Monache o per motivo di salute o per altra causa ottengono il permesso di uscire a breve tempo dal loro Monastero, *retento habitu:* si domanda se possono in tale circostanza confessarsi dai confessori approvati dall'Ordinario *pro utroque sexu*, sebbene non siano approvati *pro Monialibus*.

SSmus in Audientia habita die 27 Augusti 1852.

Mandavit rescribi:

Affirmative durante mora extra Monasterium.

MASSILIEN.

Super approbatione Instituti, et Constitutionum S. Petri ad vincula.

DECRETUM

Rev. Presbyter Fissiaux anno 1839, annuente Rmo Episcopo Massiliensi, novum erexit Institutum sub titulo Sancti Petri ad vincula, cuius alumni eo tendere debent, ut sedulo diligenterque incumbant in propriam et proximorum sanctificationem, qua exercitio consiliorum evangelicorum, qua precibus, et exemplo, qua operibus misericordiae praesertim erga carcere detentos, quos paternis curis prosequi, eosque ad reli-

gionem et bonos mores instituere debent. Idcirco ut Alumni piae Societatis intentum finem efficariori modo consequantur, praeter vota simplicia paupertatis, castitatis, et obedientiae, aliud etiam emittunt inserviendi carcere detentis, eorumque emendationem curandi. Iam vero pia Societas in alias Dioeceses diffusa est, uberesque fructus ex ea promanarunt; summopere enim interest ut carceribus detentis prospiciatur ne consortio malorum hominum inficiantur, in vitiis insordescant, et peiores fiant, sed potius in iis quae ad bonos mores, ad religionem, et ad emendationem spectant cum omni patientia et caritate instituantur.

Quae cum ita essent, memoratus Presbyter Fissiaux commendatus ab Antistitibus locorum, in quibus domus piae societatis erectae reperiuntur, Apostolicam Sedem suplex adiit enixis precibus deprecans ut praefatum Institutum, et Constitutiones iam ab anno 1844 elaboratae, Apostolica Auctoritate comprobarentur. Quas quidem preces SSmus D. N. Pius PP. IX benigne excepit, et attentis litteris testimonialibus Episcoporum, et audito voto S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus EE. et RR. praepositorum, memoratum Institutum a S. Petro ad vincula nuncupatum, uti Congregationem votorum simplicium summopere laudandum, ac etiam approbandum esse statuit, prout praesentis decreti tenore commendat et approbat; dilata tamen ad aliud tempus approbatione Constitutionum, ut experientia comprobentur; quae tamen interim per modum experimenti servari poterunt. Volens autem Sanctitas Sua specialibus favoribus praefatam Congregationem prosequi, infrascriptas indulgentias absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus duraturas, et in forma Ecclesiae consueta consequendas, ac etiam animabus Defunctorum applicabiles, benigne indulget scilicet Indulgentiam plenariam ab alumnis eiusdem Congregationis die vestitionis, professionis, et renovationis votorum die festo S. Petri ad vincula, et in articulo mortis lucrandam: indulgentiam autem septem annorum quoties Carceres detentos visitarint.

Indulgentiam plenariam a Carceribus detentis lucrandam tempore exercitiorum spiritualium die quo ad Sacram Sinaxim accesserint, aliis vero diebus indulgentiam septem annorum.

Qui vero suprascriptas indulgentias plenarias lucrari volunt, necesse est, ut corde contriti, et confessi Eucharisticum panem sumant, et per aliquod temporis spatium devotas ad Deum preces effundant pro haeresum extirpatione, ac Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione. Ili autem, qui in articulo mortis constituti sunt saltem contriti nomen Iesu et Mariae, si ore nequeunt, corde invocare debent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae etc. 27 Septembris 1853.

LUCIONEN.

Super approbatione Instituti et Constitutionum tum praesbyterorum nuncupatorum « Pretres Missionaires de-la Compagnie de Marie » *tum puellarum nuncupatarum* « Filles-de-la-Sagesse. »

DECRETUM

Prope exordium praeteriti saeculi Ven. Servus Dei Aloisius Maria Grignon De Monfort Congregationem Concionatorum sub titulo Societatis Mariae, itemque Congregationem Filiarum Sapientiae nuncupatarum erexit, ut viri sacras expedictiones ad animarum conversionem et sanctificationem susciperent; mulieres vero non solum aegris corpore ministrarent, verum etiam animis prodesse conarentur et eo praesertim contenderent, ut christiana et civili institutione puellarum animos sedulo, diligenterque informent et erudiant. Cum igitur utrumque sodalitium, adiuvante Domino, in dies diffunderetur, uberesque fructus ex eo promanerent, Leo XII sa. me. per Litteras Apostolicas in forma Brevis die xx Maii 1825 publico laudis testimonio prosequutus est. Verum geminam piam Societatem deinceps in dies magis magisque diffusam esse; ac uberiores fructus attulisse, ex plurimorum Antistitum Litteris apparet, qui illam apud Apostolicam Sedem summopere commendarunt, ut Apostolica Auctoritate comprobaretur.

Attentis igitur Antistitum locorum laudis et commendationis litteris, audito voto S. R. E. Cardinalium huius Sacrae Congregationis Negotiis et Consultationibus EE. et RR. praepositae, SSmus D. N. Pius PP. IX utrumque superius enunciatum Institutum tamquam Congregationem votorum simplicium praesentis decreti tenore approbat, atque confirmat. Statuit vero ut ad aliud tempus Constitutionum confirmatio differatur, cum declaratione nihil obstare quominus interim observentur, reformandae tamen iuxta instructionem ab hac Sacra Congregatione exarandam.

Datum etc. 14 Novembris 1853.

CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS

DECRETUM

Cum ob peculiares, gravesque causas decreto huius Sac. Congregationis negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, edito die 6 Septembris nuper elapsi constitutum sit, ut domus Congregationis SSmi Redemptoris in utroque Siciliae regno existentes suum habeant Rectorem Maiorem, qui auctoritatem et iurisdictionem in alias

domos nullo modo exercere possit; et Congregatio Transalpina, donec aliter provideatur, Sanctae Sedi immediate subiecta fuerit, SSmus D. N. Pius PP. IX memoratae Congregationis Transalpinae SSmi Redemptoris speciali cura, et solicitudine Consulendum esse existimavit. Idcirco audito R. P. Rodhulpho Smetana eiusdem Cangregationis vicario generali, is votum suum de erigenda Romae domo Congregationis, de constituenda in hac Alma urbe residentia Superioris generalis, deque celebrando capitulo generali in eadem civitate scripto pandidit. Quae quidem Beatissimus Pater maximae utilitatis instituto fore probe noscens, infrascriptum decretum ab hac S. Congregatione super praemissis edi mandavit.

1. Domus praefatae Congregationis Romae quamprimum constituatur.

2. Superior generalis eiusdem Congregationis in hac Alma Urbe residentiam habeat.

3. Capitulum generale Romae celebretur.

Haec Sanctitas Sua Apostolica Auctoritate statuit, constituit, atque decrevit, et ab omnibus, ad quos spectat, executioni demandari, et servari iussit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis EE. et RR. die 8 Octobris 1853.

AQUINATEN.

Sponsalium.

Cum Episcopus Aquinatensis, sua sententia mense Februarii anni 1853 edita, non constare de impedimento Sponsalium, quod Portia Vinditti contra Marcum Antonium Iadecola iudicialiter obiecerat, adeoque utrosque, actricem nempe ac reum conventum, in libero statu existere edixisset, Portia Vinditti appellationem ab ea sententia interiecit apud Apostolicam Sedem, sed acta ulteriora ad appellationem prosequendam necessaria omnino neglexit. Itaque Iadecola, ope Aquinatensis Episcopi, apud S. C. Episcoporum et Regularium, ad quam appellatio ipsa delata fuerat, acriter institit acta appellationis ita continuari, ut iuxta disciplinam Sacri Ordinis ad causae definitionem deveniri rite posset. S. Congregatio mandatum repetitis vicibus ab Episcopo fieri iussit utrique parti, ut suum quaeque procuratorem eligeret: idque idem peregit Episcopus die 15 Septembris 1853, dato praestitutoque termino viginti dierum.

At ex parte Portiae nihil accepit S. C. praeter supplices preces a quodam Defensore traditas, quibus actorum comunicatio postulabatur. Post haec

idem Defensor numquam amplius neque sese sistitit, neque ullum aliud actum prosequtus est. Ex parte Iadecolae procurator deputatus fuit, qui deputationis autenticum exemplar formiter exhibuit. Interim acta causae eiusdem in Curia Aquinatensi absoluta, ad S. Cong. transmiserat Episcopus, qui praeterea causae definitionem pro bono animae partium contendentium 17 Martii 1854 vehementissime urgebat.

Hoc in rerum statu, cum Portia eiusque Defensor neque legis praescriptionibus, neque S. C. mandato pareret, appellationis acta continuando, Iadecola sub exitum mensis Octobris eiusdem anni penes eamdem S. C. contendere cepit, ut, iudiciali adhibita sententia, appellatio tamquam deserta vel perempta declararetur.

Quapropter S. C. seposita quaestione super causae merito, controversiam expendendam assumpsit super extrinseca exceptione desertae appellationis, proposita dubii formula.

An et quomodo locus sit declarationi, quod appellatio, quam Portia Vindicti interposuit, tamquam deserta vel perempta habenda sit.

Et S. C. in plenario Auditorio diei 17 Martii 1854. Rescripsit.

Affirmative.

HERBIPOLEN.

Dispensationis Votorum simplicium.

Religiosus Provincialis dispensationem concessit super Votis simplicibus emissis a quadam moniali in communitate sub regula quam ipse religiosus profitebatur. Hinc Episcopus expostulavit an dictus Provincialis super Votis simplicibus Monialium de quibus agitur, valide dispensare potuerit?

Facta de praemissis relatione in audientia habita die 9 Iunii 1854 a D. Secretario, SSmus mandavit rescribi non potuisse P. Provincialem dispensare a praefatis votis licet simplicibus in dicto Monasterio emissis, iuxta tradita a Bened. XIV in Bulla – *Convocatis* diei 27 Novembris 1744 §. 32, sed Sanctitas Sua necessarias et opportunas facultates tribuit Episcopo Herbipolensi Oratori dispensandi cum dicta Moniali super praefatis votis, si ita in Domino iudicaverit, et dummodo revera de votis simplicibus agatur.

A. Bizzarri Secret.

MESSANEN.

Restitutionis in integrum et Nullitatis professionis.

DECRETUM

Mense Septembris anni 1855 Fr. Benedictus a Castro, qui in Ordine Minorum Observantium die 24 Iunii 1836 professus fuerat, institit penes Curiam Episcopalem Messanen. ad obtinendam in integrum restitutionem, ut causam nullitatis suae professionis agere possit. Confectis actis die 19 Februarii 1856 nulla habita ratione Brevis « Peculiaribus » a SSmo D. N. Pio PP. IX lati, restitutio in integrum concessa fuit; et deinde eadem Curia, proposita causa super nullitate professionis, adlectaque inter iudices contra praescriptum eiusdem Brevis laica persona, die 27 Septembris 1856 nullam declaravit professionem. Quam decisionem Emus Archiepiscopus Beatissimo Patri ad praescriptum eiusdem Brevis denunciavit pro deputatione iudicis ad prolatae decisionis revisionem habendam. SSmus Dominus in Audientia habita ab infrascripto D. Secretario Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium die 16 Aprilis currentis anni 1858 praevia sanatione sententiae tam super restitutione in integrum, quam super nullitate professionis ob non servatam dispositionem et formam eiusdem Brevis « Peculiaribus » deputavit Archiepiscopum Syracusanum in Iudicem revisionis super nullitate professionis, qui procedere debeat ad formam memorati « Brevis » suppletis, ac etiam, quatenus opus fuerit, renovatis actis processualibus ante prosecutionem revisionis quoad causam nullitatis professionis in his, quae contra praescriptum superius enuciati Brevis omissa sunt. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 24 Aprilis 1858.

A. Arch. Philipp. Secretarius.

Occasione huius decreti tenor praefati Brevis hic subnectitur.

PIUS PP. IX

Ad perpetuam rei memoriam.

Peculiaribus adductus rationibus fel. mem. Benedictus XIII Praedecessor Noster id consilii cepit, ut pro Regno Siciliae ultra Pharum, Constitutionem, quae incipit *Fideli* ederet quoad Iudicem, uti vocant, Monarchiae, eiusque tribunal. Ad universalis Ecclesiae regimen Nos pa-

riter, Deo sic disponente, vocati pro pastorali, qua urgemur, solicitudine, haud praetermisimus ad illam quoque catholici gregis partem mentis aciem, animique curas intendere, ut siquid animarum salus exquireret, illud paternae providentiae studio decerneremus. Quapropter rebus omnibus matura deliberatione perpensis, nedum omnes et singulas canonicas facultates, intra illos tantum limites, qui in memorata constitutione Benedicti XIII Praedecessoris Nostri praefiniti sunt, conservare intendimus, sed vero etiam spirituali fidelium bono, quod potissimum propositum Nobis est, consulere volentes, nec non Carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliae Regi Illustri paternae Nostrae benevolentiae testimonium exhibere, eiusque desideriis obsecundare cupientes, novas favore Siciliae concessiones tribuendas censemus, tum quod spectat ad dispensationes matrimoniales pro personis vera egestate laborantibus, tum quod pertinet ad causas super nullitate religiosae professionis. Quas quidem concessiones ita tribuendas arbitramur, ut regulam simul tradamus, aperteque declaremus omnino tenendam in causis, quae suscipiantur de invaliditate seu matrimonii, seu professionis in religioso aliquo Ordine emissae, et modum pariter indicemus plane servandum ab iis, qui post suspensiones per Ordinarios ex informata conscientia prolatas reclamare velint. Quapropter auctoritate Nostra Apostolica statuimus ac decernimus quae sequuntur. Quamquam in dispensationibus matrimonialibus super impedimentis tertii, et quarti gradus pro personis vere pauperibus a fel. rec. Gregorio XVI Praedecessore Nostro per literas in forma brevis incipientis *Iamdiu* dispensandi facultas extensa sit Iudici Monarchiae etiam in casibus, in quibus impedimentum tertii, et quarti gradus Secundum attingat, attamen in bonum animarum regulam decernere volentes in casibus, in quibus de impedimento agatur tertii et quarti gradus primum attingente, facultatem dicto Iudici facimus, ut in singulis huiusmodi casibus supplex ad S. Sedem confugiat, docendo tum de vera oratorum paupertate, tum de causis canonicis pro facultate assequenda dispensationem in proposito casu concedendi, ac memoratus Iudex in rescripto dispensationis mentionem facere expresse debebit facultatis ab Apostolica Sede obtentae, indicato etiam die, quo huiusmodi facultas sibi concessa sit; si secus fecerit dispensationem super impedimento matrimonii nullius roboris, planeque irritam declaramus. Porro id omnino intellectum volumus, dispensationes huiusmodi nonnisi personis vere pauperibus esse largiendas, nullumque a Regali Gubernio interponendum esse impedimentum, quominus fideles, si hoc voluerint, directe ad S. Sedem supplices confugiant pro huiusmodi dispensationibus assequentis, ac quominus illae, si concessae sint, executioni mandentur; quas quidem gratuito volumus impertiri. Iamvero ad causas quod attinet su-

per nullitate religiosae professionis, non obstante Constitutione Benedicti XIV Praedecessoris Nostri, quae incipit *Si datam*, haec quae sequuntur in causis huius generis observari mandamus. Si quis ultra quinquennium ad tramites Concilii Tridentini computandum, causam instituere velit de restitutione in integrum, supplicare de hac re debebit Apostolicae Sedi. Si vero ex informationibus, quas super re sumendas putabit Summus Pontifex, preces exhibitas iustis innitas argumentis deprehenderit, in singulis casibus in Sicilia unum vel plures eiusdem insulae Episcopos designabit, cui vel quibus preces remittat, ut de huiusmodi causa ad iuris tramites disceptent, ac decisionem edant, decisionemque ab iis latam nulli plane obnoxiam volumus appellationi apud quodcumque tribunal. Si definitum fuerit locum esse restitutioni in integrum, vel si quis infra quinquennii spatium causam intendere velit super nullitate religiosae professionis, causa erit instituenda coram Ordinario loci, ac Superiore regulari, qui Ordinario ipsi uti iudex assidebit. Fas erit Ordinario causam huiusmodi deferre tribunali suo definiendam; quod quidem constabit ex Vicario generali et ex personis ecclesiasticis inter quas iudex assideat Superior regularis, ita tamen ut iudicum numerus dispar sit, et omnibus iisdem competat votum decisivum. Decisio hac ratione per Ordinarium edita seu validam seu nullam declaraverit regularem professionem, novae revisioni erit subiicienda, ut inde duae decisiones conformes existant. Quamobrem Ordinarius ipse decisionem suam Apostolicae Sedi communicabit, ut Summus Pontifex unum vel plures Episcopos, ut supra, designet ad causae revisionem instituendam, adiecta etiam, si opportunum, illi videatur, ad iudicandum regulari persona. Nova haec revisio sive ab uno sive a pluribus Episcopis iuridice erit instituenda. Si secunda decisio a prima discrepet, locum esse volumus tertiae revisioni, ac proinde ab Episcopo, ac si plures fuerint, a digniori inter eos secunda decisio communicanda erit Sanctae Sedi, ut Romanus Pontifex alium vel alios Episcopos, veluti supra statutum est, designet pro instituenda tertia revisione, ac tertia item decisio Sedi Apostolicae, quemadmodum superius fuit iudicatum, erit communicanda. Posteaquam duae decisiones prolatae sint pro nullitate regularis professionis, religiosa persona tamquam nullo obstricta voto egredi ab ordine poterit; quod si post unicam decisionem pro nullitate latam, vel adhuc pendente aut omissa revisione, e claustris exire et religiosum ordinem deserere, vestemque ordini suo propriam exuere sit ausus, in poenas omnes ac censuras incurret, quas sacri canones et Apostolicae Constitutiones contra apostatas comminantur, atque adhuc religiosis votis obstricta censebitur. Iamvero tum in causis restitutionis in integrum, tum in aliis super nullitate regularis professionis, successivisque revisionibus ac singulis illarum

partibus observari omnino volumus, ac mandamus memoratam Constitutionem Benedicti XIV quae incipit *Si datam* in iis tamen articulis seu partibus, quae supradictis nostris concessionibus minime adversentur; quapropter, qui erunt observandi articuli, eos summatim indicandos censemus. 1° Concilii Tridentini decretum *sess. XXV de Regular. cap. 19* etiam moniales comprehendit. 2° Praescriptae formae observandae etiam erunt, quoties Religiosus Ordo de nullitate professionis ab alumno aliquo emissae conqueratur. 3° Quinquennii spatium intra quod expostulationi locus esse potest, computandum erit a die professionis quolibet in casu, quamvis timor per integrum quinquennii intervallum atque etiam ultra perduraverit. 4° Superior regularis, qui cum Ordinario de causa iudicabit, erit moderator, seu superior actu existens religiosae domus seu Coenobii, in quo expostulans religiosa vota professus fuerit; pro monialibus vero, quae regularibus subiiciuntur, erit superior regularis, cui regimen monasterii commissum fuerit. Huiusmodi vero superiores regulares suum in locum sufficere poterunt ecclesiasticam aliam personam ex Clero sive regulari sive saeculari, quae tamen iuris canonici perita sit. 5° Nulli religiosae personae intendere causam fas erit super votorum nullitate, nisi antea constet illam intra claustra degere, ac religiosas iterum induisse vestes, si forte easdem exuerit; ac durante iudicii cursu subdita manebit praepositis regularibus sui Ordinis. 6° Probationes extraiudiciales numquam admittentur; sed vero in forma iuridica erunt acta conficienda, in quibus articuli exhibeantur a persona, quae contra professionis validitatem agit; quaesita autem sive interrogationes proponantur a persona, quae tuetur professionis validitatem. Super exhibitis articulis testes examinandi erunt, nec non super propositis interrogationibus. Acta quae huiusmodi forma careant, in iisque innixa decisio nullitatis vitio laborabunt, haud exclusis vitiis aliis propter quae ad formam iuris irrita esse queant. 7° Sub eadem poena nullitatis ad quaestionem vocandi erunt, atque audiendi patroni seu defensores religiosae domus, seu coenobii, seu monasterii, in quo expostulans vota professus sit, itemque expostulantis propinqui, ac quaelibet alia persona, cui ipse ante professionem bona cesserit, vel donaverit, nec non personae, quae tamquam incussi timoris, vel auctores, vel complices habeantur, si ob metum praesumatur invalida votorum professio, denique omnes erunt in causam vocandi, quibus interesse queat votorum seu professionis validitas. Porro tum in prima quaestione seu causa, tum in sequentibus revisionibus, ab Ordinario ad quem decisio pertinet, vel ab Episcopo seu Episcopis cui, vel quibus revisio commissa est, inter personas probitate, fide, ac iuris canonici scientia praestantes patronus seu defensor religiosae professionis eligetur, prout in causis Matrimonialibus, qui praestito iuramento de officio suo recte ac fide-

liter administrando tum in adeundo atque assumendo eodem officio, tum in singulis quaestionibus, seu causis ad quas debeat accedere, vocandus, atque audiendus erit in omnibus ac singulis actis tum voce tum scripto; itemque sub poena nullitatis citandus erit ad omnes quaestiones seu causas et illarum revisiones, quemadmodum praescriptum est in causis de matrimonio. Quod vero spectat ad huiusmodi defensoris emolumenta, iisdem consuletur ad formam memoratae Constitutionis Praedecessoris Nostri Benedicti XIV. 8° In iudicio restitutionis in integrum Episcopus vel Episcopi a S. Sede designandi debutabunt patronum, seu defensorem religiosae professionis, ac praeterea in conficiendis actis, eorumque forma in citandis partibus quae adesse debeant, illa omnia servabunt, quae superius constituta sunt in causis intra quinquennium instituendis. Iamvero salva competentia Tribunalium ecclesiasticorum in Sicilia ad tramites memoratae Constitutionis Benedicti XIII, in causis de nullitate matrimonii observari mandamus Constitutionem Benedicti XIV pariter Praedecessoris Nostri *Dei miseratione;* idcirco, quae servanda sunt, sequentibus articulis summatim comprehenduntur. 1° Qualibet in dioecesi respectivus Ordinarius in patronum, seu defensorem matrimonii personam eligit probatae fidei, canonici iuris peritam, ac, si fieri queat, ex coetu ecclesiastico. Fas erit Ordinario iustis de causis illam removere ab officio, eique alteram sufficere, quae designatis dotibus instructa sit; idque Ordinario item licebit, quoties electa ad defensoris munus persona aliquo legitimo impedimento prohibeatur quominus commissi muneris partes expleat. 2° Is porro defensor seu patronus omnibus adesse causis debebit, quae de matrimonii nullitate seu validitate instituantur, atque adeo ad omnia et singula acta citandus erit, nec non adesse testium examini, ac tam voce, quam scripto matrimonii validitatem tueri debebit, omniaque afferre argumenta, quae ad eius valorem probandum necessaria, atque idonea dignoscat. 3° Ut institutum iudicium de matrimonii validitate integrum sit, nec vitio laboret nullitatis, necessarium erit, ut matrimonii defensor iudicio intersit, sive unus tantum ex coniugibus agat pro invaliditate matrimonii, sive ambo coniuges stent in iudicio, quorum alter matrimonii valorem oppugnet, alter vero tueatur. Idem matrimonii defensor munus adsumens, iuramentum praestare debebit de ipso munere recte ac fideliter gerendo, idemque iuramentum renovabit in causis singulis. Quivis actus iudicialis fiat, quin matrimonii defensor legitime citetur vel intimetur, plane irritus erit. 4° Si sententia edita matrimonium admittet, ac nulla ex partibus appellationem interponat, matrimonii defensor ab appellando se abstinebit; eademque ratione se geret, si iudex secundae instantiae pro matrimonii validitate sententiam tulerit, licet primus iudex pro nullitate iudicaverit; quod si iudicatum fuerit pro ma-

trimonii invaliditate, hoc in casu defensor intra terminum a iure canonico definitum, provocationem a sententia interponere debebit, declarando se adherere parti, quae matrimonii valorem sustineat. Sin autem nemo existat, qui a sententia contra matrimonium lata provocationem interponat, defensor ex officio ab eadem sententia provocabit. 5° Pendente appellatione a prima sententia, vel appellatione nequaquam interposita quamlibet ob causam, si unus vel uterque coniux novas inire nuptias attentaverit, subiicientur canonicis sanctionibus contra illos, qui nuptias ab ecclesia vetitas inire ausi fuerint, ac praesertim obnoxii erunt separationi, donec lata altera sententia fuerit de nullitate matrimonii a qua intra decem dies interposita non sit appellatio, vel eadem deserta iaceat; insuper poenas omnes incurrent contra polygamos a sacris canonibus et apostolicis constitutionibus praefinitas. 6° Posteaquam causa ad secundi gradus iudicem delata sit, circa matrimonii defensorem illa omnia servanda erunt, quae praescripta sunt in iudicio primae instantiae. Eidem iudici secundae instantiae spectabit defensorem matrimonii deligere; atque ita porro in iudiciis ulterioris gradus. 7° Si tum prima, tum secunda sententia matrimonii nullitatem declaraverit, nec pars, cui intersit, appellationem interposuerit ac defensor ex conscientia censuerit non provocandum, vel interpositam appellationem minime prosequendam, tunc fas erit utrique coniugi novas contrahere nuptias, dummodo tamen neque ob legitimum impedimentum, neque aliam ob causam a novo ineundo coniugio prohibeantur. Firmum vero manebit causarum matrimonialium privilegium, hoc est sententias in huiusmodi causis editas post quemcumque temporis lapsum numquam transire posse in rem iudicatam; ideoque si quidquam repertum sit, vel minime in iudicii disceptatione prolatum, vel ignoratione occultum, iterum causam de matrimonii validitate in iudicium posse deferri. Huic privilegio obnoxia semper erit facultas coniugum novas nuptias contrahendi. Quod si a secunda sententia contra matrimonii valorem edita vel nulla ex partibus appellaverit, vel sit eiusmodi, ut illi defensor minime acquiescat ex conscientia, sive quod ei manifeste iniusta, aut invalida videatur; sive quod in tertii gradus iudicio lata fuerit contra sententiam in secundo gradu editam pro valore matrimonii, tunc haud licebit utrique coniugi ad novas nuptias transire sub poenis superius memoratis, iterumque causa in tertia, et quarta instantia erit cognoscenda, servatis omnibus, et singulis, quae praescripta sunt in primae, et secundae instantiae iudiciis, etiam quod spectat ad matrimonii defensorem. 8° Matrimonii defensor emolumenta accipiet quae descripta sunt in dicta Constitutione Benedicti XIV. Denique cum suspensiones, quae per Ordinarios ex *informata conscientia* inferri solent, considerari minime queant uti causae quae publici iudicii formam sustineant, ideirco qui huiusmodi

suspensionibus obnoxii sunt preces Summo Pontifici tantum deferre poterunt. Iamvero Apostolica Auctoritate Nostra decernimus ac statuimus, ut omnia ac singula quae praesentibus Nostris Litteris comprehenduntur accurate serventur, ac, si quis quidquam contra facit, feceritque, illud inane, irritum et nullius plane vigoris volumus ac declaramus. Haec iubemus, mandamus, non obstante, quatenus opus est, Constitutione Benedicti XIV Praedecessoris Nostri super divisione Materiarum aliisque Apostolicis, et in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dictae Constitutionis etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxta specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVI Ianuarii MDCCCLVI.

Pontificatus Nostri Anno Decimo.

V. Card. Macchi.

ANDEGAVEN.

Super Institutum filiarum B. M. V. a Charitate Bonis Pastoris.

Decretum

SSmus D. N. Pius PP. IX. ob extensionem quam divina protegente gratia paucis ab hinc annis in variis Orbis partibus obtinuit pia Societas Virginum a Charitate sub titulo Boni Pastoris, inhaerendo etiam supplicationibus Superiorissae et Assistentium generalium, die 2 Iulii currentis anni praesentis Decreti vigore decrevit – ut Societas ipsa in Provincias dividatur.

Provinciae autem a Superiorissa generali cum Assistentibus generalibus constituantur, determinata domo ubi Provincialis Superiorissa residentiam faciet, expresso domorum numero, quae saltem tres esse debent pro unaquaque Provincia, et assignatis limitibus prout ad Societatis ipsius utilitatem, et commodum Superiorissa generalis opportunum iudicaverit.

In unaquaque Provincia erit Novitiatus in domo ubi Superiorissa Provincialis residet.

Superiorissae Provinciali ad bonum Provinciae regimen duae Consultrices adiunctae erunt.

Superiorissae Generali cum suis Assistentibus ius erit nominandi Provinciales, Consultrices, Magistras Novitiarum, et cuiusque Domus Superiorissas.

Superiorissae Provinciales ad triennium eligentur, et etiam ad aliud triennium in praedicto munere confirmari poterunt gravi tamen interveniente causa.

Officiales vero inferiores cuiusque domus eligantur a Superiorissa Provinciali cum suis Consultricibus.

Sorores in sua Provincia ubi vota emiserint permanere debeant, et tantum Superiorissae Generali ius erit ad aliam Provinciam eas transferendi de intelligentia tamen respectivi Ordinarii quatenus Societatis necessitas vel utilitas exposcat.

Provinciales novas domos constituere nequeant, nisi auctoritate Superiorissae Generalis ac praevio consensu Ordinarii.

Provinciales quolibet anno, aut saltem quolibet biennio suae Provinciae domus visitare teneantur, et visitationis acta Superiorissae generali transmittant.

Frequenter Superiorissae Generali scribant, ut ipsa plane cognoscat statum tam disciplinarem, quam oeconomicum cuiusque domus, nec non agendi rationem respectivarum Sororum.

Consultrices una vice uno quolibet anno Superiorissam Generalem instructam reddant de statu Provinciae.

Datum Romae 21 Iulii 1855.

FLORENTINA

Super Instituto filiarum a Sacris Stigmatibus nuncupatarum.

Decretum

Superiorissa Instituti filiarum a Sacris Stigmatibus S. Francisci nuncupati Florentiae iam erecti ac dein divina opitulante gratia in variis Dioecesibus diffusi humillimas preces SSmo D. N. Pio Papa IX, porrexit flagitans ut Institutum, eiusque Constitutiones Apostolica auctoritate approbare, et confirmare dignaretur.

Cum igitur ex nonnullorum Episcoporum litteris in quorum Dioecesibus praedicti Instituti domus erectae reperiuntur S. S. compererit quomodo dictae Sorores propriam Sanctificationem curent, quanta alacritate et zelo pauperum puellarum christianae et civili educationi se se voveant,

Institutum filiarum a Sacris Stigmatibus S. Francisci sub dependentia tamen respectivorum Ordinariorum ad formam Constitutionis S. M. Benedicti XIV quae incipit « *Quamvis iusto* » eiusque scopum, et finem summopere laudandum et commendandum esse voluit, prout praesentis Decreti vigore laudat pro sua benignitate atque confirmat, confidens eadem S. S. ut Sorores ipsae hoc publico S. Sedis Apostolicae testimonio excitatae de virtute in virtutem progredientes charismata meliora semper emulentur.

In reliquis vero mandavit rescribi dilata, et dentur debitae instructiones.

Datum Romae 23 Iulii 1855.

FLORENTINA

Super Instituto filiarum a S. Francisci Stigmatibus nuncupatarum.

Decretum

Licet per Decretum huius S. Congregationis EE. et RR. diei 23 Iulii 1855 scopus et finis pii Instituti filiarum a Sacris S. Francisci Stigmatibus nuncupati summopere commendatus fuerit, tamen SSmus D. N. Pius PP. IX novis favoribus, et gratiis illud prosequi cupiens, ut Sorores ipsae in intentum finem assequendum alacriter in dies incumbant, ea, quae sequuntur, Apostolica Auctoritate decernenda statuit, atque constituit.

1. Moderatrix, seu Superiorissa generalis superioritatem habeat in omnes Instituti domos et Sorores. Et ne in huiusmodi superioritate exercenda, donec eius limites in Constitutionibus ab Apostolica Sede imposterum examinandis et approbandis, definiti fuerint, dubia exoriantur, eius officii partes erunt visitare Instituti domos; collocare Sorores easque transferre de una in aliam domum, prout bonum, et utilitas exegerit; celebrare de consilio suarum quatuor Discretarum Congregationes capitulares; iuvenes servatis de iure servandis, deque consensu earumdem Discretarum per secreta suffragia praestando admittere ad probationem, ad habitum, ad novitiatum; et deinde eas approbare pro emittenda professione, eligere una cum suis Discretis Superiorissas, quas minimas vocant, Probandarum, et Novitiarum Magistras, nec non Procuratrices, Secretariam, aliamque quae scribendi munere fungitur.

2. Praefatum Sororum Institutum particeps erit indulgentiarum, quibus Ordo Minorum Observantium, et Reformatorum S. Francisci legitime fruitur, et gaudet.

Insuper Minister generalis eiusdem Ordinis directionem Superiorissae generalis habebit, ut ipsa S. Francisci spiritu informetur, illumque in

Sorores infundat, servet, atque promoveat. Ed ad hunc effectum idem Minister Generalis deputare poterit ex quocumque Ordinis coenobio in suum Commissarium ad nutum amovibilem Religiosum virum provectae aetatis, probitatis vitae, regularis disciplinae studio, ac prudentia praestantem, qui resideat in aliquo ex Conventibus proximi ribus, domui principi memorati Instituti, et eiusdem Ministri generalis vices gerat, ac Superiorissam generalem salutaribus consiliis et monitis prudenter dirigat et iuvet.

3. Firma vero omnino remaneat Antistitum Sororum iurisdictio ad praescriptum S. Concilii Tridentini, Apostolicarum Constitutionum, Ordinationum, et decretorum, ac praesertim Constitutionis Bened. XIV incipien. « *Quamvis iusto* ».

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae etc. 16 Maii 1856.

MECLINEN.

Super approbatione Instituti et Constitutionum Fratrum B. M. V. de Misericordia.

Decretum

SSmus D. N. Pius PP. IX in Audientia habita die 30 Novembris 1857 ab infrascripto D. Secretario S. Cong. EE. et RR. attento laudabili fine praefatae piae Societatis, uberisque fructibus, qui exinde dimanare possunt, nec non approbatione Emi Archiepiscopi Mecliniensis enunciatum Fratrum Institutum a Matre Misericordiae sub patrocinio S. Vincentii a Paulo nuncupatum approbavit, et confirmavit uti piam Congregationem votorum simplicium sub iurisdictione Antistitum Locorum, dilato tamen ad opportunius tempus Constitutionum examine. Porro Sanctitas Sua confidit, ut eiusdem Congregationis Alumni maiori alacritate in propositum finem assequendum incumbant, ac fidelibus populis qua exemplo, qua opere aedificationem afferant.

Datum etc. Novembris 1857.

NOTEN.

Super causis nullitatis professionis in Sicilia.

Monialis e Dioecesi Noten. solemnia vota nuncupavit in Monasterio S. Theresiae oppidi Sicli. Infirmae valetudinis ergo proprio marte claustrum deseruit, deindeque nullitatem suae professionis per vim et metum emissae promovit, ac instit post elapsum quinquennium a die suae Pro-

fessionis penes Curiam Ecclesiasticam Noten. ad hoc ut restitutionem in integrum obtineret. Praefata tamen Curia contrariam eidem protulit sententiam, a qua cum ad Metropolitanam Curiam Siracusanam appellationem interiecisset, haec haud procedendum esse censuit ob dispositiones Brevis « *Peculiaribus* » recenter emanati. Interim eadem Monialis supplicem huic S. Congregationi porrexit libellum expostulans, ut vel dispensatio a votis ei concederetur, vel facultas iudicium experiendi tam super restitutione in integrum ab elapso quinquennio, quam super professionis nullitate.

Quibus Sanctitati Suae relatis, eadem sequens mandavit edi

DECRETUM

SSmus D. N. Pius PP. IX in Audientia habita die 29 Ianuarii 1858 ab infrascripto D. Secretario S. Congregationis Episcoporum et Regularium dispensationem a votis ab Oratrice emissis minime concedendam esse existimavit, sed perpensis circumstantiis in casu occurrentibus Apostolica Auctoritate deputavit Episcopum Catanien. ut ex integro enunciatam causam restitutionis in integrum agnoscat et definiat ad formam Brevis « *Peculiaribus* » confectis novis actis ad praescriptum eiusdem Brevis cum facultate subdelegandi idoneam personam ecclesiasticam ad conficienda nova acta, quae Noti assumenda sint, nec non Oratricem etiam per subdelegandum a censuris et poenis ob praemissa quomodolibet incursis absolvendi cum congrua poenitentia salutari; eique inspectis peculiaribus rerum adiunctis indulgendi, ut extra suum Monasterium in habitu decenti permanere possit, dummodo tamen collocetur in alio Monasterio, vel Conservatorio ab eodem Episcopo Catanien. designando. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secret. S. Congregationis EE. et RR. 19 Februarii 1858.

A. Arch. Philippen. Secretarius.

OLOMUNCEN.

Super Instituto, et Constitutionibus Sororum Tertii Ordinis S. Francisci.

Decretum

Nonnullis abhinc annis mulieres quaedam Triborii Moraviae in Dioecesi Olomucensi instituendis educandisque puellabus sedulam operam navant, regulamque tertii Ordinis S. Francisci a Leone X approbatam, annuente Episcopo servant. Vota simplicia obedientiae, paupertatis et ca-

stitatis ad triennium duratura dumtaxat emittunt, sub iurisdictione Ordinarii. Verum aliquid praefato Instituto deesse visum est, nisi illud Apostolica Autoritate confirmaretur. Preces igitur hac super re ad hanc S. C. negotiis et consultationibus EE. et RR. praepositam delatae, et deinde sedulo, diligenterque perpensae SSmo D. N. Pio PP. IX relatae sunt. Sanctitas Sua autem, attentis litteris commendatitiis memorati Archiepiscopi praefatam domum Triboriensis Virginum tertii Ordinis S. Francisci pro educatione puellarum Auctoritate Apostolica confirmavit, dilato ad opportunius tempus statutorum examine. Insuper indulsit, ut illius domus sorores omnibus indulgentiis fruantur quibus sorores tertii Ordinis regulam a Leone X probatam profitentes legitime gaudent. Contrariis etc.

Datum Romae etc. 5 Decembris 1859.

LUGDUNEN.

Super approbatione Instituti, et Constitutionum Fratrum Maristarum a Scholis.

EMINENTISSIMO ARCHIEPISCOPO LUGDUNEN.

Relatis ad SSmum D. N. Pium PP. IX precibus Fratrum Maristarum a Scholis quorum domus princeps in ista Lugdunensi Dioecesi existit, quibus nonnullorum articulorum suarum Constitutionum approbationem humiliter expostulabant, Sanctitas Sua haec quae sequuntur Eminentiae Tuae communicanda mandavit.

Praefatum Institutum attento eius incremento uberibusque fructibus qui ab eo dimanarunt, amplissimis verbis commendavit. Quod vero spectat ad constitutiones, iussit ut eae ab Eminentia Tua et a Moderatore Generali Presbyterorum Societatis Mariae in hac tua Civitate institutae sedulo recognoscantur et emendentur et in unum corpus redigantur, habitis prae oculis observationibus quae in apposito folio expressae reperiuntur. Deinde subiiciantur Capitulo generali eorumdem fratrum, cui idem Moderator Generalis dictorum Presbyterorum hac vice praeerit, et tandem ad hanc S. Congregationem cum Eminentiae Tuae voto et eiusdem Capituli generalis suffragio transmittantur.

Haec executioni demandari curabit Eminentia Tua, cui manus humillime deosculor.

Romae 9 Decembris 1859.

MARIANOPOLITAN.

Super approbatione Instituti, et constitutionum Sororum Filiae Charitatis famulae pauperum nuncupatarum.

DECRETUM

Anno 1844 in Civitate Marianopolitana erectum fuit Institutum Sororum quae Filiae Charitatis famulae pauperum nuncupantur: quaeque infirmis ministrant, et pauperum curam habent ac etiam aliquando Christianae et civili puellarum institutioni vacant. Vota simplicia emittunt et Moderatrici Generali subsunt, domumque principem in praefata Civitate habent. Episcopus enunciatae Dioecesis Constitutiones eiusdem Instituti ad SSmum D. N. Pium Papam IX transmisit, enixe deprecans ut piam Congregationem approbare dignaretur.

Sanctitas Sua summopere cupiens ut Sorores ipsae alacrius in intentum finem incumbant, et publico huius S. Sedis testimonio magis magisque excitentur, memoratum Institutum uti piam Congregationem Sororum Votorum simplicium sub superioritate Moderatricis Generalis et iurisdictione antistitum locorum ad praescriptum Sacrorum Canonum praesentis decreti tenore laudat atque commendat. Edicens ut opportuniori tempore ratio de Constitutionibus habeatur.

Datum Romae 25 Aprilis 1860.

GERUNDEN.

Super approbatione Instituti, et Constitutionum Sororum Filiae Mariae nuncupatarum.

DECRETUM

Extat ab anno 1829 institutum Filiarum Mariae cuius domus princeps in Civitate Figueyras Dioecesis Gerunden. habetur. Sorores huius piae Societatis non solum propriam sanctificationem curant, sed etiam christianae et civili puellarum institutioni vacant. Moderatrici Generali subsunt et vota simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae emittunt, addito quarto simplici voto de instituendis puellis. Tractu temporis novae domus erectae sunt, non solum in praefata, sed etiam in dioecesibus Barchinonen. et Vicen. et in praesens enixis precibus deprecatae sunt SSmum D. N. Pium PP.IX ut earum piam Societatem et Constitutiones approbare dignaretur. Sanctitas Sua attentis litteris Commendatitiis Antistitum dictarum Dioecesum enunciatum Institutum Sororum quae

Filiae Mariae nuncupantur uti Congregationem Votorum simplicium sub omnimoda iurisdictione Antistitum locorum praesentis decreti tenore approbat atque confirmat. Dilata ad opportunius tempus Constitutionum approbatione. Et ut sorores ipsae magis magisque ad propositum finem intendant, et de virtute in virtutem in dies progrediantur, S. S. infrascriptas indulgentias plenarias Apostolica Auctoritate perpetuis futuris temporibus benigne concedit, ut eas lucrari possint in forma Ecclesiae consueta, dummodo confessae et Eucharistico pane refectae per aliquod temporis spatium pro exaltatione Sanctae Romanae Ecclesiae, et haeresum extirpatione pias ad Deum preces effuderint, scilicet,

1. Die Vestitionis et Professionis.
2. Postremo die exercitiorum spiritualium quibus per decem dies vacaverint.
3. Die festo Sancti Iosephi Calasanctii, et SSmi Nominis Mariae.

Insuper eis quoque tribuit indulgentiam trium annorum et totidem quadragenarum quoties Sorores in Capitulo culparum sese accusant. Indulgens praesens decretum perinde valere ac si Litterae Apostolicae in forma Brevis expeditae fuerint. Contrariis etc.

Datum 9 Maii 1860.

LEMOVICEN.

Super approbatione Instituti, et Consultationum Sororum Mariae, et Iosephi nuncupatarum.

DECRETUM

Iam ab anno 1841 constituta fuit specialis Congregatio Sororum, quae a Beatissima Virgine Maria et a S. Iosepho nuncupantur, quaeque carcerum mulierum, nec non domorum, in quas mulieres ipsa expleta poena confugiunt, curam suscipiunt, ac etiam aliarum in quibus orphanae aliaeque mulieres ne periculum in honestate subeant, collocantur. Vota simplicia ad annum in primo quinquennio emittunt, et deinceps perpetua quibus votum stabilitatis addunt. Sub directione Moderatricis Generalis manent, principemque domum in oppido *Le-Dorat* Dioecesis Lemovicensis habent. Pium Institutum in plurimas Galliarum Dioeceses diffusum est, et ab Antistitibus locorum per epistolas ad SSmum Dominum datas summopere commendatur, qui de uberibus illius fructibus ac utilitate plane testantur. Cum igitur Moderatrix Generalis nuper Romam

adierit, et humillimis precibus Sanctitatem suam enixe deprecata sit ut praefatam Congregationem specialibus favoribus prosequi dignaretur, SSmus D. N. Pius PP. IX in audientia habita ab infrascripto etc. die 22 Iunii 1860, Oratricis preces benigne excipiens attentis litteris commendatitiis Episcoporum memoratum Institutum Sororum a B. Virgine Maria et a S. Iosepho nuncupatum uti congregationem votorum simplicium sub directione Moderatricis Generalis et iurisdictione Episcoporum ad praescriptum Sacrorum Canonum amplissimis verbis laudavit et commendavit. Et insuper Sororibus eiusdem instituti perpetuis futuris temporibus indulgentiam plenariam praesentis Decreti tenore in forma Ecclesiae consueta lucrandam diebus vestitionis, professionis tam annuae quam perpetuae, ac eiusdem renovationis Apostolica Auctoritate concessit, dummodo poenitentes et confessae ac eucharistico pane refectae aliquo temporis spatio pias ad Deum preces pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione ac haeresum extirpatione devote fuderint. Indulsit quoque ut in articulo mortis constitutae a confessario Apostolicam benedictionem cum indulgentia plenaria ad formam Constitutionis Bened. XIV incipien. *Pia Mater* recipere possint et valeant, voluit autem S. S. praesens Decretum quoad indulgentias perinde valere ac si litterae Apostolicae in forma Brevis expeditae fuissent. Contrariis.

Datum 22 Iunii 1860.

ALBIEN.

Institutum Sororum a Praesentatione.

DECRETUM

Pluribus ab hinc annis in Dioecesi Albien. originem habuit pia Congregatio Sororum quae a Praesentatione B. M. V. nuncupantur, quaeque non solum propriae sanctificationi vacant, verum etiam in christianam institutionem puellarum et in paupèrum infirmorum curam incumbunt. Vota simplicia primum quidem ad annum, deinde vero elapso quinquennio perpetua emittunt, ac directioni Moderatricis Generalis subsunt.

Anno 1855 instituti scopus seu finis, decreto huius S. C. EE. et RR. amplissimis verbis commendatus fuit. Cum vero in praesens praedicta pia Societas in plures dioeceses diffusa sit, et literis Antistitum locorum summopere commendetur, SSmus D. N. Pius PP. IX in audientia habita die 13 Iulii 1860 ab infrascripto Domino Secretario enunciatae S. C. Episcoporum et Regularium, praefatum institutum uti Congregationem votorum simplicium sub directione Moderatricis Generalis et iurisdictione

Ordinariorum ad praescriptum Sacrorum Canonum et Apostolicarum Constitutionum approbavit et confirmavit. Dilata interim Constitutionum approbatione. Confidit vero Sanctitas Sua ut sorores ipsae de virtute in virtutem in dies progrediantur, charismata meliora aemulentur, in intentum finem assequendum alacrius incumbant, et uberiores fructus ferant.

Datum Romae etc.

ROMANA

Super approbatione Congregationis Presbyterorum Resurrectionis D. N. I. C.

BEATISSIME PATER

Congregatio Presbyterorum Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, ad pedes Sanctitatis Tuae provoluta, humillime exponit:

Quod ipsa iam inde ab anno 1842 initium aliquod sumpsit.

Quod deinde post aliquot annos stabiliorem sibi formam, aliquo regulae specimine huius militiae constituit, et Deo adiuvante sub oculis nonnullorum Episcoporum per alios aliquot annos eamdem opere complere studuit.

Quod in huiusmodi instituto tanquam finem sibi proposuit saluti animarum sedulo incumbere praedicatione, in excipiendis sacramentalibus confessionibus, edendisque libris ad fidelium instructionem, et Catholicae religionis defensionem; tum denique per singularem cultum Beatissimae Dei Genitricis Immaculatae Virginis Mariae eiusque cultus strenuam propagationem; pro mediis in huiusmodi fine assequendo sibi assumens maximam in primis pietatem ac obedientiam erga Apostolicam Sedem, ac Christi Dei in terris Vicarium, deinde vero perfectam vitam communem sub votis paupertatis, castitatis et obedientiae, ita ut habeat Praepositum generalem, communem substantiam, commune in omnibus sub perfecta obedientia vitae et laborum genus. Quatuor domos habet, nempe in urbe, in Dioecesi Tiburtina, Parisiis, et in Dioecesi Hamiltonensi Americae Septentrionalis.

Quod per experientiam edocta, isthanc esse viam qua Deo opportunius et alacrius servire possit, modo tamen probatum id fuerit Sanctae Matri Ecclesiae; pro huiusmodi gratia ad tuam, Beatissime Pater, auctoritatem humiliter recurrere constituit, ut scilicet Apostolico Tuo verbo in proposito suo firmaretur.

Quapropter, Beatissime Pater, ad Te recurrens, pedesque tuos exosculans, minima haec Congregatio Sanctitatem Tuam enixe rogat ut ipsam

in eius proposito Verbo Tuo confirmes, vota Deo facta et facienda rata habeas, eique benedictionem Tuam, qua crescat et multiplicetur, uberrimosque Deo ac Sanctae Matri Ecclesiae fructus afferat, benignissime concedere digneris.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

die 14 Septembris 1860.

Sanctissimus attentis litteris commendatitiis Eminentissimi Urbis Vicarii, Eminentissimi Archiepiscopi Parisien, et Episcopi Tiburtini et Hamiltonensis enunciatum scopum seu finem praefatae piae Societatis laudavit atque commendavit. Rata habens vota simplicia ab eius alumnis emissa, et indulgens ut eadem vota simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae, peracto novitiatus anno, in posterum emittant. Salvis in omnibus antistitum locorum iurisdictione et constitutione Patrimonii pro Sacra Ordinatione. Mandavit vero ut quolibet biennio de statu eiusdem piae Societatis hanc S. Congregationem instructam reddant.

Datum Romae 14 Septembris 1860.

TRAPPENSIUM

Super Voto paupertatis.

DECRETUM

Cum vota Trappensium quae infra fines Regni Galliarum emittuntur, decreto diei 1. Martii 1837 simplicia declarata fuerint, nonnulla dubia nuper circa votum simplex paupertatis exorta sunt. Ut omnis ambigendi causa de medio removeatur, SSmus D. N. Pius PP. IX in audientia habita die 20 Decembris 1861, inhaerens resolutionibus super voto simplici paupertatis alias datis, haec quae sequuntur quoad Trappenses Galliarum statuit et decernit.

1. Professi dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et redituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem cedere etiam private, administrationem, usumfructum, et usum quibus eis placuerit, ac etiam suo Instituto, si ita pro eorum libitu existimaverint. Huic vero cessioni apponi poterit conditio, quod sit quandocumque revocabilis; sed professus hoc iure revocandi in conscientia minime uti poterit, nisi accedente Apostolicae sedis placito.

2. Professus qui ante emissionem votorum de dominio suorum bonorum per testamentum disposuerit, dispositionem revocare vel immutare absque Apostolicae Sedis indulto minime poterit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis EE. et RR. die 20 Decembris 1861.

A. Arch.Philip. Secretarius.

ANTIQUA FORMULA PRO ADMITTENDIS EDUCANDIS

Nicolaus tituli S. Petri ad Vincula, S. R. E. Presbyter Cardinalis Paracciani Ciarelli Sacrae Congregationis Negociis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae Praefectus.

Da questi Eminentissimi e Reverendissimi miei Signori Cardinali della Sagra Congregazione sopra i negozì, e consulte de' Vescovi e Regolari si dà facoltà. . . . . che in virtù della presente possa far ricevere nel Monastero di. . . . . l'onesta zitella. . . . . ad effetto di educarvisi, con l'infrascritte condizioni, e non altrimenti.

Primo, che il detto Monastero possa, e sia solito tener Zitelle per l'effetto suddetto, nè vi sia alcuna proibizione particolare, nel qual caso, nè questa nè qualsivoglia altra licenza sia di alcun valore se non presenterà lettera della Sagra Congregazione, che faccia espressa menzione, e deroghi alla proibizione suddetta.

Secondo, che vi sia luogo particolare per l'Educande, comodo, distinto, e separato da quello dove le Monache Professe, ed anco le Novizie sogliono abitare, massime per il dormire e lavorio, capace in modo che possa dormire sola.

Terzo, che vi sia numero prefisso dell'Educande conforme alla capacità del luogo, e che detto numero non possa passare la metà delle Monache non computatevi le Novizie e Converse.

Quarto, che abbia tutti i requisiti necessari, e venga accettata dalle Monache capitolarmente, e per voti segreti.

Quinto, che sia maggiore di sette anni, e minor di venticinque, e pervenendo alli venticinque, debba uscir subito, sotto pena di violata clausura da incorrere ipso facto senza altra dichiarazione, con obligare i parenti più prossimi a riceverla così nella età suddetta, come anco in ogni altro caso che dall'Ordinario o dalle Monache fosse giudicato espediente di mandarla fuori.

Sesto, che non sia sopra il numero prefisso.

Settimo, che per essa si dia idonea sicurtà di pagare all'Abbadessa

pro tempore ogni semestre in denari contanti gli Alimenti anticipati, quali debbano essere vantaggiosi, e di utile considerabile al Monastero, e morendo o mancando per altro accidente la sicurtà debba rinnovarsi nel termine di un mese, e quello passato, e non dandosi, si mandi subito fuora.

Ottavo, che entri sola modestamente vestita, ed osservi le leggi della clausura, e parlatorio, come le monache stesse.

Nono, che uscendo una volta non possa senza nuova licenza esser più ricevuta in quello, o altro Monastero, eccetto per farsi Monaca.

Decimo, e finalmente, che la presente sia consegnata a quelli ai quali è indirizzata per l'esecuzione, e si registri negli Atti della loro Cancelleria. Il che tutto si faccia gratis, e senza alcuna sorte di mercede, o ricognizione; e si vagliano della presente dentro il termine di sei mesi prossimi altrimenti sia di niun valore. E che essendovi alcuna giunta sopra le righe, o cassatura, non debba in verun modo eseguirsi.

In quorum fidem praesentes manu Secretarii eiusdem Sacrae Congregationis roboratas, et signi impressione muniri iussimus.

Datum Romae die. . . . . mensis,

INCERTI LOCI IN GALLIIS

Super affiliatione Congregationum Sororum.

Beatissimo Padre

Un vicario generale di una diocesi di Francia è nella necessità di chiedere la soluzione dei dubii seguenti.

1. Una Congregazione di Monache che fanno voti semplici, può essa affigliarsi ad una Congregazione di Sacerdoti Religiosi, ed avere il medesimo Superiore Generale?

2. Il Vescovo nella diocesi del quale la Congregazione di Monache è stata fondata, e dove si trova pure la Casa madre con una Superiora Generale, può consentire a questa affigliazione, e firmarne il contratto scritto?

3. I successori di questo Vescovo sono obbligati a rispettare questo contratto di affiliazione, e non possono eglino riprendere i loro diritti?

4. I Sacerdoti Religiosi possono in forza del contratto essere i Confessori ordinarii e straordinarii delle monache, le quali loro sono affigliate, da pertutto ove saranno insieme?

5. Il Direttore Generale della Congregazione suddetta degli uomini non dimorando nella Città ove si trova la casa madre delle monache, può egli delegare un sacerdote Religioso per diriggere in sua vece in qualità di Pro–Direttore, ed allontanarlo quando lo crederà opportuno?

6. Supposto che detto contratto di affigliazione venga approvato dalla S. C. de'VV. e RR., quali sarebbero i diritti del Vescovo suddetto?

Facta de praemissis relatione SS. D. N. Pio PP. IX. in Aud. habita die 11 Aprilis 1862 a D. Secretario S. Congregationis EE. et RR., Sanctitas Sua propositis dubiis rescribendum mandavit *ad primum et secundum negative: ad tertium negative ad primam partem, affirmative ad secundam: ad quartum negative: ad quintum satis provisum in praecedentibus: ad sextum inspiciendus erit tenor concessionis S. Congregationis et subsequentes declarationes si quae existant.*

DE VICARIIS CAPITULARIBUS INTRUSIS

Decretum

Dolendum profecto est in nonnullis Dioecesibus Neapolitanae Ditionis Capitula Cathedralium Ecclesiarum eo audaciae devenisse ut viventibus licet Episcopis, quin eos e suis Sedibus turpiter eiectos aliquo modo solarentur, eisque firmiter adhaererent, spreta illorum, eorumque Delegatorum auctoritate, ad electionem Vicarii Capitularis temerario ausu processerint. Dolendum pariter est intrusos Vicarios Capitulares, licet ipsi ab hac S. Congregatione Episcoporum et Regularium ex SSmi Domini Nostri Pii PP. IX. mandato moniti fuerint de nullitate electionis, de incursis censuris deque obligatione dimittendi officium, in Vicarii Capitularis munere permansisse, et adhuc permanere cum populi Christiani offensione, et detrimento, cumque ecclesiastici regiminis subversione. Ne tantum facinus impunitum remaneat, et ut alii a similibus perpetrandis retrahantur, Sanctitas Sua Apostolica Auctoritate huius Decreti tenore, haec quae sequuntur, decernenda constituit. 1. Nullas, irritas, et nullius roboris esse denuo declarat huiusmodi electiones, et omnia acta, quae a praedictis Vicariis Capitularibus facta sunt, et in posterum quovis colore et praetextu fient. 2. Tam electores, quam huiusmodi Vicarios Capitulares in censuras et poenas ecclesiasticas a SS. Canonibus, et a Constitutionibus Apostolicis comminatas incursos declarat. 3. Suspendit Vicarios Capitulares, et suspensos decernit a Divinis, et a Beneficiis quibuscumque etiam residentialibus, quae ipsi obtinent, quamvis qualitatem canonicalem vel dignitatem adnexam habeant. 4. Statuit atque decernit, ut huiusmodi

Vicarii Capitulares, si post hoc decretum in officio permanserint, eo ipso incurrant poenam privationis omnium Beneficiorum, Canonicatuum, et Dignitatum, nec non inhabilitationem ad alia quaecumque Beneficia, Canonicatus et Dignitates in posterum assequendas. 5. Hoc vero Decretum Sanctitas Sua in omnibus extendit ad Capitula, quae in posterum ad huiusmodi electiones, quod Deus avertat, procedent; nec non ad Vicarios Capitulares quatenus hi munus susceperint.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium die 3 Maii 1862.

N. CARD. PARACCIANI-CLARELLI Praefectus.

A. Archiep. Philippen. Secretarius.

ROMANA

Super extensione temporis quo Moderatores Generales in officio perdurare debent.

Decretum

12. La Curia laica può domandare all' Ordinario la estrazione dei colpevoli enumerati nell'articolo seguente.

13. Primo i pubblici bestemmiatori, e percussori di Sagre Reliquie, ed immagini.

2). I pubblici percussori dei Chierici incedenti in abito e tonsura.

3). I rei di furto di cose sagre, e di eccessi pei quali convenga ribenedire la Chiesa.

4). Coloro che inferiscono violenza a chi vuole confugiarsi nella Chiesa, o altro luogo immune, e violentemente ne gli estraggano.

5). I rei di lesa Maestà contro la persona del Sovrano.

6). I rei di conventicole e società segrete a norma delle Costituzioni apostoliche.

7). I falsificatori di lettere Apostoliche.

8). I fabbricatori di monete false, loro tosatori, adulteratori, e spacciatori dolosi.

9). I pubblici ladroni, e grassatori anco per la prima volta.

10). I rei di omicidio, o di grave mutilazione, quando avvengono in luogo sagro.

11). I rei di omicidi premeditati o proditori, li mandanti e mandatari, ed assassini.

12). I rei di omicidio anche in rissa, e con qualunque istromento, qualora costi, che non siano casuali o a necessaria difesa, ma per odio e con animo di nuocere.

13). I rei di rapina con abuso di nome di corte, e con ingresso in casa altrui.

14). Coloro che commettono furto o falsità nelle casse, in quelle dei Monti di Pietà, alle quali sieno addetti, quando il danno sia tale che meriti la pena capitale.

15). I saccheggiatori di campi, e gl'incendiari dolosi nei casi, nei quali la legge dispone la pena capitale.

14. Nel caso di ferite, qualora dai periti si riconoscano, e dichiarano con pericolo di vita, ha luogo la regolare estrazione, coll'obbligo di riportare il confugiato al sito del confugio, allorchè il ferito sopravviva oltre il tempo dalle leggi stabilito.

15. Qualora si tratti di delitto eccettuato il delinquente siasi confugiato in luogo sagro, o immune, il Procuratore fiscale della curia laica (se il delitto, e il delinquente sono di sua competenza) deve negli atti fare istanza per la requisitoria alla Curia dell'ordinario, ed il giudice laico vi fa l'analogo decreto.

16. In conseguenza i ministri della Curia laica fanno l'istanza, o requisitoria formale alla Curia dell'Ordinario, specificando il nome, e cognome dell'accusato, o dandone le più possibili designazioni, il titolo eccettuato, e gl'indizi sufficienti per l'arresto.

17. L'Ordinario, o suo Vicario Generale deputa nominatamente persona Ecclesiastica, e col suo intervento e con quello del Cancelliere Vescovile, invocato ancora se sia necessario l'aiuto del braccio secolare, si fa l'estrazione dell'inquisito. Esso è depositato a nome e disposizione della Chiesa o nelle carceri Vescovili o nelle laiche, qualora si credessero più sicure.

18. Si fa rogito di questa estrazione firmato dall' Ecclesiastico interveniente, dal cancelliere, e dal ministro della Curia laica, qualora riceve la consegna dell' inquisito, coll' obbligo di restituirlo come di ragione alla Chiesa. Questo rogito si dee subito trasmettere in copia autentica alla Curia Vescovile, e poi riprodurre in processo con tutti li documenti che vi hanno relazione.

19. L'Ordinario, o suo Vicario Generale prendono ad esame il processo informativo, per conoscere se costi del titolo eccettuato, o per rapporto alla condizione della persona costi il beneficio della immunità, e se concorrono indizi sufficienti per far credere commesso il delitto.

20. Nel caso affermativo la Curia Ecclesiastica ritorna gli atti colla copia autentica del suo decreto, che si dee riprodurre in processo. Il Giudice laico emette giuramento di restituire l' accusato all'identifico luogo sagro o immune, ove si era confugiato, qualora diluisca gl'indizi che lo potevano gravare.

21. In caso contrario invia similmente alla curia il suo decreto in forma autentica, e l'accusato si restituisce, come sopra, al luogo ove si era confugiato.

22. Qualora il confugiato sia un Ecclesiastico, o Chierico, la di cui causa sia di competenza del foro Ecclesiastico, la curia dell'Ordinario, se ad esso lui non competa il beneficio del sacro asilo, ordina l' estrazione nei modi indicati di sopra, e rimanda l'inquisito cogli atti, e processo al suo Giudice ecclesiastico competente.

23. Consegnandosi il confugiato Ecclesiastico dopo l'esame e la cognizione degl' indizi al Giudice Ecclesiastico, questi deve soltanto promettere « *con parola di verità* » di restituirlo al luogo del confugio, quando in seguito non costi del delitto.

24. Nel medesimo caso di Chierico o Ecclesiastico confugiato per delitto eccettuato, può il Giudice Ecclesiastico anche d' officio, e senza requisitoria procedere alla estrazione nei modi prescritti di sopra.

Dalla Segreteria di Stato li 5 Novembre 1831.

T. CARD. BERNETTI.

SUBLACEN.

Risoluzione della Sagra Congregazione dei Vescovi e Regolari nella generale adunanza dei 22 Febbraio 1839.

Quesito

Nella Curia Abbaziale di Subiaco fu istruito un criminale processo ad istanza del chirurgo Luigi A. . . . e della figlia di lui A. . . . . contro Luigi M. . . . possidente di Roiate per titolo di stupro con pregnanza, promessa di matrimoño, e tentato aborto. Compiuto l'incarto, e fattosi luogo alla produzione delle difese *hinc inde*, nel dì 3 Gennaio corrente anno 1839 fu proposto pella decisione nella Congregazione dell'Emo e Rmo Sig. Card. Spinola Abbate, ed alla unanimità de' voti fu deciso « *non constare de stupro, ideoque Aloysium M. . . . esse dimittendum ex hactenus deductis: in reliquis provideat Eminentissimus Abbas ad mentem.* » La mente consisteva in misure prudenziali, onde impedire nuovi urti, e sconcerti fra le parti, e nella ammonizione all'Avvocato E. . . . per alcune inconvenienti espressioni usate nella scrittura.

Communicata alle parti una tale risoluzione il querelante A. . . . e la sua figlia A. . . . interposero nella Curia Abbaziale di Subiaco appello da tale giudicato.

Presso ciò il prelodato Emo e Rmo Abbate ha rimesso a questa S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari l'intiero incarto processuale corredato del fiscale ristretto, e delle difese dalle parti esibite in prima istanza, promovendo il quesito « *se nel caso, abbia o no luogo l'interposto appello.* »

Ha creduto pertanto il Giudice relatore preciso suo dovere di renderne inteso preventivamente ciascun rispettabilissimo membro della Sagra Congregazione, affinchè nell'adunanza del 22 corrente febbraio 1839 possa prendersi ad esame il quesito suddetto per quella determinazione, che l'Emze Rme de' Signori Congregati stimeranno di ragione.

RISOLUZIONE

In Congregatione Generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 22 februarii 1839, Emi et Rmi Patres rescripserunt « affirmative ad pri» mam partem, negative ad secundam, praestita fideiussione per institò rem de reficiendis expensis tam primi, quam ulterioris iudicii in eventu » succumbentiae. Et certioretur Emus abbas, etiam pro intimatione ad » constituendum defensorem intra viginti dies. »

Praesens resolutio adnotetur in libro decretorum.

A. Bizzarri Sub-Secretarius.

FORMULAE QUAE ADHIBITAE SUNT IN NONNULLIS CAUSIS CRIMINALIBUS DEFINIENDIS

VITERBO OSSIA TOSCANELLA.

« *Di stupro con pregnanza, promessa di matrimonio, attentato aborto contro N. N. in grado di revisione.* »

La Curia di Toscanella con sentenza del 5 Aprile 1834 assolvè il giovane N. N. dall'obbligo del matrimonio, e dalla contribuzione di qualunque dote verso la zitella N. N., ed in pari tempo condannò la medesima la quale aveva partorito una figliuola a tutti e singoli danni e spese sofferte per un triennio da computarsi dalla nascita della fanciulla per qualunque titolo, e specialmente pel mantenimento di questa. Condannò quindi il d. giovane N. N. agli stessi danni e spese pel tratto successivo fino alla emancipazione della fanciulla medesima da liquidarsi in giudizio civile presso la Curia a diligenza e cura della madre e finalmente lo condannò ad una dote congrua nell'atto della emancipazione a favore della stessa fanciulla, da liquidarsi come sopra, ed a tutte le spese di procedura, assolvendo ambe le parti dalle altre pene afflittive volute dalle leggi in simili casi, come in questa parte bastantemente punite.

Il giovane appellò da tale sentenza a questa S. C. de'VV. e RR., e nella generale adunanza del 7 Agosto 1835 venne la medesima confermata col Decreto « *Sententiam esse confirmandam* ».

Non perdutosi egli di animo dimandò la nuova Udienza per la revisione della causa; ma il giorno 21 Agosto d. Anno fu rescritto « *Non esse locum novae Audientiae* ».

Supplicò egli allora il S. Padre per le facoltà, onde fosse riproposta la d. causa; e nell'Udienza avuta dal Segretario dei Memoriali il 28 di d. mese venne rescritto « *Utatur iure suo coram introscripta Congregatione* ».

Il 25 Settembre fu presa ad esame l'Istanza, e gli Emi Padri furono in numero di tre favorevoli per la nuova Udienza, e tre altri contrarii.

Fattasi relazione al Santo Padre, si degnò concedere in *devolutivo* la nuova udienza col seguente rescritto « *Ex Aud. SSmi habita die 25 Septembris 1835. – SSmus attentis peculiaribus circumstantiis, annuit pro nova Audientia in devolutivo tantum.* »

Il giovane presentò la sua difesa, e nella Congregazione generale del 16 Giugno 1837 gli Emi Padri « *fuerunt in decisis* ».

ANAGNI

« *Di pratica scandalosa con adulterio contro NN., e la moglie di NN.* » Nella Congregazione Generale del 12 Gennaro 1838 gli Emi Padri rescrissero « *Sententiam Curiae Episcopalis. . . . esse infirmandam; et appellantem mulierem (nam vir mortuus est) esse dimittendam; et ad mentem: mens est – quod Curia Episcopalis moneatur ut in posterum in poenis decernendis se gerat iuxta praescriptiones S. Congregationis.* »

TIBURTINA

« *Di stupro con pregnanza contro l' Arciprete NN. appellante.* Nella Generale Adunanza del 21 Settembre 1838 gli Emi Padri decisero « *Sententiam latam a Curia Episcopali Tiburtina die 9 Martii 1836, esse infirmandam et appellantem dimittendum esse cum praecepto se repraesentandi novis et non novis indiciis supervenientibus; et ad mentem: mens est – che in forza del suddetto Decreto rimanendo N. N. ancora sub iudice non può riassumersi dal medesimo l' esercizio della parrocchia.* »

TUSCULANA

« *Di furto sacrilego con ablazione di Ostia consagrata contro N. N. appellante.* »

Il Tribunale Ecclesiastico con sentenza del giorno 6 Ottobre 1839 condannò N. N. alla morte. Questi appellò alla S. C., la quale credè rivolgersi alla Segreteria di Stato sottoponendo i seguenti dubbi – Se alla sentenza emanata dalla Curia di Frascati possa darsi di nullità per mancanza di giurisdizione, avendo proceduto in causa di privativa giurisdizione della S. Inquisizione: e se la S. Congregazione possa ricevere la suddetta causa, e pronunziare nella medesima condannando alla tradizione al braccio secolare, che importa la morte.

L'Emo Segretario di Stato Gamberini notificò che il S. Padre nell'Udienza del 16 Aprile 1840 ordinò che « *dalla S. C. de' VV. e RR. potrà procedersi agli atti ulteriori nella causa di cui si tratta.* »

In seguito di che fu proposta la detta causa in grado di appello; e nella Congregazione generale del 18 Decembre 1840 gli Emi Padri rescrissero « *Sententiam esse reformandam, et appellantem esse condemnandum ad Triremes in perpetuum.* »

FERENTINO

« *Di stupro con promessa di matrimonio e successivo parto.* » Nella Congregazione Generale del 5 Marzo 1841 dagli Emi Padri fu rescritto « *Sententiam esse confirmandam, semper constare de stupro simplici, et*

appellantem esse condemnandum ad nubendum, vel dotandam N. N. in summa scutatorum 200 in termino unius mensis, sin minus esse transmittendum ad opus per triennium. »

SABINESE

« *Di più delitti contro l' Arciprete N. N.* » Nella Congregazione generale del 16 Luglio 1841 fu deciso. « *Sententiam esse confirmandam, et ad mentem: mens est – che si assegni a N. N. un' annua congrua pensione sopra le rendite della parrocchia, fermo rimanendo l' Economo, e si allontani dal luogo ad arbitrio dell' Ordinario.* »

REATINA

« *Di stupro con pregnanza e promessa di matrimonio.* » Nella Congregazione Generale del 27 Agosto 1841 gli Emi Padri decretarono « *Sententiam esse infirmandam et ad mentem: mens est – che il Vescovo provveda prout de iure in riguardo alla prole qualora esista; ed ingiunga un precetto de honeste vivendo tanto alla donna N. N. quanto all' uomo N. N. di non conversar fra loro.* »

ORTE

« *Di diffamazione ed usurpazione di autorità.* » Nella Congregazione Generale del 27 Agosto 1841 gli Emi Padri rescrissero « *sententiam esse infirmandam, et N. N. dimittendum tamquam repertum non culpabilem.* »

FERENTINO

« *Di contravenzioni a precetti per mal costume e lenocinio qualificato.* » Nella generale Congregazione del 10 Marzo 1843, gli Emi Padri decisero « *Sententiam esse confirmandam, et respective reformandam; nempe confirmandam quoad mulierem N. N. et reformandam quoad aliam mulierem N. N., eamdemque esse condemnandam ad domum correctionis Urbis per triennium. Poena vero tam quoad illam quam quoad istam erit decurrenda a die latae sententiae 9 Octobris 1841; renovatis, et quatenus opus sit, iniunctis noviter respective praeceptis sub poena quinquennii.* »

ASCOLI

« *Di mal costume con notoria diffamazione.* » Nella Congregazione generale del 10 Decembre 1841 gli Emi Padri decisero. « *Sententiam esse reformandam, et appellantem incurrisse in poenas contentas in cap. 6 S. Concilii Trid. sess. 21; ideoque in casu de quo agitur suspendendum*

ab exercitio officii parochi donec corrigatur; et ad mentem: mens est – che gli s' insinui di rinunciare alla parrocchia ed in caso di rinunzia riferisca alla S. C. »

EUGUBINA

« *Di omicidio.* » Nella generale Congregazione del 2 Giugno 1843 dagli Eñi Padri fu risoluto. « *Sententiam esse confirmandam, et N. N. esse transmittendum ad domum poenitentiae Corneti.* »

ORTE

« *Illegale incisione di alberi in fondo Ecclesiastico* » Nella Congregazione Generale del 18 Agosto 1833 gli Eñi rescrissero: « *Sententiam esse infirmandam, et N. N. non ulterius molestandum, et ad mentem: mens est – che si ammonisca la Curia per la irregolarità avvenuta nella votazione dei Giudici.* »

ROMANA

« *Di più delinquenze.* » Nella Generale Congregazione del 15 Settembre 1843 gli Eñi Padri rescrissero: « *Sententiam esse reformandam, eumdemque N. N. esse tantum detinendum in carceribus per triennium a die praesentis sententiae; et ad mentem: mens est – che sia cautamente custodito in camera salubre, e tre volte ogni settimana ammesso al passeggio all' orto per due ore colle debite cautele che ne impossibilitino la fuga.* »

SIGNINA

« *Di spreto a precetto contro il Sacerdote N. N.* » Nella Congregazione generale del 12 Gennaio 1844 gli Eñi Padri decisero. « *Constare de spreto praecepto, et attenta suspensione a divinis iam passa per duos menses esse dimittendum ex quo satis, firmo remanente praecepto.* »

NEPESINA

Contro il Sacerdote N. N. Nella Congregazione generale del 10 Maggio 1844 gli Eñi rescrissero: « *Sententiam esse infirmandam, et appellantem esse dimittendum uti repertum non culpabilem; et ad mentem: mens est: – che si ammonisca gravemente la Curia per la irregolarità, ed animosità della procedura, e che si astenga a similibus, e che si ammonisca ancora il Promotore Fiscale Nepesino per le ingiurie contro l'Abbate Ordinario di S. Martino.* »

SIGNINA

« *Di stupro.* » Nella Congregazione generale del 12 Settembre 1845 gli Emi Padri rescrissero: « *Sententiam esse confirmandam; et ad mentem: mens est. – Si scriva alla Curia Vescovile perchè nella ordinatoria degli atti, e nell' uso dell' applicazione del diritto osservi le prescrizioni del Decreto del 18 Decembre 1835.* »

PERGULANA

« *Di Abigeato.* » Nella Congregazione generale del 19 Decembre 1845 gli Emi Padri decisero. « *Sententiam esse reformandam, et esse transmittendos virum N. N. per quinquennium ad triremes, et Mulierem N. N. ad domum poenitentiae per idem tempus a die sequutae carcerationis.*

PESARESE

« Sulla dimanda del Chierico N. N. condannato per titolo di Latrocinio dal Tribunale Laico di Pesaro in seguito di speciale autorizzazione della S. C. dell'Immunità, con cui implorava il beneficio dell'appello che si gode presso i Tribunali Ecclesiastici nella Congregazione generale del 20 Luglio 1848 gli Emi rescrissero « *esse locum petitae appellationi; sed in casu de quo agitur esse supplicandum SSmum pro delegatione Tribunalis laicalis appellationis Maceraten.* « *Sanctitas Sua annuit pro delegatione Tribunalis laicalis appellationis Maceraten.* »

TERRACINEN.

Privilegii Fori.

« I laici i quali per ragione dell' impiego godono del privilegio del » foro Ecclesiastico, se delinquono in atto, o per ragione di officio laicale » ch'esercitano separatamente dall'altro, sono soggetti alla competente » autorità laicale »; come venne dichiarato dalla S. C. dell'Immunità nella *Eugubina* 4 Maggio 1706 e dalla s. m. di Pio VII. nella Costituzione *Post diuturnas*, nel tit. *de Iurisdict. Trib. et Iud. Crim.* precisamente nel §. 19 e da altre susseguenti leggi Pontificie relative ai Patentati, e privilegiati di Foro, che non sono chierici ed Ecclesiastici.

E siccome nella Causa Terracinen. di Concussione e di usurpata autorità pubblica ed arbitrarie riscossioni in atto di officio laicale contro N. N. Segretario del Comune, ed insieme Cancelliere del Vicario Foraneo di detta Terra ed altri ecc. avea creduto la Curia Vescovile di Terracina che gli atti in proposito fatti dal Tribunale Laico di detta Città fossero nulli, ritenendo che si fosse violata la Immunità personale Ecclesiastica, così

dal Pro-Segretario della S. C. de' VV. e RR. se ne fece relazione al S. Padre per ottenere il suo Pontificio Oracolo.

Sua Santità per mezzo di questa S. C. inerendo alle massime già stabilite nell' udienza del giorno 31 Decembre 1852 dichiarò non esservi lesione d' Immunità Ecclesiastica personale, e che gli atti incominciati e proseguiti dalla Curia Laicale contro N. N. quantunque Cancelliere del Vicario Foraneo di.... od altri ecc. essere stati validamente assunti, e rimanere in conseguenza nella loro validità per ogni qualunque legale effetto, volendo, che si ritengà ferma la massima stabilita nella citata *Eugubina*, e nelle successive disposizioni.

PENNEN.

Super peremptione appellationis.

DECRETUM

Sacra Congregatio Ep. et Reg. in Causa Sacerdotis N. N. Archipresbyteri.... declaravit appellationem interpositam a Sacerdote Archipresbytero N. N. in Dioecesi Pennen. coram Auditore Sanctitatis Suae ad Instantiam Procuratoris Fiscalis, et audito Advocato eiusdem N. N. remissam eidem S. Congregationi et in devolutivo obtenta die 12 Decembris 1826 attentis pluribus legalibus notificationibus, et intimationibus eidem N. N. factis pro prosecutione eiusdem appellationis sub poena resolutionis eiusdem praefatam appellationem esse omnino desertam, neque amplius deduci posse in iudicio, ideoque plenarium effectum et executionem realem sortiri debere sententiam a praefata Curia Episcopali Pennen. in prima Instantìa prolatam die 30 Iulii 1825, eidem notificatam die 1. Augusti eiusdem anni. Quibuscumque etc. et notificetur eidem Episc. die 30 Iulii 1836.

INTERAMNEN.

Super peremptione appellationis.

DECRETUM

Sacra etc. attentis Ordinationibus datis die 23 Novembris 1832. Visis intimationibus legalibus factis N. N. et N. N. diebus 11 Ianuarii et 17 Martii currentis anni, et elapsis terminis praefixis pro Causae prosecutione in gradu appellationis coram S. C., declaravit, atque statuit peremptam, atque desertam appellationem esse et fore interpositam in Episcopali Curia Interamnen. a praefatis NN. et NN.; ideoque Sententiam a Tribunali Ecclesiastico Episcopali dictae Civitatis contra easdem prola-

tam die 19 Octobris 1833 esse exequendam, prout vigore praesentis Decreti eadem S. Congregatio exequi et exequutioni mandari iussit. 21 Aprile 1834 (1).

INCERTI LOCI

Revocationis Suspensionis latae ab Episcopo contra Presbyterum ob retentionem famulae.

Al Vescovo N. N.

Nella Congregazione Generale de' VV. e RR. tenuta il di 16 del corrente mese, essendo stata proposta la Causa di sospensione del Sacerdote N. N., questi Emi miei Signori hanno rescritto: « *Pro gratia rehabilitationis, et permissum de retinenda muliere relinquendum esse iuxta Synodales Constitutiones arbitrio et prudentiae Episcopi et ad mentem;* nimirum scribatur Episcopo, *ex hactenus deductis in Casu, de quo agitur, non concurrere, quae ex Synodali Decreto praecavenda sunt, non haberi scilicet suspicionem inhonestae conversationis in anteacta vita, nec contubernium, de quo disputatur, male olere apud probos, et prudentes viros; ac proinde posse Episcopum petitae veniae annuere, nisi aliquid novi accesserit.* » Tanto doveva significarle ecc. 20 Marzo 1838.

EPISTOLA S. CONGREGATIONIS

Super competentia in causis criminalibus Regularium.

All' Eminentissimo Gamberini

Segretario per gli Affari di Stato Interni.

Il caso proposto da Vostra Eminenza nel suo Biglietto del 14 corrente N. 37490 cioè « *Se una Curia Vescovile presso cui una Donna aveva promosso azione di Stupro contro un Regolare, abbia legalmente operato rimettendo la compilazione del processo, ed il giudizio della Causa alla Religione?* » è concepito in termini generali, talchè non può farsi alcuna considerazione sulle circostanze del fatto, che molto servono a dare un giusto giudizio. In generale adunque rispondo, che trattandosi di un Regolare non suddito del Vescovo, e dimorante nel Chiostro sotto l'obbedienza de' Superiori proprii, quantunque abbia egli peccato fuori del Chiostro con pubblico scandalo, tuttavia la Curia Vescovile ha operato secondo

(1) In causis criminalibus S. C. parti duabus vel tribus intimationibus ad prosequendam appellationem inutiliter factis solet appellationes decernere, et declarare peremptas, et desertas.

il Decreto del Trid. *Sess. 25 Cap. 14 de ref. regul.* rimettendo la compilazione del processo, e il giudizio alla Religione, salvo il diritto del Vescovo di essere informato dentro un congruo termine della seguita punizione del Religioso, che sia provato reo. Tanto posso rispondere all'Eminenza Vostra intorno al proposto quesito mentre le bacio ecc. 18 Novembris 1835 (1).

Super eadem re

All' Eminentissimo Card. Segretario di Stato.

Essendosi compiaciuta l' Eminenza Vostra di rimettere la lettera originale direttale dal Presidente del Tribunale di prima Istanza di Fermo risguardante la Causa di Stupro di cui era imputato il Professo N. N. ben diverso si presenta ora il caso da quello, che genericamente venne la prima volta proposto. Presso l'esame di esso vengo ad esternare il mio parere sul tema indicato dall' Eminenza Vostra, cioè tanto sulla giurisdizione, che sull'azione di calunnia riservata nella Sentenza de' Regolari.

In quanto alla giurisdizione trattandosi di delitto che si vuole commesso *extra claustra Monasterii* da un Religioso esente dalla giurisdizione del Vescovo contro cui si era avanzata formale querela, e nel senso del Sacro Concilio di Trento Sess. 25 cap. 14, e delle Costituzioni dell' Ordine, che la querela promossa contro il medesimo Professo venisse conosciuta, e definita dal Superiore dell' Ordine coi metodi assegnati nello Statuto. Quindi se la Curia Arcivescovile rimise ad esso l'incarto per quella provvidenza, che avesse creduto di adottare, se il Superiore dell'Ordine ha proseguito la Causa contro il Religioso Laico soggetto a Lui, se il risultato di tale procedura è stato la ricognizione dell' innocenza dell' imputato, veggo che si è agito regolarmente.

Nè la dichiarazione unita alla Sentenza di riservare il diritto al Religioso Laico di recriminare contro la calunniata, e suoi complici, *come di ragione* presentò motivo di credere, non essersi in tutto osservata tal regolarità, nè che siasi esercitata la giurisdizione sopra persona non soggetta, dappoichè colla dichiarazione d'innocenza, ne viene *ex iure* il diritto di recriminare, e colla clausola *come di ragione* non si concede che quel che concede la legge. Ora venendo alla seconda parte cioè alla recriminazione veggo, che non può negarsi al Religioso Laico di esercitare

(1) A sententia Ordinis damnatus ad S. C. appellare potest. Quando tamen agitur de gravioribus criminibus ex. g. *homicidii* vel de casibus, in quibus extraordinariae circumstantiae concurrant, S. C. facto verbo cum SSmo saepe saepius compilationem processus, et iudicium in prima instantia Curiae Episcopali committit, salva appellatione ad eamdem Sacram Congregationem.

questo diritto. Un delitto fu commesso a suo danno quando venne dolosamente accusato di un addebito, che non aveva commesso. Può quindi egli domandare colle solite preserve della irregolarità *ex defectu lenitatis* la punizione del colpevole.

In quanto poi agli atti compilati nella Curia Ecclesiastica e che si prendono a base del nuovo giudizio della Curia Laicale, il Sig. Presidente di Fermo, male si avvisa, che essi nella forma soggiacer possano a qualche eccezione, essendo la forma medesima quella, che anticamente si usava. Or siccome la forma antica era la forma propria degli atti che la Curia Ecclesiastica doveva usare, così non è punto alterata la procedura, perciocchè i nuovi metodi del Regolamento organico non sono efficaci, che pei Tribunali Laici, rimanendo sempre intatta la Procedura canonica. Trovo però il bisogno della Sanatoria Pontificia per la tradizione degli atti fatti dalla Curia Ecclesiastica alla Laica, ed il bisogno altresì delle facoltà, perchè siano i medesimi validi sotto tutti i rapporti, e possa liberamente farsene uso in giudizio avanti lo stesso Tribunale Laico, a tutti gli effetti legali fino alla Sentenza inclusivamente e sua totale esecuzione. Tanto ecc. 11 Decembre 1835.

RAVENNATEN.

Appellationis in Causis Criminalibus.

Decretum generale superius relatum anni 1835 ob §. 1. Ravennatensis Metropolitanae Suffraganeis occasionem dedit dubitandi, an per hanc dispositionem ius Appellationum in Causis criminalibus recipiendarum Curiis Metropolitanis ablatum fuerit.

Nominatim vero Faventinus Episcopus hac de re preces Sacrae Congregationi Episcoporum et Regularium porrexit, quibus, licet appellandi ius in Causis civilibus agnosceret, verumtamen opinabatur in Criminalibus locum non habere tum propter articuli primi dispositionem, tum ex eo quod consuetudo refragari sibi videbatur; quandoquidem post pontificii gubernii restaurationem una tantum Causa criminalis anno 1835 appellata ex Faventina Curia fuerat, eademque penes Sacram Congregationem, non penes Metropolitanam Curiam.

Interpellatus est Generalis Fisci Procurator Sacrae Congregationis, qui authumavit consuetudinem praetensam in themate non adesse, seu requisitis necessariis non pollere. E contra arbitratus est, generalem omnium suffraganeorum Episcopatum, Faventino non excepto, consuetudinem ab immemorabili Curiae Ravennatensi suffragari.

Res itaque in plenario auditorio proposita fuit in folio *Ravennaten. et Faventina Appellationis diei 12 Iulii 1839* ubi insuper notabatur, ius

Appellationum recipiendarum de iure communi Metropolitanis competere, sed in pontificia ditione ex privilegio Pontificum aliquas modificationes passum fuisse. Pius VII. in Constitutione *Post diuturnas* imperavit, ut « tutte le Cause Criminali provenienti dalle Curie de' Vescovi si trasfe- » riscono dalla Curia dell'A. C. alla Sagra Congregazione de' VV. e RR.; » e tutte le appellazioni, compulsorie e inibizioni relative alle medesi- » me cause dovranno accordarsi per l'avvenire da Monsignor Uditore » del Papa. »

Tandem in Appendice al Regolamento organico e di procedura criminale pro norma Curiarum Ecclesiasticarum diei 5 Novemb. 1831 Art. 9 statuitur: « Le Appellazioni delle Sentenze Criminali dei Tribunali Eccle- » siastici sono deferite alla Congregazione dei Vescovi, e Regolari, salvi » i diritti dei Metropolitani, dove sono in osservanza. » Et postea decreto supra allato diei 12 Decembris 1835, Auditori SSmi omnis hac de re potestas fuit erepta et per integrum Sacrae Congreg. applicata.

Haec Causa alii etiam dubitationi viam aperuit, num videlicet Sacra Congregatio cumulative cum Curiis Metropolitanis Appellationum iure fruatur ita ut appellantes ubilibet Appellationem interiicere possint. Observabatur, quod Romanus Pontifex sit Ordinarius omnium iudicum inferiorum cum omnibus Ordinariis; C. *si duobus de Appellat. 7* ideoque ad eumdem appellare liceat *omisso medio;* C. *Si quis vestrum 4* « ibi » atque etiam ad Legatum Papae; arg. *c. 1. de offic. legat.* Omnem vero dubitationem tollere videbatur il *Regolamento giudiziario* pro Causis civilibus in Ecclesiasticis Ordinariorum Curiis; nam postquam art. 3 statutum est: « Gli » Arcivescovi come Metropolitani sono giudici di Appellazione in tutte » Cause di qualunque somma, o valore giudicate in prima istanza dai Ve- » scovi suffraganei della loro provincia », subiicitur art. 4: « Nondimeno è » in libertà del soccombente di appellare *omisso medio* alla Santa Sede » ossia ai Tribunali di Roma. »

Duo itaque dubia proposita fuerunt:

« 1. Se costi del diritto della Curia Metropolitana di Ravenna di » ricevere le Appellazioni delle Sentenze emanate nelle Cause Criminali » delle Curie Suffraganee comprensivamente a quella di Faenza? *et qua-* » *tenus Affirmative.*

» 2. Se il Reo o le parti aventi il diritto all'Appello siano in libertà » di prescindere dalla Curia Metropolitana e di appellare alla S. Congrega- » zione. – Respondit ad 1. Affirmative; ad 2. non propositum. »

Quod pertinet ad secundum dubium, affirmative responsio omnem difficultatem respuere videtur ut patet ex iis, quae modo notata sunt. Hinc Emi Patres in dubii eiusdem discussione immorari diutius non censuerunt.

EPISTOLA ENCYCLICA

Episcopis Ditionis Pontificiae data super appellationibus in devolutivo vel suspensivo.

Emo e Rmo Sig. Mio Ossmo

La Santità di Nostro Signore, intenta a rimuovere gl' impedimenti, che con le appellazioni, e ricorsi all'A. C. ed altri Tribunali, e Congregazioni di Roma, si opponevano alle Curie Ecclesiastiche nel riparare agli scandali, e promuovere il buon costume, e l'osservanza della disciplina de' S. Canoni, colla Sua Costituzione *Post diuturnas* dei 30 Ottobre 1800 ordinò che in avvenire non si dasse alcun ricorso dalle procedure Criminali delle Curie Ecclesiastiche suddette, se non che alla Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari, commettendo a Monsignor suo Uditore, di spedire a tale effetto le Citazioni speciali nelle date occorrenze. Ma informata dell'abuso, che la malizia dei ricorrenti suol fare di tali citazioni speciali, con sottrarsi, almeno finchè ne sia moderata l'inibizione, dalle provide vigilanze delle stesse Curie Ecclesiastiche, sino ad insultarle con sfacciataggine, conversando impunemente sotto gli occhi delle medesime, ad onta delle providenze date, per reprimere la loro baldanza, e riparare agli scandali; dopo avere maturamente esaminata, e ponderata una rappresentanza di commissione della Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari umiliatale dall'infrascritto Monsignor Segretario della medesima, è venuta nella determinazione di provedere anche a questo inconveniente, onde le appellazioni, e ricorsi introdotti per rimedio degli oppressi, non servano per fomentare l' iniquità, e il mal costume. Nell' Udienza pertanto accordata al suddetto Monsignor Segretario li 7 dello scorso Gennaro, ha comandato, notificarsi colla presente Circolare a tutte le Curie Ecclesiastiche, esser Sua Pontificia intenzione, che qualunque appellazione, o ricorso dalle loro procedure Criminali, o di correzioni di costumi, ed osservanza di Disciplina, interposte a qualunque Tribunale, o Congregazione di Roma, ancorchè ammesse con citazioni speciali, e con inibizione di Monsignore suo Uditore (1) non debbano valutarsi, che per il solo effetto devolutivo, senza ritardare l'esecuzione delle providenze date dalle stesse Curie, tanto per Sentenza definitiva, quanto per decreti, ed ordini interlocutorii, ed anche economici, sempre che non si tratti della trasmissione alla Galera, o all' Ergastolo, o di altra pena corporale più grave (la quale eccezione però neppure dovrà aver luogo rispetto ai Contumaci, se prima

(1) Huiusmodi citationes, et inhibitiones Auditoris deinde sublatae sunt, ita ut appellationes directe, et immediate penes S. Congreg. fieri debeant prout etiam ex decreto anni 1835 apparet.

non si saranno presentati spontaneamente) o che, ne' casi particolari diversamente venga ordinato da questa Sagra Congregazione. Vuole inoltre Sua Santità, che nel caso di tali appellazioni, e ricorsi, le Copie degli Atti, prima che siano publicati con l'assegnazione del termine a far le difese, non siano consegnate alle Parti, onde non restino istruite del contenuto ne' Processi, ma si rimettino direttamente a questa Sagra Congregazione, attendendone dalla medesima il discarico; ma intanto non si ritardi la prosecuzione de' medesimi Atti, e Processi sino alla Sentenza esclusivamente, acciò non periscano le prove. Ne porgo dunque a Vostra Eminenza la notizia per suo regolamento. E le bacio umilmente le mani.

D. V. E.

Roma 12 Febbraro 1803.

SUPER DURATIONE PRAECEPTORUM

5 Settembre 1839.

In riscontro alla dimanda avanzatami da V. S. Illma con fog. N. 668 sulla durata dei precetti ingiunti dai Tribunali non ho che a confermarle il disposto col precedente Dispaccio del 21 Febbraro 1838 N. 23074 (*).

Nel medesimo è contemplato tanto il Caso del precetto che s'ingiunge con una Comminatoria di pena stabilita con una quantità di tempo determinato, nel qual caso, decorso il lasso di questo tempo senza che sia avvenuta contravenzione, il precetto rimane perento, quanto l'altro caso, in cui nel precetto non venne specificato un termine fisso di pena pel caso in Contravenzione, il precetto rimane risoluto col decorso di un anno dall' epoca dell' ingiunzione.

Dalla Segreteria per gli affari di Stato interni 5 Settembre 1839.

A. D. Card. Gamberini.

(*) Segue il Dispaccio dei 21 Febbraro 1838 N. 23074. I precetti ingiunti dai Tribunali ordinarii non possono durare oltre il termine stabilito nelle Sentenze di Condanna, o nell' atto dell' ingiunzione del precetto medesimo. Nei casi di contravenzione durano per quel tempo che sono gli stessi precetti rinnovati. Qualora poi non siasi prefisso il termine per la durata dei precetti, essi si considerano cessati dopo il decorso di un anno (1).

A. D. Card. Gamberini.

(1) Quamvis suprascripta declaratio facta a Secretaria super negotiis interioribus Status respiciat Tribunalia laicalia tamen ex ea etiam Tribunalia Ecclesiastica normam desumere poterunt.

EXCERPTA

EX CONSTITUTIONIBUS AEGIDIANIS ET APOSTOLICIS

NEC NON

EX CONCILIO TRIDENTINO

QUAE CAUSAS CRIMINALES RESPICIUNT

EX AEGIDIANIS CONSTITUTIONIBUS

Lib. 4. cap. 69.

Item quia propter falsas aliquorum nequitiae filiorum accusationes, seu delationes super incestu, et adulterio (quod inter aliquas personas praetenditur perpetratum) interdum turbantur matrimonia quiescentia, et quoad thorum periculose et indebite separantur: nascuntur inter ipsos amicos odia, et scandala generantur: nos huic morbo aequam, et congruam volentes adhibere medelam, eadem auctoritate statuimus, quod in criminibus incestus, et adulterii, stupri, fornicationis, nullus accusando, vel defendendo privatim, vel publice admittatur, nisi esset pater, mater, avus, vel avia, filii, et nepotes utriusque sexus usque ad secundum gradum, fratres, et sorores, et filii fratrum, et sororum: qui praenominati solum ad praedictam accusationem, seu delationem, quia domus, et generis sui quodammodo prosequuntur iniuriam, admittantur.

CAP. 70.

Item publica adulteria poenarum adiectione coercere volentes et declarantes constitutiones in quarto libro, De raptu mulierum, adiicimus ut contra infamatum de adulterio, si publica laborat infamia, etiam procedi valeat ex officio.

EX CONSTITUTIONE BENED. XIV. INCIPIEN.

Iustitiae gladium. 2. part. §. *1.*

Alle Donne oneste, o almeno che non sieno *gravemente diffamate,* non si facciano precetti senza prove sufficienti, e senza che preceda la trina monizione prescritta dai Sacri Canoni, e dal Sagro Concilio di Trento; fatto poi che sia una volta con prove legittime, e con dette precedenti ammo-

nizioni, *non si rinnovi la seconda volta,* ma provata che sia la Contravenzione, si eseguisca contro l'uomo la pena dell' Esilio, o altra pena comminata nel Precetto, quale non possa mai commutarsi in pena pecuniaria senza nostro special Rescritto, e de' Nostri Successori; e quanto alla Donna si provveda in quella forma, che stimerà migliore la prudenza del Capo del Tribunale, secondo la diversa qualità de' casi: che se mai alcuno dei precettati giustificherà di essere innocente, non solo debba cancellarsi il Precetto, o in tutto *gratis,* o al più *con soli tre paoli,* e non più, per il Decreto di Cancellazione; ma inoltre resti al medesimo l'arbitrio, ed il dritto di convenire i suoi Calunniatori, e quando mai dal Giudice, da cui è stato precettato, se gli negasse, o ritardasse la Giustizia, possa ricorrere ai Giudici Superiori per ottenere la rivocazione, servando però intanto il Precetto, che gli è stato fatto.

EX CONSTITUTIONE CLEMENTIS XII. INCIPIEN.

In supremae iustitiae solio.

§. 2. . . . Statuimus, quod Clericus primae Tonsurae nullum Beneficium ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones Clericis huiusmodi a Concilio Tridentino praescriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen Homicidiis animo deliberato, ac praemeditato per eum patratis, privilegio fori, et canonis. . . . exuatur, et uti incorrigibilis omnino saeculari potestati subiiciatur, ab ea tamquam laicus legitimis poenis plectendus. Clericus quoque in minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter Beneficiatus, nec praescripta a Concilio Tridentino servans tam coelebs, quam coniugatus in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, neque a proprio Episcopo, seu Ordinario repiti, minusque habitum clericalem. . . . reassumere possit post totaliter expiatam poenam. Declaratio autem an reus ante patratum homicidium requisita a Concilio Tridentino servaverit ad Episcopum, aliumve loci Ordinarium omnino spectat, non retardata interim delinquentis assicuratione, facienda etiam per Iudicem laicum nomine Ecclesiae; Benedictus XIV. haec in Constitutione incipien. « *Alias* » confirmavit.

EX CONST. BENED. XIV. INCIPIEN.

Ad coercenda.

§. 21. . . . non così facilmente si venga a condannare le Curie Ecclesiastiche al risarcimento de' danni, e delle spese; ma quante volte dal Processo informativo risultino indizi sufficienti alla cattura, la Con-

gregazione si astenga da simili condanne, bastando tali indizi per escludere nel Giudice *quella vera, e propria calunnia*, che si ricerca per condannarlo.

EX CONCILIO TRIDENTINO SESS. XIII.

De Reformatione.

Caput I.

Episcopi prudenter moribus caste informandis invigilent: ab eorum correctione non appelletur.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, praesidentibus in ea eisdem Sanctae Sedis Apostolicae Legato et Nuntiis, intendens nonnulla statuere, quae ad iurisdictionem pertinent Episcoporum, ut, proximae Sessionis decretum, illi in commissis sibi ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius et commodius sibi subiectos regere, et in vitae, ac morum honestate continere potuerint: illud primum eos admonendos censet: ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita praeesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos, tamquam filios, et fratres diligant: elaborentque, ut hortando, et monendo ab illicitis deterreant; ne, ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur. Quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda praeceptio; ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate et patientia: cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur: et qui correcti fuerint, emendentur; aut si resipiscere noluerint, caeteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur, cum sit diligentis et pii simul pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad acriora et graviora remedia descendere, sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis, caeteros saltem oves a contagionis periculo liberare. Cum igitur rei criminum, plerumque ad evitandas poenas, et Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas, et gravamina simulent, et appellationis diffugio iudicis processum impediant; ne remedio, ad innocentiae praesidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut huiusmodi eorum calliditati et tergiversationis occurratur, ita statuit et decrevit: in causis visitationis, et correctionis, sive habilitatis et inha-

bilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in Spiritualibus Vicario generali ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelletur: nec Episcopus, seu Vicarius appellationi huiusmodi, tamquam frivolae, deferre teneatur; sed ea ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnon omni stylo et consuetudine etiam immemorabili, contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere; nisi gravamen huiusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit: quibus casibus, sacrorum et antiquorum Canonum statuta illibata persistant.

SESS. XIII.

De Reformatione.

Caput II.

In criminalibus appellatio ab Episcopo, quando Metropolitano, aut uni ex vicinioribus committenda.

A sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa, ubi appellationi locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali, aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales diaetas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibus, committatur (1).

Caput III.

Acta primae instantiae intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

Reus, ab Episcopo, aut eius Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice, ad quem appellavit, acta primae instantiae omnino producat: et iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionem minime procedat. Is autem, a quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioquin absque illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit, terminetur.

(1) In ditione pontificia servandum erit decretum huius S. C. incipien. *non ita pridem* superius relatum, aliaeque peculiares praescriptiones vide pag. 177, et sequentes.

SESS. XIII.

De Reformatione.

Caput VI.

Non citetur personaliter Episcopus, nisi depositionis, aut privationis causa.

Quoniam vero subditi Episcopo tametsi iure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, et tamquam iniuria affecti sint, falsa illi crimina obiicere solent: ut, quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant: cuius vexationis timor plerumque illum ad inquirenda et punienda eorum delicta segniorem reddit: idcirco, ne is magno suo, et Ecclesiae incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit et decrevit, Episcopus nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationem, vel accusationem sive alio quovis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

Caput VII.

Qualitates testium contra Episcopum describuntur.

Testes causa criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, et bonae conversationis, existimationis, et famae fuerint, non recipiantur; et si odio temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus poenis mulctentur.

Caput VIII.

Graves Episcoporum causae a Pont. Max. cognoscantur.

Causae Episcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

SESS. XIV.

De Reformatione.

Caput I.

Si prohibiti ascendere ad ordines, ascendant, si interdicti, si suspensi, puniantur.

Cum honestius, ac tutius sit, subiecto, debitam est Praepositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deservire, quam cum Praepositorum scandalo, graduum altiorum appetere dignitatem: ei, cui ascen-

sus ad Sacros Ordines a suo Praelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus; aut qui a suis Ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.

SESS. XIV.

De Reformatione.

Caput VI.

Poena decernitur in Clericos, qui in sacris constituti, aut beneficia possidentes, decenti sui ordinis veste non utuntur.

Quia vero, etsi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, et per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, Religionisque contemptus, ut propriam dignitatem et honorem Clericalem parvi pendentes, vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus: propterea omnes Ecclesiasticae personae, quantumcumque exemptae, quae, aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo, suo etiam per edictum publicum moniti fuerint,. honestum habitum Clericalem, illorum ordini et dignitati congruentem, et iuxta ipsius Episcopi ordinationem et mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, ac fructibus, redditibus, et proventibus, ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, et beneficiorum huiusmodi coerceri possint, et debeant: constitutionem Clementis quinti, in Concilio Viennensi editam, quae incipit. *Quoniam,* innovando et ampliando (1).

(1) Vid. etiam Const. « Cum sacrosanctum » 9 Ianuarii 1589 et « Pastoralis » 31 Ianuarii 1589 a Sixto V editas, et Const. Benedicti XIII. « Catholicae Ecclesiae » 2 Maii 1725.

SESS. XXI.

De Rèformatione.

Caput VI.

Imperitis Rectoribus vicarii cum parte fructuum pro tempore deputentur : in scandalo perseverantes privari beneficiis possint.

Quia illitterati et imperiti parochialium ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis, et alii propter eorum vitae turpitudinem potius destruant, quam aedificent, Episcopi, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, eisdem illitteratis et imperitis, si alias honestae vitae sint, coadiutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint ; quacumque appellatione et exemptione remota. Eos vero, qui turpiter et scandalose vivunt, postquam praemoniti fuerint, coerceant, et castigent, et, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, iuxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione, et appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

SESS. XXII.

De Reformatione.

Caput XI.

Bonorum cuiuscumque ecclesiae aut pii loci occupatores puniuntur.

Si quem Clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam imperiali, aut regali, praefulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicuius ecclesiae, seu cuiusvis saecularis, vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura, etiam feudalia, et emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quae in ministrorum et pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quaesito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare praesumpserit, seu impedire, ne ab iis ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus et reditus, quos occupaverit,

vel qui ad eam quomodocumque, etiam ex donatione suppositae personae, pervenerint, ecclesiae, eiusque administratori, sive beneficiato, integre restituerit; ac deinde a Rom. Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem ecclesiae patronus fuerit etiam iure patronatus ultra praedictas poenas eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandae fraudis, et usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem poenis subiaceat; nec non quibuscumque beneficiis privatus sit, et ad quaecumque alia beneficia inhabilis efficiatur, et a suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem et absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

SESS. XXIV.

De Reformatione.

Caput V.

Causae criminales contra Episcopos, maiores a solo Sum. Pont. minores a concilio provinciali cognoscantur.

1. An Episcopus in Conventibus suae iurisdictioni subiectis possit Abbates, Priores, Guardianos, et alios Superiores locales deputare, et familiam constituere.

2. An possit Episcopus a praedictis Conventibus Religiosos amovere.

3. An Regulares eorundem Conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, et exitus, et reddendas rationes administrationis.

4. An Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere possit in his, quae regularem disciplinam concernunt.

5. An Ecclesiae dictorum Conventuum, et Capellae Granciarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.

6. An ipsae Granciae, et Conversi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.

7. Quid in Ecclesiis, seu Capellis Granciarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi.

8. An liceat Episcopo visitare Conventus tam suppressos, et postea restitutos, quam non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.

9. An Episcopus visitans huiusmodi Conventus suae iurisdictioni supposítos, aut personas in eis degentes possit a visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.

10. An iurisdictio Ordinariis locorum tamquam Sedis Apostolicae Delegatis attributa in supradicto Decreto competat Vicariis generalibus Episcoporum, necnon Abbatibus, et aliis inferioribus Praelatis proprium Territorium, ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

11. An Provinciales, et alii Superiores Regulares possint eiusmodi Conventus iurisdictioni Ordinarii subiectos, et Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, et punire, omnemque iurisdictionem in eos exercere sicut poterant ante dictum Decretum.

12. Si superior Regularis in causa praevenerit contra subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subiectis fabricando processum, vel eum carceri mancipando, an Episcopus possit huiusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere.

13. Si e converso Episcopus praevenerit in causa contra Religiosum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amovere, et in alio Conventu collocare, et si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum Conventum.

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus a tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.

15. Si a Conventu primum suppresso, ac deinde Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, et ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibi degentium, an gratia restitutionis sit nulla, et Conventus romaneat suppressus ut prius.

16. Quid si a Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, et ad modicum tempus absit aliquis e sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia, Conventus subiaceat iurisdictioni Ordinarii.

17. An Religioso illo redeunte, vel alias impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.

18. Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, et postea contingat, ut eiusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.

19. Ad hoc, ut gratia restitutionis sit nulla, et Conventus denuo remaneat suppressus propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, an debeat praecedere declaratoria Episcopi super facto praevia causae cognitione.

20. An ab huiusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum tam devolutivum, quam suspensivum.

21. Cum ex Decreti praescripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant esse maturae aetatis, quaenam dicatur ad hunc effectum aetas matura.

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superius proposita hunc in modum respondit, videlicet:

Ad 1. Non posse.

Ad 2. Posse ex rationabili causa, commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus.

Ad 3. Posse compelli.

Ad 4. Posse.

Ad 5. Posse.

Ad 6. Subesse.

Ad 7. Itidem subesse.

Ad 8. Minime licere antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.

Ad 9. Expedire, ut Sanctissimus Dominus Noster decernat, et declaret non licere Episcopo tales Conventus visitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Posse sicut prius, non tamen privative ad Episcopum.

Ad 12. Non posse, nisi ex iusta causa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constituere, quam causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum a loco amovere, et si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, et illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, et brachio saeculari, si opus fuerit, cuiuscumque loci, in quo Religiosus ille reperiatur.

Ad 14. Non posse.

Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum remanere suppressum.

Ad 16. Subiacere durante absentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18. Non reviviscere.

Ad 19. Debere ita praecedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.

Ad 21. Aetatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas Sanctissimus Dominus Noster ad se relatas approbavit, et ab omnibus, ad quos pertinet, observari praecepit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae die 27 Iulii 1655.

B. Card. Spada

Loco ✠ Sigilli

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secret.

Anno a Nativitate D. N. JESU CHRISTI 1635. Indictione octava, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, et D. N. D. Alexandri divina providentia Papae Septimi anno eius primo, die vero sexta mensis Augusti, supradictas Declarationes affixas, et publicatas fuisse in Ecclesia Lateranensi, et Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariae Apostolicae Valvis, ac in acie Campi Florae, et in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Laurentium Lazzonium Apostolicum Cursorem.

Pro D. Mag. Cursorum
A. Castruccius.

NULLIUS LOCI RIPALTA

Iurisdictio data Ordinariis a Constit. Instaurandae *competit etiam Abbatibus Nullius.*

Francisco Filiberto Vibò Abbate di Ripalda *Nullius Diaecesis Provinciae Taurinensis* espone qualmente nel luogo d' Orbessano soggetto alla sua giurisdizione si ritrova un Priorato con cura d' anime, ch' è membro, o Grancia di detta Abbadia; E perchè in vigore della Bolla *Instaurandae* della fel. mem. d' Innocenzo X., e delle Lettere circolari della Sagra Congregazione la detta Cura fu tolta dalla sua giurisdizione, e data ad un Prete conferitagli dall' Arcivescovo di Torino, mosso questo a ciò perchè la Congregazione dice spettare conferire questa all' Ordinario, pretende dopo la morte di detto Prete riasssumere la carica di conferire detta Cura, perchè egli è Ordinario ecc.

Sacra Congregatio super statu Regularium alias censuit Iurisdictionem Ordinariis locorum attributam in Constitutione Sa. Mem. Innocentii, quae incipit *Instaurandae* nec non in eius Decreto, quod incipit, *Ut in parvis,* competere etiam Abbatibus, et aliis inferioribus Praelatis proprium Territorium, et Iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

Datum Romae 6 Septembris 1656.

DECLARATIO

Const. « Ut in parvis ».

Beatissimo Padre

Il Procurator Generale de' Cappuccini rapresenta umilmente alla Santità Vostra qualmente da più Provinciali delle Provincie, massime delli Regni di Napoli, e di Sicilia viene avvisato farsi ben spesso lecito alcuni Vescovi d'andar alli Monasteri della Religione per indagare se vi sia il numero prefisso de' Frati descritto nel Decreto, *Ut in parvis etc.* ultimamente fatto dalla san. me. di Papa Innocentio X. E se a caso non vi trovano il numero sudetto effettivo de' Frati (benchè fossero alcuno di loro partiti per qualche giorno per causa di Predicazioni, o simili ecc.) prendono immediatamente il possesso, con fare ogn' altra funzione ecc. E perchè ciò fanno nei Conventi ne' quali stanno collocati effettivamente di famiglia maggior numero de' Frati delli descritti nel medesimo Decreto, lo che è contra la forma dello stesso Decreto, non senza continuato disturbo de' poveri Frati. Perciò il Procuratore sudetto supplica umilmente la Santità Vostra degnarsi di dichiarare, che il Decreto sudetto non comprende que' luoghi, ne' quali stanno effettivamente collocati di famiglia maggior numero de' Frati delli sei descritti nel medesimo Decreto; E che perciò in quelli gli Ordinari non possono aver alcuna giurisdizione.

Che della grazia ecc.

Sacra Congregatio super statu Regularium censuit Conventus numquam suppressos, in quibus actu degunt de familia plures, quam sex Religiosi, minime comprehendi in Decreto sa. mè. Innocentii X. quod incipit, *Ut in parvis.* Ac proinde locorum Ordinarios nequaquam posse in vim dicti Decreti in huiusmodi Conventibus, aut illorum personis ullam sibi iurisdictionem vindicare.

Dat. Romae die 29 Novembris 1657.

B. Card. Spada

Loco ✠ sigilli.

Prosper Fagnanus Secret.

CORNETANA

Vicarius generalis non potest esse Diaecesanus.

Al Vescovo di Corneto

I Decreti Generali della S. Congregazione dispongono, che gl' Ordinari de' luoghi non debbano tenere nella Curia di Vicario Generale soggetti Diocesani, massime quando per l'aderenze, e parentele si rendono sospetti nell' amministrazione della giustizia: rappresentandosi però, che V. S. abbia deputato per suo Vicario Generale nella città di Corneto Muzio Polidori, che oltre l'essere Diocesano è anco Curato di anime. Questi etc. mi hanno comandato di insinuarle la notizia degl' accennati Decreti, il che fò col mezzo di questa, acciocchè ella si contenti di conformarsi con essi ed il Signore la prosperi.

20 Augusti 1660.

IADREN

Episcopi non tenentur Examinatoribus Synodalibus uti in examine Ordinandorum.

Al memoriale dell' Arcivescovo, il quale espone, che li suoi esaminatori Sinodali pretendono di pallottare gl' Ordinandi con li loro Voti, e che l' Arcivescovo sia necessitato ad ordinar gl' approvati da loro, onde supplica di provisione.

Sacra etc. attentis narratis censuit Archiepiscopum non teneri uti Examinatoribus Synodalibus in examine Ordinandorum, prout non teneri praesentis Decreti vigore declarat, et decernit. In contrarium etc.

17 Septembris 1660.

PLACENTINA

Funerum

Eminentissimi e Reverendissimi Signori

Per occasione de' mortorii e funerali sono nate tra i Monaci Casinensi di S. Sisto di Piacenza umilissimi Oratori dell' EE. VV. ed i Parrochi della stessa Città, alcune differenze, che in sostanza si riducono a tre.

Primo, se li Monaci suddetti, quando sono invitati, e vanno a mortorii siano obligati convenire nella Chiesa Parocchiale.

Secondo, se possano quei, che fanno li mortorii, ed esequie, dar maggior quantità di candele e cera a i detti Monaci, di quello, che diano al Paroco, o Parochi, ed al Clero secolare.

Terzo, se portandosi a sepellire i morti nelle Chiese delli Monaci sia lecito ai Parochi entrare nelle dette Chiese, o pure siano obligati a lasciare i cadaveri su la porta, ed ivi dare l' ultimum vale.

Per terminazione di queste differenze è piaciuto all' EE. VV. dar per Ponente l' Eminentissimo Pallotta, ed avendo l' Eminenza Sua riferito, e le parti informato hinc inde in facto, et in iure vengono ore l' EE. VV. umilmente supplicate a dare la risoluzione. E tutto etc. Quas Deus etc.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita attentis narratis, reque, auditis partibus Eminentissimo Pallotta referente, mature discussa, et examinata, censuit, declaravit, et decrevit, quoad primum, Monachos huiusmodi accedentes ad funeralia defunctorum in aliena Parochia convenire debere in Ecclesia Parochiali cum aliis pariter accessuris, et inde omnes una cum Parocho ad domum defuncti efferendi ritualiter procedere.

Circa secundum, distributionem Candelarum, quoad differentiam quantitatis, pendere ab arbitrio haeredum, aut aliorum distribui mandantium.

Et demum circa tertium, servanda esse decreta, et declarationes alias factas, scilicet Parochis in associatione, sive occasione associationis Cadaverum, non licere ingredi Ecclesiam Monachorum praedictorum, sed teneri dimittere eadem Cadavera ad ianuam Ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, et dare ultimum vale, officia vero, et alia munia, quae in huiusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis Monachis peragi debere, non autem a Parochis. Atque ita in praemissis omnino deinceps fieri, et exequi praesentium vigore mandat, ac praecipit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae 16 Decembris 1661.

M. Card. Ginnettus

Locus ✠ Sigilli

E. Episc. Camer. Secr.

PLACENTINA

Super exclusione familiarium Episcopi a Capitulo, aliisque.

Sacra etc. vertente differentia inter Episcopum Placentinum, Archidiaconum Cathedralis eius Vicarium, et alios ex una, et quindecim Canonicos eiusdem Cathedralis altera ex partibus respective.

1. An excludi debeant a Capitulo Vicarius, et alii Canonici familiae Episcopi quando de rebus ad ipsum spectantibus agendum est?

2. An Capitulum possit circa materialia Ecclesiae privative quoad Episcopum agere, et disponere?

3. An quaedam asserta lis mota a Capitulo contra Episcopum in S. Rituum Congregatione, contradicentibus aliquibus Capitularibus, fieri, et agitari debeat expensis Massae communis Capitularis?

Re mature, ac diligenter examinata saepius auditis partibus, sive earum Procuratoribus hinc inde informantibus Emo Pallotta referente, censuit, declaravit, ac decrevit.

Quoad primum non esse excludendos Vicarium, et Canonicos familiares Episcopi ab intervenientia in Capitulo in casu supra expresso.

Quoad secundum non licere Capitulo aliquod innovare in Ecclesia sine consensu Episcopi.

Tertium vero adhuc ulterius discutiendum ad alium Eminentissimorum Patrum congressum differri voluit, firmo remanente Decreto eiusdem S. Congregationis sub die 9 Septembris emanato, videlicet supersedendum esse in executione usque ad decisionem causae, atque ita in praemissis earum praesentium vigore declarat, et decernit, et conformiter servari mandat, ac praecipit, in contrarium allatis non obstantibus quibuscumque.

Romae 23 Martii 1662.

DECLARATIO, SIVE APPENDIX DECRETI SA. ME. INNOCENTII PAPAE X.

Super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis.

Fidelis Domorum temporalium in Monasteriis PP. Cassinensium administratio ad cultum Divinum augendum, et ad Monasticam Disciplinam, vel retinendam, vel reparandam adeo confert, ut ne dum fraudes administrantium, si quando interveniant, corrigere necesse sit, sed insuper expediat, ipsam fraudandi occasionem e Monasteriis eliminare; Quibus non satis consultum videtur, si ab iis detrimentum, nisi et periculum arceatur.

Ideo cum dubitatum ab aliquibus fuerit. An poenae in Decreto per sa : me : Innocentium X. die 9 Ianuarii 1654 edito statutae adversus Cellerarios, publicam, ut vocant, Capsam ex praescripto eius Decreti instituere negligentes , locum sibi vindicent contra illos, qui Capsae quidem institutione omissa, munus tamen suum ceteroquin fideliter, et sedulo procurasse noscuntur.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis aeconomicis PP. Cassinensium praeposita , auctoritate sibi per Sanctissimum Dominum Nostrum specialiter attributa, declaravit, et quatenus opus sit ex integro decrevit.

Supradictis poenis Cellerarios in posterum obnoxios fore qui publicam Capsam, servatis conditionibus in praenarrato Decreto requisitis non confecerint, quamvis officium suum fideli, diligenti, atque etiam utili administratione peregisse probaverint.

Iisdemque poenis singulos quoque Monachos subiacere voluit Sacra Congregatio, qui Cellerarii, sive depositarii partes sibi usurpando, pecunias quoquomodo ad Monasterium pertinentes exegerint, easque ad Capsam statim deferre, ibique in publicis libris descriptas re ipsa consignare praetermiserint. Esto quod urgentes ob causas illas exegisse, retinuisse, aut in Monasterii utilitatem, seu necessitatem cum Abbatis , et superiorum licentia erogasse docuerint.

Quoniam vero ipsi Abbates faciliorem aditum auctoritate sua ad huiusmodi pecunias exigendas, aut retinendas parare sibi valent , eo districtius poenis laudato in Decreto praescriptis se obligatos esse intelligant, eoque minus recensitas supra excusationes sibi suffragaturas, quominus peccandi licentiam , quam subditorum animadversionem zelando coercere debuerant, exemplo confirmant.

Datum Romae hac die 26 Maii 1662.

I. Episc. Sabinen. Card. Sacchettus Praef.

Loco ✠ Sigilli

C. De Vecchis Episc. Clus. S. C. C. Secr.

AQUILANA

Electio Vicarii Capitularis ad tempus limitata ad S. Sedem devolvitur.

Al Vicario Capitolare di Aquila

Benchè l' elezione del Vicario Capitolare fatta da cotesto Capitolo in persona vostra a tempo limitato sia invalida, e contro la disposizione del S. Concilio di Trento, e Decreti Generali di questa S. Congregazione, e però il *ius eligendi* per questa volta sarebbe devoluto a questa Santa Sede, nondimeno questi Emi etc. in riguardo del buon servizio, che si ripromettono dall' opera vostra, sono benignamente condiscesi a contentarsi, che liberamente proseguiate l' esercizio di tal carica senz' alcuna limitazione di tempo, con le facoltà solite di Vicario Capitolare, che in virtù della presente vi si communicano. Ve lo significo.

7. Luglio 1662.

IANUEN.

Dispensationis super matrimonio rato.

A Monsignor Ugolini Vescovo di Genova

Avendo io riferito alla Santità di Nostro Signore le cause del discioglimento del matrimonio rato, e non consumato di Ballilano Pallavicino, e Anna Maria Pinelli nobili di Genova, e gl' odii, e inimicizie insorte per tal causa, non solo tra di essi coniugi, ma anche tra i loro parenti, con evidente pericolo di qualche grave scandalo, e disordine, la Santità Sua è benignamente condiscesa a contentarsi, che si dispensi alla dissoluzione di detto matrimonio secondo l' istanza fattane da i medesimi di comun consenso, e che se ne spedisca il Breve a quell' Emo Arcivescovo colla facoltà necessaria, e in conformità dell' aggiunto Memoriale. Io però lo significo a V. S. Illma, perchè si compiaccia di farne eseguire la detta spedizione, e le bacio ec.

Ex Audientia SSmi 22 Novembris 1662.

De modo probandi mortem coniugis tempore pestis.

Rappresentando Chiara Pizzuti Vedova di costì di aver contratto matrimonio con Giacinto Diosalvi Romano, e di non poterlo effettuare, perchè non sia permesso di provare la morte di Francesco Erculeo già

suo marito, per esser questa seguita nel Lazzaretto dell' Isola in tempo del contaggio, e trascuratosi di annotarla al solito libro de' Morti, ha supplicato di opportuna provisione ; E questi etc. mi han comandato di scrivere a voi, che mentre non si possa avere la prova della morte del suddetto Erculeo per fedi di Parroco, e secondo l' Istruzione fatta sopra di ciò dalla S. C. del S. Uffizio a causa del difetto accennato, vi risolviate in tal caso, conforme alla comune opinione de' Dottori circa la prova della morte.

24 Novembre 1662.

ELNEN.

Processio intimari non potest a Vicario Capitulari inconsulto Capitulo.

Sacra etc. auditis partibus, Emo Carpineo referente, censuit, et decrevit, Vicarium debuisse de consilio Capituli indicare Processionem publicam, nec sine huiusmodi consilio potuisse praecipere eidem Capitulo, ut conveniret sub poena pecuniaria, et esse restituendam, si fuit exacta. Ita harum vigore decrevit, in contrarium allatis quibuscumque non obstantibus.

Romae 11. Maii 1663.

DECLARATIO

Constit. « ut in parvis » *super procuratione.*

Cum Sacra Congregatio super statu regularium alias consulta, an Episcopus visitans parvos conventus suae iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes ad praescriptum Decreti sa : me : Innocentii X. quod incipit, *ut in parvis* possit a visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, dixerit expedire, ut Sanctissimus Dominus Noster decernat, et declaret non licere Episcopo tales Conventus visitanti quicquam accipere procurationis nomine : Sanctitas Sua Congregationis sententia audita, eam expresse approbavit, noluitque licere Episcopis huiusmodi Conventus visitantibus aliquid accipere procurationis nomine, seu in pecunia, seu in victualibus, et ita observari praecepit, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore iuris clausis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae die 25 Iunii 1664.

Marcus Antonius Card. Franciottus

Loco ✠ Sigilli

Prosper Fagnanus Secr.

Minores Cappuccini possunt benedicere animalia, et praedia.

Al Nunzio di Venezia

Rappresentando il Procurator Generale de' Cappuccini, che l' Arciprete di Lunigo Diocesi di Vicenza pretende impedire i Frati del Suo Ordine di detto luogo il benedire le possessioni con la stola privatamente senza solennità, raccommandare l' anima alli moribondi, e far altre simili funzioni di che vengono ricercati dalla Devozione dei fedeli, e non spettano privative al Paroco; Non ostante l' ordine dato dalla Sagra Congregazione sotto li 31 Agosto dell' anno 1629 in tal materia per i Frati di Nogarole Diocesi di Verona, che non dovessero essere impediti, supplicando però di opportuna provisione; Questi ecc. mi hanno comandato di scrivere a V. S. che in ogni maniera faccia eseguire in conformità dell' ordine sudetto. Tanto ecc.

Roma 28 Novembre 1664.

STATUTA

Pro ingressu Superiorum in Clausuram Monialium.

ALEXANDER VII.

Inc. Felici Sacrarum etc.

Statuit hic Alexander multa pro Superioribus Monialium existentium intra fines Italiae, et Insularum adiacentium;

I. Ne Superiores regulares, qui Monialium monasteriorum curam habent, illa ingrediantur, nisi semel in anno in visitatione;

II. Si pluries in illa ingredi opus sit, petant licentiam ab Ordinario, qui eis dabit socium;

III. Superior habeat unicum Socium, et per se visitet;

IV. Si Superior sit Generalis, habeat socios duos,

V. Visitatori assistant quatuor Moniales ex antiquioribus, et omnes Moniales sint in choro, sed visitatio personalis fiat ad crates.

VI. Confessarius non ingrediatur nisi ob necessitatem ministrandi Sacramenta;

VII. Confessarii pernoctare non possunt nisi in suis conventibus, iubenturque Moniales cellas, et mansiones Confessariorum regularium, si sint proxime conventui, destruere.

VIII. Quod si monasterium Monialium sit in urbe, Fratrum extra, vel vice versa, tunc possunt pernoctare Confessarii in aliqua domo prope monasteria ;

IX. Poenas inobedientibus minatur N. O.

Nulli ergo etc.

Dat. in arce Gandulphi XIII. Cal. Nov. Pont. an. X. an. D. 1664.

TORTONEN.

Non convenit ut Nepos Episcopi sit illius Vicarius generalis.

Al Vescovo di Tortona

È stato più volte risoluto da questa S. C. non essere conveniente che li Vescovi si vagliano de' suoi Nipoti per Vicari Generali, ed essendo pervenuto a notizia della medesima, che V. S. per molto tempo faccia esercitare tal carica da Ludovico Sestola suo Nepote, Questi ecc. mi hanno comandato d' ordinarle, che conformandosi Ella coi sentimenti della stessa S. C. non manchi di provvedersi d'altro soggetto forestiero, e tanto più, che si è inteso, che detto suo Nepote sia Canonico Coadiutore nel Duomo di Milano, dove è necessario, ch' egli risieda per il servizio di quella Chiesa.

12 Novembre 1666.

VELITERNEN.

Conventualium super iure recitandi officium, et reliqua peragendi cum Cadavera in eorum Ecclesiis deferuntur.

Die 22 Augusti 1670.

Sacra etc. audita super expositis relatione Suffraganei Veliterni, referente Emo Card. Vidono, censuit, in casu de quo agitur, dandam esse infrascriptam declarationem saepe alias editam, eamque observari debere.

Congregatio etc. saepius respondit. Quoties Cadavera ad Ecclesias Regularium deferuntur, officium, et reliqua, quae in huiusmodi Ministerio adhiberi solent, non a Canonicis, nec a Clero, sed ab ipsis Fratribus peragi debere.

DECRETUM SACRAE CONGREGATIONIS

Super statu Regularium circa Vicarias Parochialium in Grangiis Monasteriorum.

Ad dirimendas controversias, quae circa Vicarios Curam Animarum exercentes in suppressis Grangiis Monasteriorum, et circa congruam ipsis Vicariis assignandam, inter Superiores Regulares, et locorum Ordinarios in dies oriuntur occasione Constitutionis fel. rec. Innocentii X. incipien. *Instaurandae,* et literarum circularium desuper emanatarum sub die 30. Maii 1653. Sacra Congregatio super statu Regularium, Sanctissimo Domino Nostro approbante, praesenti Decreto statuit, ut in posterum minime liceat ipsis Ordinariis locorum ex quavis causa, vel praetextu, aut quaesito colore Vicarias perpetuas ab eis, vel eorum Praedecessoribus in praedictis suppressis Grangiis constitutas facere amovibiles, nec vice versa constitutas amovibiles facere perpetuas, absque licentia ipsius Sacrae Congregationis: Nec congruam portionem, quam semel Vicariis perpetuis, vel amovibilibus earundem Grangiarum, sive in quantitate, aut quota fructuum, sive in pecunia numerata, sive alia re stabili ipsi Ordinarii, vel eorum Praedecessores semel constituerint, seu adsignaverint, quoquo modo augere, vel minuere, aut immutare Sacra ipsa Congregatione inconsulta: decernens irritum, et inane si secus ab eis scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac similiter Superioribus Regularibus minime fas sit cum ipsis Vicariis iam deputatis, seu deinceps deputandis publicas, aut secretas pactiones, seu conventiones inire super diminutione, aut alteratione, seu variatione dictae congruae, easque pactiones, seu conventiones, tanquam de simoniaca labe, atque avaritia suspectas, Sacra Congregatio omnino reiicit, atque interdicit, eosque, qui contra fecerint, poenis adversus Simoniacos editis teneri decernit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae die 8 Octobris 1670.

V. Card. Carpineus

Loco ✠ Sigilli

P. Fagnanus Secr.

Die 25. Octobris 1760. supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad valvas Curiae, et in acie Campi Florae, in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Carolum Franceschinum Sanctissimi D. N. PP. Cursorem.

Ioseph Pizzardus Mag. Cursorum.

LISBONEN.

Approbationis Congregationis Presbyterorum Oratorii.

Sacra etc. Referente Emo Card. Cybo, veris etc. censuit, si SSmo Domino Nostro placuerit, et quatenus dicta Congregatio alias canonice erecta, atque instituta fuerit, petitam approbationem et confirmationem, cum omnibus gratiis, privilegiis atque Indultis Apostolicis aliis huiusmodi Congregationibus concedi solitis Oratoribus itidem posse indulgeri; Ita tamen, ut praefata Congregatio omnimodae Iurisdictioni Archiepiscopi Ulissiponen., praesertim vero quoad Missiones subiecta sit, et esse intelligatur, a quo nihilominus ordinationes, et instituta praefatae Congregationis immutari, aut alterari minime possint.

18 Martii 1671.

FULGINATEN.

Adnotationis suffragiorum in electione Abbatissae.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori

Il Procuratore Generale de' Minori Osservanti di S. Francesco umilmente rappresenta all' EE. VV. ch' essendo stato da questa Sac. Congregazione determinato sotto li 18 di Marzo prossimo passato sopra la pretensione del Vicario Generale di Foligno di condurre seco il suo Cancelliere, e di notar li voti nell' elezione dell' Abbadessa nel Monastero di detta Città governato dalla sua Religione, che *in electionibus Abbatissae in Monasteriis Regularium adnotatio suffragiorum non pertinet ad Episcopum,* com' appare nella publica Vacchetta del sudetto mese, e com' è noto all' Eminentissimo Fachenetti, che fu Ponente: il sudetto Vicario Generale, perchè nel Decreto disteso, e dato all' Oratore fu solamente posto *non pertinere ad Cancellarium*, continua nella medesima sua pretensione di prima senz' altra ragione, che di non esser esso nominato nel sudetto Decreto: pertanto supplica umilissimamente l' Oratore l' EE. VV. per rimuover qualsivoglia equivocazione, far nuovo Decreto con l' aggiunta, che detta notazione non tocca nè al Vescovo, nè al suo Vicario, nè Cancelliere; ma al solo Superiore Regolare, che della grazia etc. Quas Deus etc.

DECRETUM

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium inherendo Declarationi alias die 18 Martii factae, iterum censuit; ac declaravit, in electionibus Abbatissarum in Monasteriis Regularibus subiectis adnotationem suffragiorum non pertinere, neque ad Episcopum, neque ad eius Vicarium, prout neque ad Cancellarium.

Romae 19 Iunii 1671.

F. M. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli

C. de V. Archiep. Athen.

CREMEN.

Confirmationis annuae electionis Abbatissae.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori

Il Provinciale della Provincia Osservante di Brescia umilmente rappresenta all' EE. VV. che Monsig. Vescovo di Crema pretende contro la Costituzione di Gregorio XV. che gli concede solo d' intervenir all' elezione dell' Abbadessa, che vive sotto la cura dell' Oratore, di voler anche intervenir alle conferme annuali, che la Religione suol fare, e che se bene il medesimo Prelato da quarant' anni in quà s' è uniformato a quello, che si pratica in tutte l' altre Diocesi, ad ogni modo presentemente s' è così fissato in questa pretensione, che non essendo stato chiamato per la sudetta conferma, non vuol, che sia riconosciuta l' Abbadessa di quel Monastero: Supplica per tanto l' Oratore l' EE. VV. d' ordinar al medesimo Vescovo, che avendo ragioni d' assister alla conferma le produca a cotesta Sac. Congregazione. Che della grazia etc. Quas Deus etc.

DECRETUM

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, audito Epi-

scopo Cremensi, referente Eminentissimo Gualterio, censuit circa huiusmodi Abbatissarum confirmationes secundum ea, quae proponuntur esse observandum solitum, prout praesentis Decreti tenore observari mandavit.

Romae 15 Maii 1671.

F. M. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli

C. de V. Archiep. Athen.

DECLARATIONES

Sacrae Congregationis super statu Regularium circa iurisdictionem Ordinarii in Grangiis Monasteriorum, illarumque Ecclesiis, et publicis Oratoriis.

Posita Constitutione fel. rec. Innocentii Decimi, quae incipit, *Instaurandae,* nec non illius Decreto incipien., *Ut in parvis*, contingit dubitari de infrascriptis.

Primo : An Grangiae ex dicta Constitutione Innocentii suppressae, et ad statum saecularem reductae, illarumque Ecclesiae, et publica Oratoria possint ab Ordinario visitari.

II. Et quatenus possint, an hoc ius Ordinario competat privative quoad Superiores, an vero cumulative cum ipsis.

III. Et quid si praedictis Ecclesiis Cura animarum incumbat.

IV. An Superiores Regulares possint indictis Ecclesiis curam animarum habentibus nominare Vicarios ad curam animarum exercendam, eosque ad nutum amovere.

V. An Grangiae, seu membra alicuius Monasterii nunquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subsint Iurisdictioni ac Visitationi Ordinarii loci privative, an cumulative cum Superioribus Regularibus.

Die 11. Septembris 1670. Sacra Congregatio super Statu Regularium ad singula dubia superius proposita in hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum. Grangias, ut praefertur, suppressas, et ad statum saecularem reductas, illarumque Ecclesias, et Publica Oratoria posse ab Ordinario visitari, dummodo in iis Grangiis, quarum proprietas fuit reservata, vel restituta principalibus Monasteriis, idem Ordinarius nullo modo se ingerat in temporalibus.

Ad secundum. Quoad Ecclesias , et Oratoria Publica ius visitandi competere Ordinario privative; quoad Conversos autem in eis degentes cumulative, Ordinario scilicet iure delegato ad formam S. Concilii Tridentini, Regularibus vero iure Ordinario.

Ad tertium. Itidem quoad Ecclesias dictarum Grangiarum curam animarum habentes ius visitandi Ordinario competere privative: sed quoad Conversos in eis degentes hoc ius competere cumulative, nempe Ordinario tamquam Sedis Apostolicae delegato, Regularibus vero auctoritate Ordinaria.

Ad quartum. Superiores Regulares posse huiusmodi Vicarios nominare, et illos ad nutum amovere, si Ordinarius loci ab initio illo deputaverit amovibiles.

Ad quintum. Grangias, seu Membra alicuius Monasterii nunquam suppressa, in quibus non dgunt saltem sex Religiosi, subesse iurisdictioni, ac Visitationi Ordinarii loci, ac Superiorum Regularium cumulative, videlicet Ordinario tamquam Sedis Apostolicae Delegato praedicto Decreto, *Ut in parvis*, Regularibus autem Iure Ordinario.

V. Card. Carpineus

F. Fagnanus Secr.

DECLARATIONES

Sacrae Congregationis super statu Regularium circa iurisdictionem Episcopi in parvis Conventibus.

Episcopus visitavit Conventum suae iurisdictioni subiectum in vim Decreti fel. rec. Innocentii Decimi incipien., *Ut in parvis,* propterea quod tunc temporis ibi non erant de familia, nec re ipsa alebantur sex Religiosi. Sed post absolutam visitationem sine ulla fraude a Superioribus Regularibus in eodem Conventu adaucta est familia, et impletus numerus sex Religiosorum, sicque Conventus exemptionem recuperavit iuxta declarationes Sac. Congregationis super statu Regularium, nempe decimam sextam, et decimam septimam inter impressas.

Hoc posito consulitur S. Congregatio de infrascriptis.

Primo: An post exemptionem, ut praefertur, recuperatam Episcopus possit huiusmodi Conventum visitare ad effectum, ut videat an Ordinationes, et decreta ab ipso edita in visitatione praecedenti fuerint adimpleta, nec ne.

II. An possit decreta non adimpleta exequi, et pro illorum executione poenas adiicere, et aggravare.

III. Et quatenus possit, an haec facultas, quae ex dicto Decreto, *Ut in parvis*, competit Episcopo tamquam Sedis Apostolicae delegato, expiret lapso integro anno a die publicationis decretorum.

IV. An Episcopus post exemptionem a Conventu recuperatam possit condemnare, et punire etiam poena corporis afflictiva Religiosum, qui pro delicto in Curia Episcopali fuerat inquisitus, et carceri mancipatus eo tempore, quo Conventus erat iurisdictioni Episcopi subiectus.

Die 19. Novembris 1671. Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superius proposita respondit ut sequitur, videlicet:

Ad primum. Postea quam Conventus exemptionem recuperavit, Episcopum nequaquam posse illum visitare etiam ad effectum, ut videat an decreta edita in praecedenti visitatione fuerint executioni mandata.

Ad secundum. Itidem non posse post huiusmodi exemptionem decreta non adimpleta exequi, minusque poenas adiicere, et aggravare pro illorum executione.

Ad tertium. Iurisdictionem ex dicto Decreto, *Ut in parvis*, Episcopo attributam in Conventu non habente Religiosorum numerum ibi praescriptum expirare eo ipso, quod Conventus ob familiam sine fraude adauctam, et impletum numerum Religiosorum praefixum exemptionem recuperavit.

Ad quartum. Cum contra dictum Religiosum non solum causa, sed etiam persona sit praeventa eo tempore, quo Conventus erat subiectus iurisdictioni Episcopi, et exemptio superveniens non invenerit eum liberum, utique Episcopum tanquam Sedis Apostolicae delegatum posse huiusmodi causam tempore habili inchoatam prosequi etiam post exemptionem, et eumdem Religiosum condemnare, et punire etiam poena corporis afflictiva.

V. Card. Carpineus.

F. Fagnanus Secr.

ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM S. AUGUSTINI GRAVAMINIS

Eminentissime, et Reverendissime Domine

Exponit humiliter Frater Philippus a Domina nostra Septem Dolorum Fratrum Discalceatorum S. Augustini Congregationis Galliarum Sacerdos Professus Provinciae Delphinatus, quod cum in ultimo Capitulo Provinciali Lugduni celebrato die sexta Maii praeteriti varias oppositiones dedisset, et ad S. Sedem propter varia gravamina provocasset intimavit per Notarium Apostolicum die 19. eiusdem mensis, P. Mansueto a S. Helena Provinciali praetenso, et in eius persona R. P. Raphaeli a V. Maria Vicario Generali, eisque declaravit, quod ipsamet die virtute suarum appellationum quas pro litteris obedientialibus assumebat, iter suum ad hanc Sacr. Congregationem aggrediebatur cum Fratre Martiniano a S. Francisca Converso in socium asssumpto.

Nec potuit per talem discessum sic intimatum oriri aliqua suspicio fugae, vel Apostasiae, quia recto tramite absque divagatione ad hanc Curiam pervenerunt intra brevissimum tempus, et Romam ingressi sunt die 12. Iunii sequentis petita prius licentia.

Non obstant Concilii Tridentini, aut Summorum Pontificum, seu Constitut. Ordinis prohibitiones, quod non liceat Regularibus a suis Conventibus recedere etiam praetextu Superiores adeundi etc. quia tales prohibitiones intelliguntur solum de his qui absque gravamine divagandi causa, aut correctionem fugiendi Superiores adire praesumunt, prout tenent Bordonus, Azor, Rodriquez, Sanchez, et Barbosa, cum aliis.

Quod si de socio sibi assumpto conqueritur, hoc egit ad evitandum scandalum, notum est enim omnibus quod strictiorum Ordinum regulae prohibent Religiosum solum, et sine socio alicubi posse procedere.

Tamen his non obstantibus, et lite iampridem in Sacra Congreg. introducta praefatus Fr. Mansuetus de mandato Vicarii Generalis (contra quos lis est) praedictos Oratores Philippum et Martinianum per publicam sententiam die 29 Iulii et 1 Augusti Gratianopoli, Lugduni, Burgi Brixiae, et alibi convocatis capitularibus Fratribus lectam, apostatas, fugitivos et excommunicatos declaravit cum prohibitione insuper sub eadem excommunicationis poena cum eis conversari, verbo vel scripto aut etiam in Conventibus recipere.

Cum vero facile videatur talem sententiam fuisse latam nimis praecipitanter, et simpliciter in odium, recursus ad Sedem Apostolicam. Ideo humiliter expostulat Orator ut tam suae, quam socii bonae famae, et

honoris reparationi benigne providendo placeat Sac. Congregat. declarare Vicarium Generalem, nec Provincialem potuisse talem proferre sententiam, Oratoresque ab illa omnino immunes esse, illamque uti nullam, irritam, temerariam, et attentatam ex libris Congregationis, et Conventuum esse penitus delendam et circumscribendam, et Deus etc.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, partibus auditis, referente Eminentiss. Cardinali Cybo, censuit, praenarratas sententias, et declarationes contra Oratores latas, minime sustineri.

Romae 2 Septemb. 1672.

F. M. Card. Brancatius

C. de V. Arch. Athen.

Loco ✠ Sigilli

MINORUM OBSERVANTIUM

Super Colligendis Eleemosynis.

DECRETUM

Sacra etc. partibus auditis, atque per conventionem Procuratorum Generalium amicabiliter compositis, referente Emo Sanctacrucio declaravit, atque decrevit, ne in posterum praefatorum Ordinum Conventus proprios suos districtus ad quaestuandum egrediantur, sed intra suos limites se quisque contineat, ut ab iis, quibus inserviunt, sustentari facilius possint nec non ut ubi plures inveniuntur Conventus in eodem districtu, inter eosdem ratio antiquitatis, ac fundationis rationabiliter habeatur, sicque omnino observari mandavit.

Romae 22 Iunii 1674.

ZAGRABIEN.

Administrationis Sacramentorum

Cum saepe inter Parochos Dioecesis Zagrabiensis ex una, et Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci, ex altera partibus ortae sint, et in dies oriantur non leves controversiae circa administrationem Sacra-

mentorum Militibus Praesidiariis, aliisque forensibus in dicta Diaecesi commorantibus; praedicationem Verbi Dei, et alia huiusmodi munia Parochialia. Episcopus Zagrabiensis pacis, et Ecclesiae suae tranquillitatis amator, ad tollendas ab utraque parte quaerimonias supplex instetit, ut sibi concedantur declarationes alias circa huiusmodi Sacramentorum administrationem emanatae; quare etc.

Sacra Congregatio Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita censuit dandas esse infrascriptas declarationes a Sacra Congregatione Concilii Tridentini, et ab ipsa Sacra Congregatione saepius aeditas, nempe:

In una Senogalliensi 5. Februarii 1650. Sacra etc. auditis partibus censuit Fratribus Minorum Conventualium Sancti Francisci Conventus Montis Bodii non licuisse forensi, qui ad dictam Terram se transtulerat, et in eodem Conventu commorabatur administrare Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, Extremae Unctionis, nec illius cadaver in eorum Ecclesia sepeliri absque licentia Parochi, cui solvenda est quarta funeralis, dictosque Fratres consulere debere propriae conscientiae.

In una Cremen. 17. Februarii 1649. quaeritur. An Regulares possint laicis ratione hospitii, et similis habitantibus in eorum Conventibus, si ibidem infirmentur ministrare Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro Viatico, nec non Sacramentum Extremae Unctionis; Sacra etc. respondit non posse, sed tantum illis, qui sunt continui Commensales, et de familia Conventuum.

In una Camenecen. 7. Augusti 1638. (Episcopus) Sacra etc. Respondit quoad Regulares absque consensu Episcopi, seu Parochorum Sacramenta administrantes (circa quod in Congregatione de Propaganda fide) cum habita fuerit informatio eos nullum habere privilegium, Sacra Congregatio mandavit responderi Episcopo, quod cessantibus privilegiis Apostolicis post idem Sacrum Concilium concessis contra dictos Regulares ad coercitionem, et punitionem procedat.

In una Firmana 17. Iulii 1655. Ordinarius Firmanus quaerit. An laicus inserviens spatio unius anni in Conventu S. Augustini potuerit tempore Paschali de manibus Prioris dicti Conventus Sacram Eucharistiam sumere, et praecepto Ecclesiae hac de re edito satisfacere. Secundo. An Prior, qui huiusmodi sacramentum ministravit, in excommunicationem latae sententiae inciderit, Sacra etc. ad Primum respondit non potuisse tempore Paschali de manibus Prioris Sacram Eucharistiam sumere, et praecepto Ecclesiae hac de re edito satisfacere. Ad secundum attenta eius bona fide Priorem esse eximendum.

In una Casertana 10. Septembris 1633. Ad secundum. Non posse Regulares cuiusvis privilegii praetextu confessiones personarum saecula-

rium audire extra Dioecesim Episcopi, qui illos ad confessiones audiendas approbavit.

Regulares N. N. 15. Octobris 1644. Instantibus aliquibus Episcopis, ac Regularibus. Sacra etc. Respondit Regulares approbatos ab Episcopo pro audiendis confessionibus saecularium si transferantur ad commorandum de familia in Monasteriis sui Ordinis extra Diaecesim dicti Episcopi approbantis non posse ibidem audire confessionem subditorum saecularium Diaecesis eiusdem Episcopi approbantis, sed requiri etiam approbationem Episcopi Diaecesis, in qua ipsi de familia commorantur.

In una Senonen. 28. Febr. 1654. 5. An Regulares contradicente Archiepiscopo possint in Ecclesiis suorum Ordinum etiam petita ab eo benedictione praedicare. 6. An Archiepiscopo ex causis occultis non concernentibus praedicationem possit eisdem Regularibus prohibitionem facere. Ad quintum respondit Regulares contradicente Episcopo etiam in eorum Ecclesiis praedicare non posse; Episcopum tamen contradicere non debere nisi ex rationabili causa, et personis tantum singularibus non autem generatim alicui Religioni, praesertim si eis licentia praedicandi fuerit concessa. Ad sextum respondit Archiepiscopum posse non tamen ex causis nullo modo concernentibus praedicationem.

In una Catharen. 13 Iulii 1635. Tertio praefatis Regularibus esse permissum intra eorum Ecclesias, et claustra tantum processiones facere et non extra; si vero Ecclesiae claustro careant, eis licere processiones facere intra ambitum dumtaxat earundem Ecclesiarum, hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo ab una ianua Ecclesiae, et intrando per aliam, sive per eandem, et semper prope muros Ecclesiae, et non extra ambitum, nisi de licentia, aut consensu, vel cum cruce Parochi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, vel praescriptionibus etiam immemorabilibus, privilegiis tantum Apostolicis Sac. Conc. Trident. posterioribus in suo robore permanentibus.

In una Florentina 27 Iunii 1644 supplicatur declarari. An liceat deferre Cadavera defunctorum ab Hospitali Sanctae Mariae Novae, quod intra limites Ecclesiae Parochialis Sancti Michaelis Celestinorum existit, ad Ecclesiam dictae Sanctissimae Annuntiatae absque interventu Parochi eiusdem Ecclesiae Sancti Michaelis. Sacra etc. Respondit supradictis fratribus Ordinis Sanctae Mariae Servorum non licere.

In una Placentin. 18 Martii 1628. Sacra etc. censuit Regulares, ubi fuerint vocati, teneri ad processiones publicas, et consuetas, vel pro bono, et honore publico indictas accedere.

In una Limana 16 Aprilis 1633. Sacra etc. censuit in illis casibus in quibus Episcopis commissa est executio dispositionis Regulares com-

praehendentis posse eosdem Regulares, si inobedientes extiterint, etiam per censuras ad illius observationem compellere.

Quas quidem declarationes, earumque tenores, nec non in reliquis dispositionem Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri hac de re editae esse inviolabiliter observandas in supradicta Dioecesi Zagabriensi referente Eminentissimo Gastaldo declaravit, decrevit, atque tenore praesentium mandavit eadem Sacr. Congregatio.

Romae 14 Decembris 1674.

Card. Gasp. Carpineus

I. B. Archiep. Lar. Secr.

Loco ✠ Sigilli

DECRETUM

Sacrae Congregationis super statu Regularium de Tertiariis, et Hospitibus atque aliis non recipiendis, nec retinendis ad habitandum in Monasteriis, seu Domibus Regularium ante aetatem praefinitam.

Etsi Decretis Sacrae Congregationis super statu Regularium de mandato Summorum Pontificum Innocentii X. et Alexandri VII. iam pridem aeditis pro Novitiis recipiendis statutum sit, ut omnes, qui ad habitum probationis se recipi postulaverint, diligenter examinentur, ac per vota secreta approbentur, quotquot idonei reperti fuerint aetate, aliisque requisitis ad praescriptum Apostolicarum Constitutionum, ac Statutorum Ordinis, *nec quisquam censeatur habilis ad huiusmodi habitum suscipiendum ut Clericus nisi annum aetatis suae decimum quintum, neque ut Conversus, nisi annum vigesimum expleverit* nihilominus in pluribus Religionibus Italiae, et Insularum adiacentium aliquibus ab hinc annis introductum est ut recipiantur adolescentes Laici, non quidem pro Conversis ut annum probationis incipiant, et finito tempore Novitiatus admittantur ad Professionem; sed pro Tertiariis, vel Oblatis, seu Donatis, eisque tradatur habitus, ut vocant sine caputio, illis dari consueto, ut sic inserviant alicui Religioso particulatim, aut pluribus, vel omnibus communiter, et multoties pueri, et adolescentuli recipiantur in Monasteriis, non ut Novitii, sed ut hospites, seu postulantes se recipi pro Clericis ad habitum probationis, et parva veste induti plures menses, quinimmo et annos sic detineantur intra claustra, donec compleverint annum aetatis de-

cimumquintum Clericis ut supra praescriptum, ad annum Novitiatus inchoandum, idque eo praetextu, ut interea fiat experimentum de ipsorum indole, et aptitudine ad Religionem, et aliquando etiam in eadem veste iidem pueri, et adolescentuli admittantur in Novitiatibus, et cum Novitiis degant, ad hoc ut eorum voces pueriles in Choro cum vocibus Professorum misceantur, dum divina peraguntur officia. Quoniam vero secundum canonicas sanctiones et iuris regulas, cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debeat admitti, et memorati abusus irrepserint in fraudem legis, et elusionem Decretorum ut supra editorum in Religionum dispendium, ac non sine multorum admiratione, et scandalo; Idcirco eadem Sacra Congregatio, ut in dies crescat in Ecclesia Dei sacrarum Religionum splendor, et veneratio ex speciali mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae X. hoc praesenti Decreto in virtute sanctae obedientiae *praecipit* omnibus et singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, et Localibus quocumque nomine, et titulo appellatis quorumcumque Ordinum, et Congregationum, tam Mendicantium quam non Mendicantium *ut de caetero neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, seu Donatis, aut Commissis, vel Servientibus, nec pro hospitibus seu postulantibus, vel Cantoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis, ac quovis habitu indutis, vel induendis seu quovis praetextus vel causa, aut quaesito colore recipiant, seu admittant ad habitandum intra claustra, nisi vigesimum aetatis suae annum expleverit, omnesque sic receptos, seu admissos* (Iis tantum exceptis, qui completa aetate annorum quindecim pro Clericis seu Choristis in habitu Novitiorum annum probationis agunt) *a Monasteriis, seu Domibus Regularibus omnino amoveant, et eiiciant infra terminum duorum mensium*, inchoandum a die intimationis praesentis Decreti faciendae Procuratoribus eorumdem Ordinum et Congregationum in Romana Curia existentibus. *Quod si praedicti Superiores praesenti Decreto* per omnia non paruerint, aut in aliqua eius parte contravenerint, *poenam privationis dignitatum, et officiorum, quae tunc temporis obtinebunt, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activae, et passivae ipso facto absque alia declaratione incurrant.* Non obstantibus quoad omnia suprascripta privilegiis, indultis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae die 16. Maii 1675.

V. Card. Carpineus.

P. Fagnanus Secret.

Die duodecima mense Iulii et Anno quibus supra supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad valvas Curiae in Acie Campi Florae, ac aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Ioannem Baptistam Faina.

Pro D. Marco Aurelio Pelliccia Mag. Curs.

MINORUM OBSERVANTIUM

Circa capacitatem recipiendi Legata.

Riferitosi in S. C. quanto è stato rapportato per parte di Francesco Maria Basile di Francavilla in ordine alla pretensione, che ha il Vicario Generale di V. S. di volersi portare in ogni funzione di Monacande cioè scrutinio, vestizione e professione in detto luogo di Francavilla, e di volere per ogni accesso, oltre le spese del Viaggio e Vitto, ducati sei, come specialmente ha preteso nella Monacazione di due figlie dell'Oratore, non ostante che il medesimo Oratore gli abbia pagate tutte le spese del Viaggio, e Vitto, ricusando perciò il suddetto Vicario d'intervenire alla professione delle medesime se prima non viene soddisfatto dei pretesi ducati dal predetto Basile denegatigli a motivo anche, che oltre l'essere ingiusto tal pagamento, può fare a meno di dispendiare in tal guisa le parti dando l'opportuna facoltà al Vicario Foraneo, la medesima S. C. sentita l'informazione data su ciò dallo stesso Vicario, mi ha comandato

che le scriva come colla presente eseguisco, affinchè Ella ingiunga all'accennato suo Vicario Generale che o deputi per simili funzioni il Vicario Foraneo, oppure quando voglia andarvi egli stesso, vi si porti *gratis*. Onde io glielo significo, acciò colla dovuta prontezza così eseguisca facendo che il riferito Vicario Generale prontamente ubbidisca.

Luglio 1731.

DECRETUM

Super suspensione Confessariorum Regularium ab excipiendis confessionibus.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita quamvis pluries, atque saepius, inhaerendo Apostolicis Constitutionibus, signanter fel. rec. Clementis Papae X. incipien. – *Superna* – decreverit, et declaraverit, Ordinarios locorum non posse, nec debere facultatem audiendi Sacramentales Confessiones omnibus simul unius Conventus Regularibus adimere ipsa Sacra Congregatione inconsulta, et ademptam passim restitui iusserit: Attamen, quia experimento compertum fuit, quod huiusmodi saluberrimae determinationes a quamplurimis Locorum Ordinariis nuperrime violatae fuerint, in maximum quidem Communitatum Regularium praeiudicium, ideirco ad petitionem R. P. Fr. Caietani a Laurino moderni Commissarii Generalis Curiae Minorum Observantium Sancti Francisci, censuit esse danda Decreta alias desuper edita tenoris sequentis videlicet.

Cum Sacrae Congregationi Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositae innotuerit, Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, et Locorum Ordinariis ab audiendis Confessionibus quavis de causa indiscrimintim suspendantur, ac praeterea saepe contingere, ut ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, et Locorum Ordinariis omnibus simul unius Conventus Confessariis, Confessiones audiendi facultas adimatur, Eminentissimi eiusdem Sacrae Congregationis Patres rati vix fieri posse, ut haec sine scandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re mature perpensa, ad omnem scandali materiem submovendam, quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi ius spectat, Confessarios Regulares alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendere posthac minime licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones pertinente, aut ob non servatum Interdictum ab ipsis

Ordinariis positum. Statuunt insuper; eosdem Archiepiscopos, Episcopos, Locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, ut iidem Eminentiss. Patres opportunum, et necessarium duxerunt, ita inviolabiliter iubent observari.

Romae 20. Novembris 1615.

Sequuntur alia Decreta per Epistolas expedita nempe:

Al Vescovo di Sarno

Illustre, e Molto Rev. Monsignor come Fratello

Li Frati Minori Osservanti di S. Francesco di cotesta Città hanno rappresentato in Sagra Congregazione, come da V. S. sono stati sospesi tutti i Confessori con ammirazione de' Secolari dall'udire le Confessioni, onde supplicavano di qualche opportuna provisione: Questi Eminentissimi miei Signori a relazione di Monsignor Mio Emo Cybo, inerendo alle dichiarazioni altre volte fatte in tal materia, che proibiscono agli Ordinarii de' Luoghi il poter sospendere tutti li Confessori Regolari di un Convento dall'esercizio delle Confessioni, hanno comandato ingiungersi a V. S., che restituisca a detti Frati la facoltà di udire le Confessioni, ed avendo cosa rilevante in contrario ne dia parte alla S. Congregazione. Glielo significo, e Dio la prosperi.

Roma 24. Aprile 1671.

Come Fratello il Card. Brancaccio.

Al Vescovo d'Ugento.

Illustre, e Molto Rev. Monsig. come Fratello

Trasmetto a V. S. per comandamento di questi Emi miei Signori l'annesso memoriale dato a nome del P. Commissario Generale di Curia de' Minori Osservanti, affinchè distintamente riferisca alla Sac. Congregazione quanto occorre sopra l'esposto in esso; Vogliono però frattanto l'EE. Loro, che quando sussista cio che viene rappresentato, Ella debba reintegrar al ministero di Confessori due, o tre Religiosi più degni in

cotesto Convento di detto Ordine esistenti di famiglia. Così eseguirà colla dovuta prontezza, e Dio la prosperi.

Roma 22. Agosto 1732.

Come Fratello il Card. Francesco Barberini.

Giuseppe Arciv. di Corinto Segretario.

Cumque Ugentinus Antistes Supremi Sacrae Congregationis mandati adimplementum distulisset, illius omnimoda executio delegata extitit Archiepiscopo Hidruntino Metropolitano, ut liquet ex sequentibus litteris.

A Monsignor Arcivescovo d'Otranto

Illustre, e Rev. Monsig. come Fratello

Vedrà V. S. nell'annesso memoriale dato a nome del P. Commissario Generale di Curia de' Minori Osservanti di S. Francesco quanto per parte del medesimo è stato rappresentato alla Sagra Congregazione, questi Eminentissimi Signori pertanto mi hanno comandato ingiungerle come faccio, che quando veramente costi a lei della ripugnanza di Monsignor Vescovo d'Ugento in eseguire il Decreto della medesima Sacra Congregazione, significatoli con lettera de' 22 del prossimo passato Agosto, cioè di dover restituire la facoltà di confessare a due dei più provetti Religiosi, che dimorano di famiglia in quel Convento delle grazie degli Osservanti, Ella gli dia esecuzione, abilitando come si è detto, anche a nome della stessa S. Congregazione due Religiosi ad udire le Confessioni. Così sarà contenta eseguire, e le prego da Dio psosperità.

Roma 21. Novembre 1732.

Come Fratello affezionatissimo
Il Card. Francesco Barberini.

Giuseppe Arciv. di Corinto Segretario.

Quorum quidem Decretorum tenorem, ac aliorum plurium in subiecta materia saepissime emanatorum ab omnibus quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, Locorumque Ordinariis eadem S. Congregatio praecipit atque mandat adamussim servari.

Romae 28. Novembris 1732.

Card. Franciscus Barberini.

I. Archiep. Corinth. Secr.

DECRETUM

Ordinum Mendicantium Praecedentiae in Processionibus.

In Causa Ordinum Mendicantium Praecedentiae vertente inter PP. Ordinis Praedicatorum ex una, et PP. aliorum Ordinum Mendicantium ex altera partibus propositum fuit infrascriptum dubium nempe « *An, et quibus debeatur Praecedentia in publicis Processionibus?* » Sacra Congregatio Eñorum, et Rñorum S. R. E. Cardinalium negociis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita referente pro Eño Domino Card. Barberino Ponente Eño D. Card. Gentili, Partibus hinc inde auditis, visisque iuribus ab utraque Parte deductis, ac re undique mature perpensa, censuit respondendum, prout respondit, ac decrevit, et declaravit — Deberi Praecedentiam in Processionibus iuxta Constitutiones Gregorii XIII., et Urbani VIII., ac iuxta consuetudinem in singulis locis servatam ante promulgationem Bullae *Praetiosus*.

Romae 4. Septembris 1733.

Card. Franciscus Barberinus Relator.

Loco † Sigilli

I. Archiep. Corinth. Secr.

Angelus Antonius de Cesaris A. C.,
et Sacrar. Congr. Not.

Excñus D. Dominicus Lauretus Proc. expedivit.

FOSSANEN. CONFESSARII

Ingressus in clausuram ad effectum spiritualem assistentiam praestandi moniali moribundae.

Al Vescovo

Riferitosi in S. Congregazione quanto V. S. ha rappresentato con suo Memoriale in ordine all' uso inveterato che Ella ha ritrovato in cotesti Monasteri, cioè che in congiuntura di qualche Monaca moribonda dopo somministratigli tutti i SS. Sagramenti, se gli assista continuamente fino alla morte dal proprio Confessore, e che protraendosi a lungo l' agonia, subentri all' assistenza dell' Inferma il Cappellano, e talvolta an-

che il terzo Sacerdote. Questi Emi miei Signori per tanto hanno stimato di rimettere al di lei Pastoral zelo, e prudenza il prendere sopra di ciò quel provvedimento che stimerà più espediente ec.

Febbraro 1734.

DECRETUM

Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium de Religiosis confugientibus ad Regulares alterius Religionis.

Regulares unius Religionis confugientes ad Ecclesias, et Monasteria alterius Religionis restitui deberi Superioribus propriae Religionis a Praelatis alterius Religionis, ad quorum Ecclesias, et Monasteria confugiunti, praestito tamen ab iisdem Superioribus confugentium iuramento, et facta obligatione de servanda Immunitate Ecclesiastica, et de restituendo confugientes praefatos Ecclesiis, vel Monasteriis, ad quae confugiunt, casu quo procedendum sit ad poenas corporales carceris perpetui, mortis, et triremium propter delicta ab ipsis confugientibus commissa; secus, si ipsi Superiores procedere deberent ad poenas ordinarias, et ad correctionem Regularium per Constitutiones ordinis praescriptas, cuius rei declaratio ad Definitorium Provinciale, vel ubi illud non fuerit, ad Consilium Conventus spectabit. Quod si constito Regulares confugientes poenas dumtaxat ordinarias, et per Constitutiones Ordinis ad correctionem praescriptas promereri, Praelati alterius Religionis renuant, eos propriis Superioribus restituere, vel ipsi Regulares ad proprias Religiosas Domos redire recusent, Sacra eadem Congregatio utrosque ad instar Apostatarum, vel Apostatas recipientium, in excommunicationem Summo Pontifici reservatam incursos declaravit. Romae etc. 11 Augusti 1758.

DECRETUM

Pro Italia, et insulis adiacentibus,

Super prohibitione assequendi duo incompatibilia munia.

Quum in S. Congregatione Eminentissimorum et Reverendissimorum DD. Cardinalium Disciplinae Regularium Praeposita, habita in Palatio Quirinali die 11 mensis Augusti anni 1795 ab Emo Gerdil Ponente re-

latae fuerint preces a PP. Carmelitis Calceatis Provinciae Romanae Sanctissimo Domino Nostro Papae Pio Sexto datae, et a Sanctitate Sua ad eamdem S. Congregationem remissae, quibus nempe postulabatur abrogatio Praxis penes dictos Regulares invectae tribuendi simultanee uni, eidemque Religioso duo, vel plura incompatibilia munia; Emi et Rmi DD. responderunt – *Consulendum SSmo pro publicatione Decreti Generalis, quo prohibeatur, ne in quocumque Regularium Ordine, Societate, aut Instituto duo munia, aut de Iure, aut ex Constitutionum Apostolicarum praescripto, sive ex providentia particularum Constitutionum incompatibilia, uni, eidemque Personae in posterum conferantur.* –

Quod quidem Rescriptum in Audientia diei 19 dicti mensis, et anni habita per me infrascriptum Secretarium, Sanctitas Sua plenissime approbavit, et illius exequutionem, ac Decreti publicationem edicere, ac iubere dignata est.

Quamobrem eadem S. Congregatio praesentis Generalis Decreti vi, ac tenore dictam Praxim, seu potius abusum plura officia incompatibilia uni, eidemque Personae conferendi, sive in dictam Carmelitarum Calceatorum, sive etiam in alia qualibet, tam ipsorum, quam aliorum quorumcumque Regularium Provincia invectum penitus reprobat, ac tamquam Regulari observantiae, Iustitiae Distributivae, et Religiosorum quieti, et tranquillitati contrarium damnat, prohibetque. Praecepto autem Sanctae Obedientiae iniungit, et mandat universis cuiuscumque Ordinis Congregationis, et Instituti Superioribus Generalibus, et Provincialibus, aliisque quocumque nomine nuncupatis, sicut etiam omnibus quibuscumque Electoribus, qui Suffragium ferunt in Capitulis tam Generalibus, quam Provincialibus, et in aliis quibusvis actibus, ubi huiusmodi electiones coniunctim, vel divisim fieri solent, ne in posterum umquam audeant, seu quovis praetextu praesumant, uni, eidemque Personae duo vel plura officia, seu munia incompatibilia concedere.

Quodsi umquam aliqui huic Decreto contraire quovis modo praesumpserint, et unam eamdemque Personam elegerint ad plura incompatibilia munia obeunda; huiusmodi electionis, seu collationis actus nullus, atque irritus ipso facto sit in totum, si coniunctim, aut sub eadem die plura officia conferantur, ita ut nullum ex collatis officiis valide collatum censeatur. Si vero plura officia incompatibilia diversis actibus, diversisque diebus collata fuerint, tunc illud tantummodo, quod primum concessum fuerit pro valide concesso habeatur, ac reliqua omnia nulliter concessa reputentur, et ac si collata minime fuissent. Reservatque insuper ibi Sacra Congregatio ius alias infligendi poenas arbitrio suo in utroque vel simultaneae, vel disiunctae electionis casu, tam adversus Electo-

res, et Collatores, quam adversus Electos, qui duo vel plura incompatibilia Officia sibi collata exceperint, vel exercuerint.

Ut autem praesentis Decreti tenor a nemine ullo umquam tempore ignoretur, eiusque observantia numquam negligatur, mandat Sacra Congregatio, ut ipsum quotannis una cum reliquis Constitutionibus Apostolicis de more legi solitis, in Coenaculo vel aliquo alio loco in unaquaque Religiosa Domo recitari debeat.

I. CARD. BUSCA Praefectus.

N. Archiepiscopus Ephesinus Secretarius.

VENETIARUM

SUPER

PAROCHIS

Qui officium Confessarii Monialium exercent.

Al Patriarca di Venezia

Molt' Illustre, e Reverendissimo Signore come fratello. Sono informati questi Signori miei Illustrissimi, che alcuni Curati di cotesta Città, lasciata la propria residenza, si trovano occupati anche fuori della Diocesi, servendo per Confessori di Monache, non senza incommodo, e scandalo de' propri Parocchiani, e convenendo, che V. S. per debito dell' officio suo, proveda efficacemente, che i detti abbiano per ogni modo da ritornare alle Chiese loro, di ordine delle Signorie loro Illustrissime gli significo tutto ciò affinchè si risolva di provedere contro questi Curati, e revocandogli qualsivoglia licenza, che sopra di ciò avessero ottenuta, e con avvertirla, che quanto più tarderà, tanto più verrà ad aggravare la propria coscienza. Nè occorrendo altro, prego il Signore, che la prosperi.

Di Roma li 17 Marzo 1592.

Di V. S. molto Illustre, e Reverendissimo
come Fratello Affezionatissimo
Il Card. De Senis

DECRETUM GENERALE

QUOAD

FUNERA

Et iura Parochi cum Regularibus Ordinum sive mendicantium, sive non mendicantium.

Liceat in Sacro generali Lateranensi Concilio statutum, et ordinatum fuerit, ut fratres Ordinum Mendicantium, coeterique Religiosi non possint intrare Parochias cum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, et locorum eorumdem elegerint sepulturam, nisi prius praemonito, et requisito, ac recusante Parocho, et tunc sine eius, et Ordinarii praeiudicio, significatum est tamen Sacrae Congregationi S. R. E. Cardinalium, negotiis Episcoporum, et Regularium praepositae, nonnullos fratres, praesertim Minorum de Observantia cuiusdam consuetudinis praetextu, quam neque antiquitate vallari, neque observantia viridi inniti, neque pacifica, et non interrupta possessione firmatam esse constat, contendunt sibi licere defunctorum funera, proprio eorum Parocho absente, eoque irrequisito levare et efferre, idque haud leves controversias, et altercationes aliquibus in locis non sine populi scandalo, et Dei offensione excitasse. Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnem eiusmodi dissentionum, et scandalorum materiam, occasionemque praecidere, ut tam Parochi, quam fratres, ipsi unanimi inter se voluntate, et ea, qua par est charitate, ultima haec christianae pietatis officia defunctis praestent, declarat, et eiusmodi decreti tenore statuit praedictis fratribus Ordinis Minorum de Observantia, aliisque quibusvis Regularibus quorumcumque Ordinum et Congregationum tam mendicantium, quam non mendicantium existant, nullo modo licere etiam specialis alicuius consuetudinis praetextu Parochias cum Cruce processionaliter, aut alias ad levanda, et efferenda defunctorum cadavera intrare, vel illa levare, et efferre, nisi vocato, et expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem interessente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, vel nisi requisitus venire expresse omnino recuset. Atque ita observari mandat, et districte praecipit, firmis coeteroquin, et in suo robore permanentibus iis omnibus, quae sùper quarta funerali, et canonica portione, aliisque iuribus ad sepulturam pertinentibus a Sacris Canonibus, et Conciliorum decretis, Summorumque Pontificum Constitutionibus hactenus sancita, et ordinata sunt, aut alias ex particulari consuetudine, vel alio iure observantur.

Romae 12 Ianuarii 1604.

PORTUGALLIEN.

SUPER

NUMERO MONIALIUM

in quovis Monasterio constituendo;
Super abusu exigendi propinas;
et super obligatione deponendi dotes.

Petente rege: Primo, ut in omnibus sanctimonialium regni Portugalliae monasteriis certus monialium numerus praefigatur. Secundo, ut abusus circa propinam eorumdem monasteriorum superioribus quotiescumque alicui puellae monasticus habitus conceditur, dari solitam omnino dirimatur. Tertio, ut monialium dotes in earumdem consanguineorum manibus non remaneant. S. D. N. audita Sacrae Congregationis sententia Collectori Lusitaniae per breve sub die 6. Iunii 1605. iniungi mandavit, ut iuxta normam a Sacro Conc. Trid. praescriptam in omnibus, et singulis monasteriis istius regni eum tantum numerum ab Archiepiscopis, et Episcopis denuo praefigi, ac in posterum conservari curet, qui ex reditibus propriis eorumdem monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis congrue possit sustentari, et iuxta dictorum monasteriorum capacitatem, nec non cellarum quantitatem commode ibi commorari valeat, ita tamen quod in his, quae regularibus subiecta sunt, iidem regulares superiores numeri praefixioni assistant, ut supra numerum huiusmodi nulla deinceps admittatur monialis absque Sedis Apostolicae, aut eiusdem S. Congregationis expressa licentia. Ad secundum propinarum abusum nedum tollatur, sed etiam gravissimarum poenarum etiam censurarum comminatione prohibeatur, pro ea tamen die, qua ad habitum monachalem admittentur puellae aliquid esculenti, vel poculenti modici valoris, et pro eiusdem dici usu dumtaxat elargiri vetitum non censeatur. Ad tertium dotales eleemosynae apud monialium consanguineos vel affines nullatenus relinquantur, sed antequam puellae habitum suscipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam personam fine, et facultatibus idoneam, ut statim professione emissa in emptionem bonorum stabilium, aut annuorum redituum illico applicentur.

Romae 6. Iunii 1605.

VENETIARUM

SUPER

REGULARIBUS

Qui officium Confessarii Monialium exercent.

Al Sig. Cardinal Vendramino
Patriarca di Venezia

Illmo, e Rmo Sig. mio Osservandissimo

Da che per i Decreti generali di questa Sacra Congregazione viene proibito agli Ordinarii il valersi dell' opera de' Regolari per Confessori de' Monasteri di Monache soggette alla cura, e giurisdizione de' medesimi Ordinari; e che nondimeno alcuni frati di S. Domenico, e d' altre Religioni, come si è inteso, sono stati deputati da V. S. Illma, o dal Vicario suo per Confessori di Monache sottoposte alla cura sua mi hanno ordinato questi Illmi miei Signori di scriverle, che sia contenta di levare i suddetti frati da simil carico, e di provvedere alle medesime Monache d' altri Confessori, quali siano Sacerdoti secolari, di vita esemplare, e sopra anni 40. e d' astenersi per l' avvenire di servirsi più dell' opera dei Regolari di simil carico senza special licenza di questa Sacra Congregazione: ed io intanto le bacio umilmente le mani.

Di Roma li 12. di Maggio 1617.

Di V. S. Illma, e Rma

Umo Servitore
Il Card. Gallo.

MINORUM OBSERVANTIUM

Quoad capacitatem recipiendi census, bona, et legata.

Sacra Congregatio EE. S. R. E. Card. negotiis et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, Procuratore Archidiaconi Turritani saepius citato, referente Emo D. Cardinali Portocarrero, decrevit esse dandas declarationes saepe alias factas: videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere census, et bona stabilia; posse tamen recipere per viam eleemosynae quidquid eis traditur ab Executoribus ultimarum voluntatum pro celebratione Missarum, et Anniversariorum, et propterea censuit committendum, prout praesentis Decreti tenore com-

mittit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites praedictae declarationis in causa, de qua supra agitur, procedat, et ad illius observantiam quantum opus fuerit, iuris remediis, et in subsidium etiam Censuris Ecclesiasticis compellat.

Romae 3. Augusti 1674.

MINORUM OBSERVANTIUM

Quoad capacitatem recipiendi legata.

Sacra Congregatio EE. S. R. E. Card. negotiis, et consultationibus Episc. et Regularium praeposita saepius declaravit, Fratres Minores de Observantia S. Francisci, quamvis attenta dispositione: *Exivi de Paradiso Clemen. V. et Constitut. Nicolai III. Exiit,* sint incapaces obtinendi census perpetuos, et bona stabilia, posse tamen per viam purae, et simplicis eleemosynae recipere quidquid ab Executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum, pro ornamento Ecclesiae, aliisque necessariis procurandis iuxta doctrinam D. Bonaventurae relatam *in Constit. sa. mem. Urbani VIII. incip. Sacrosanctum Apostolatus ministerium;* atque in praefatis casibus dictos executores ultimarum voluntatum curare debere, ut huiusmodi piae dispositiones adimpleantur, ne testatorum Animae debitis suffragiis defraudatae remaneant, quam quidem declarationem, illiusque tenorem in casu, de quo agitur eadem Sacra Congregatio servari praecipit, committendo Ordinario Lucensi pro tempore existenti, ut quatenus alius Executor non existat, praenarratam pii Testatoris dispositionem executioni demandet etc.

26. Martii 1677.

MASSILIEN.

pro admittenda tertia sorore, et supranumeraria ad professionem.

Sacra Congregatio servari mandavit decreta alias edita circa tertias sorores, nempe quod si tertia tamquam numeraria monasterium ingrediatur, eleemosynam dotalem duplicatam persolvat, suffragioque tam activo quam passivo careat quousque altera ex duabus eius sororibus e vita decesserit. Si vero supra numerum admitti petat, speciali Sanctae Apostolicae Sedis licentia opus erit, quae quidem concedi non solet, nisi ea conditione, ut ipsa tertia soror triplicatam eleemosynam dotalem solvat, nec reliquis eius duabus sororibus simul superstitibus activo vel passivo

suffragio gaudeat. Respectu vero laicarum sive conversarum, constitutiones Ordinis a S. Sede Apostolica approbatas sub poenis in iisdem contentis itidem servari mandet, atque praecipiat.

Romae Iunii 1701.

EPISTOLA

Qua Nuncio Apostolico in Regno Neapolitano iussu Summi Pontificis mandatur; ut omnibus Vicariis capitularibus eiusdem regni Pontificio nomine inhibeat, ne litteras dimissorias pro prima Clericali Tonsura, aliisve Ordinibus cuicumque concedant, tametsi annus a die vacationis Ecclesiarum elapsus sit, absque speciali facultate Sacrae Congregationis.

La Santità di Nostro Signore ha ordinato d' ingiungere a V. S. affinchè con lettera circolare proibisca in nome della Santità Sua a tutti li Vicarii Capitolari di cotesto Regno il concedere le lettere dimissoriali per la prima Tonsura, ed altri Ordini, quantunque sia passato l' anno della vacanza delle Chiese, senza speciale licenza di questa Sagra Congregazione sopra li negozi de' Vescovi e Regolari; Obbedisca al supremo comando di Sua Beatitudine; E le prego ec.

Roma 9 Settembre 1701.

PACEN.

Erectionis Conservatorii
in Monasterium Ordinis S. Clarae.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium, attenta relatione Episcopi Pacen. referente Emo Tanario, censuit committendum, prout praesentis decreti vigore benigne committit Ordinario loci de Montijo, ut veris etc. et postquam sibi constiterit, praefatum conservatorium numeris omnibus esse absolutum, ac eidem annuum redditum ducatorum mille vere et cum effectu fuisse assignatum, idem conservatorium, seu domum tertiariarum S. Francisci in monasterium Ordinis S. Clarae Oppidi Meridae sub invocatione D. N. Iesu Christi cum onere servandi perfectam vitam communem sub regimine Ordinarii loci de Montijo pro tempore, accedente tamen consensu ipsarum puellarum per secreta suffragia, et cum facultate moderno comiti de Montijo, eiusque successoribus primogenitis praesentandi in perpetuum duas moniales absque dote recipiendas, praevia tamen cuiuslibet earum acceptatione capitulariter facienda, pro suo arbitrio et conscientia erigat, dummodo tamen non excedatur numerus vi-

ginti sex monialium, inter quas numerari possint quatuor tantum conversae, cum dote quoad Moniales professas ducatorum septingentorum monetae aeris, vulgo de vellon, et quoad conversas arbitrio praefati Ordinarii, cui Emi Patres facultatem impertiuntur evocandi e quovis monasterio, eiusdem tamen ordinis, et regulae, duas moniales, earum tamen et Ordinarii loci consensu accedente, ad effectum instruendi moniales novi monasterii ad tempus sibi benevisum, quo completo ad proprium monasterium revertantur. Ita tamen ut translatio ipsa recta via, et sine ulla ad extraneum locum diversione comitantibus honestis matronis, ac si commode fieri possit proximioribus consanguineis ipsarum monialium transferendarum fiat. Et in reliquis ea omnia, quae per S. Canones, S. Conc. Trid., Const. Ap. et ordinis praefati circa huiusmodi novorum sanctimonialium monasteriorum erectiones praescripta sunt religiose serventur etc.

Romae 1. Martii 1703.

ARTIS AROMATARIAE

Venale exercitium Regularibus vetitum declaratur.

Sacra Congregatio attentis narratis censuit, dandas esse infrascriptas declarationes alias editas, ac super earumdem executione, ac exacta observantia monendos esse superiores prout praesentis decreti vigore executioni demandari, et servari mandat, nempe Superiores quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatum, Monasteriorum, Collegiorum, ac domorum regularium utriusque sexus, et quorumvis piorum locorum, nec non particularibus religiosis, et Ecclesiasticis quibuscumque, non posse sive religionis, ac loci pii nomine, sive particulariter per se, vel per alios exercere in suis conventibus, seu domibus, aut alibi, in quocumque loco venalem artem aromatariam, praeterquam pro suis, aut alumnorum usibus, nec ullo modo saecularibus, aut aliis religiosis, et ecclesiasticis pharmaca, aut alia cuiusvis generis medicamenta vendere, etiam praetextu amicitiae, et familiaritatis, exceptis theriaca, hyacinto et aliis, vulgo nuncupatis *Chimiche*; sub poenis contrafacientibus suspensionis ipso facto a divinis et privationis officiorum, vocisque activae et passivae absque alia declaratione. Quibuscumque in contrarium non obstantibus etc.

Romae mense Augusti 1707.

FAVENTINA SUPERIORITATIS

Inter PP. Reformatos S. Francisci Civitatis Faventiae, et Tertiarios S. Antonii.

Proposita causa in Congregatione diei 18 Iunii 1717 referente Eño Corsini sub sequentibus dubiis:

1. An donatio facta Patribus sustineatur in casu etc.?

2. An tertiarii sint subiecti gubernio spirituali PP. Reformatorum in casu etc.?

3. An Tertiarii possint alios admittere ad habitum, eorumque Professiones recipere: Et quatenus Affirmative?

4. An admissiones ad habitum, et Professiones hactenus sequutae in manibus Tertiariorum sustineantur?

Ad 1. Responsum fuit Affirmative.

Ad 2. Affirmative in concernentibus spiritualia in Ecclesia S. Antonii.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Pro sanatione.

PIENTINA

Funerum.

In causa Pientina iurium Parochialium vertente inter PP. Minores Conv. eiusdem civitatis ex una, et Capitulum illius Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus proposita fuerunt infrascripta dubia:

1. An Parocho Ecclesiae Cathedralis Pientiae invitato una cum Capitulo et Clero saeculari ad funus alicuius sepultuarii, seu eligentis se-

pulturam in Ecclesia S. Francisci, et in Oratorio adnexo S. Ioannis Baptistae Minorum Conv. dictae civitatis liceat cadaver prius exportare ad dictam Cathedralem, ibique super eo exequias peragere, vel potius recto tramite illud funerandum associare ad Ecclesiam sepelientem?

2. An idem Parochus cotta et stola indutus, et cum Cruce elevata possit una cum capitulo ingredi Ecclesias dictorum Regularium exequias supra dictum cadaver perfuncturus, vel potius debeat usque ad Ianuam dictarum Ecclesiarum associare, ibique dare ultimum Vale?

Sacra Congregatio, visis, et maturo examine perpensis iuribus omnibus ab utraque parte productis, referente Emo Zondadari Ponente, censuit rescribendum: ad 1. dubium, negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad secundum dubium posse ingredi, sed exequias peragi debere a Regularibus ad formam Constitutionis SSmi Domini, quae incipit. *Pretiosus* etc.

Romae 5 Augusti 1729.

ORDINIS CARMELITARUM

Funerum

In Sacra Congregatione, facta super expositis relatione ab Emo Card. de Porzia Ponente, proposita fuerunt sequentia dubia:

1. An PP. Carmelitae possint absque scientia Parochi vocari ab haeredibus ad associanda cadavera in casu etc.?

2. An vocati absque huiusmodi scientia repelli possint a Parocho a dicta asssociatione in casu etc.?

3. An Parochus teneatur praestare commodum dictis Carmelitis celebrare volentibus missas lectas in Ecclesia parochiali, praesente cadavere defuncti in casu etc.?

Sacra vero ipsa Congregatio visis atque perpensis iuribus omnibus hinc inde deductis benigne respondit: ad primum Affirmative, ad secuncundum Negative, ad tertium Affirmative et amplius causam non proponi mandavit.

Romae 16 Decembris 1729.

ORDINIS EREMITARUM CAMALDULENSIUM

Super ordinatione a quocumque, et interstitiis.

All' Emo Arcivescovo

Con speciali concessioni venne dalla S. Sede decorato l' insigne ordine Camaldolese, e con quelle precisamente, che riguardano la presentazione de' suoi Alunni alla S.ª Ordinazione a qualunque Vescovo Cattolico, anche senza intesa del Diocesano, fuori ai tempi prescritti non osservati gl' interstizii, e con esenzione dall' esame, o dello stesso Diocesano, o del Vescovo ordinante offrono certamente una singolarità di privilegii tanto più rispettabili, quanto lungamente concessi. Non insorse sull'esercizio di favorevoli Indulti controversia alcuna, che de' medesimi si ebbero per osservanti scrupolosi gli Eremiti Camaldolesi nel Regno fino all' epoca con cui (sedendo l' E. V. nel Conclave al grande affare della elezione del Pontefice) furono presentati al Vicario Generale di cotesta Curia Arcivescovile quattro degli stessi Eremiti per essere promossi agli ordini, previo il publico esame, e per un quinto venne al medesimo Vicario interposita officiosa dimanda, che l' avesse sottoposto a privato esperimento, si ricusò però egli alla inchiesta dopo essergli stati anche affacciati i privilegii dell' ordine, ed allora fu, che non dubitando di essi il Superiore de' Promovendi ne procurò, e ne ottenne l' ordinazione indipendentemente alla giurisdizione Diocesana. Questa fu l' operazione, che trasse seco il reclamo del Vicario Generale alla S. Congregazione de' Vescovi e Regolari, la quale volle interpellare il P. Procuratore Generale de' Monaci Camaldolesi; quindi riuniti i fogli delle respettive ragioni delle parti nel giorno 25 dell' andato Giugno venne posto a discussione l' affare, e ne assunsi io stesso Card. Prefetto la relazione agli Emi Padri. Conobbero essi, nè impugnarono i privilegii de' quali si ha ragione; unitamente però considerarono, che non sono da moltissimo tempo in vigore, che il ritornarli all' osservanza ferirebbe molto la giurisdizione Vescovile, e potrebbe essere motivo di serii disordini, però giudicarono che si abbia a rispettare l' uso attuale, e la prattica de' nostri tempi, a cui si attengono i Monaci Camaldolesi. Dichiarando pertanto in specie il metodo da osservarsi, relativamente al privilegio di essere ordinati gli eremiti Camaldolesi da qualunque Vescovo, si abbia la regola, che qualora il Vescovo Diocesano nei tempi prescritti non tenga ordinazione, il Superiore de' promovendi estragga dalla Cancelleria Vescovile la fede, e con questa e colla di lui dimissoriale li dirigga a qualunque Vescovo per farli ordinare. Relativamente alla dispensa degl' interstizii dovrà usare con formola, *Rogamus te Rme*

Dñe, ut dispensare digneris super Interstitia sicut et nos dispensamus; circa l'esame dovrà questo essere sostenuto dai promovendi, qualora il Vescovo Diocesano, o il Vescovo Ordinante voglia accertarsi della scienza di chi riceve gli Ordini, e si avrà a garanzia del Vescovo se taluna volta venga l'esame dispensato.

Il privilegio poi dell' *extra tempora* si ha nel suo vigore.

Ad integrità di risoluzione hanno gli Emi miei signori diretti i loro riflessi sulla ordinazione seguita nell' anno scorso, origine della controversia, e consideratosi dai medesimi quanto in ciò erasi a considerare, in seguito hanno determinato di non dover prendere alcun provvedimento, essendo la stessa Ordinazione accaduta secondo il privilegio. Quanto ho di sopra partecipato, forma la risoluzione sull' affare proposto a discutersi alla S. Congregazione, e ne verrà in pari tempo cerziorato il P. Maggiore per suo governo, come lo reco ad intelligenza dell' E. V.

13 Luglio 1730.

AGRIGENTINA

SIVE

Ordinis Cappuccinorum
fundationis Conventus cum aliqua dotatione.

In causa Agrigentina, seu Ordinis Cappuccinorum fundationis conventus, Sacra Congregatio attentis relationibus P. Procuratoris Generalis, et Episcopi Agrigentini, ac re undique mature discussa, referente Emo Card. Zondadari Ponente, benigne rescripsit. Ad D. Secretarium cum SSmo pro gratia fundationis Episcopo in forma commissaria iuxta modum qui est: – Quod fundatores se obligent in forma iuris valida pro annua praestatione unciarum 28 quae inserviant pro manutentione Ecclesiae, et Sacrarii; necnon pro indigentiis Infirmorum tantum: PP. Cappuccini in actu acceptationis emittant protestationem D. Bonaventurae. Et fundatrici dumtaxat cum solitis cauthelis permittant ingressum per quatuor vices quolibet anno in Conventum.

Ex audientia deinde SSmi habita ab infrascripto D. Secretario die 26 Ianuarii 1731.

Romae 7 Decembris 1731.

SULMONEN.

Funerum

In causa Sulmonen. funerum inter PP. Reformatos S. Francisci civitatis Sulmonae ex una, et Rev. Ioannem de Clemente, et alios Parochos eiusdem civitatis ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta dubia:

1. An pro Infantibus, et Impuberibus liceat parentibus eligere sepulturam in Ecclesiis Regularium?

2. An Impuberes, non facta electione sepulturae per eorum parentes, debeant sepeliri in Parochiali, seu potius ubi adest sepulchrum Maiorum?

3. An filii Impuberes Vincentii Mazzarae nuper sepulti in Ecclesia PP. Minimorum restituendi sint una cum emolumentis funerum Ecclesiae PP. Reformatorum S. Nicolai, ubi adest Sepulchrum Maiorum?

4. An in casu, quo Impuberes in Ecclesia Regularium tumulentur, Parochus ultra quartam sibi debitam, aliud praetendere possit?

Sacra Congregatio visis et maturo examine perpensis Iuribus omnibus ab utraque parte productis, referente Emo Falconerio Ponente, benigne rescripsit: Ad primum affirmative: ad secundum negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. Ad 3. Dilata, et citentur PP. Minimi. Ad 4. servetur constitutio S. M. Benedicti XIII.

Romae 8 Iunii 1731.

CASTEN.

Super ordinatione Regularium extra tempora.

Il Vescovo di Castro Umo Oratore dell' EE. VV. divotamente gli espone esser stato più volte richiesto da Regolari per esser ordinati in vigore de' loro Privilegi, e del Concilio Romano *extra tempora*, e quantunque ne mostrasse qualche renitenza, tuttavia dall'esempio di molti Vescovi vicini di quella Provincia si è ancora Egli indotto ad ordinare alcuni in detti tempi; pertanto ad effetto di togliersi da ogni scrupolo

supplica umilmente l' EE. VV. di dargliene una più particolar legge per potere secondo il tenore della medesima regolarsi, che ecc.

Sacra etc. super expositis benigne rescripsit : Episcopum posse, sed non teneri.

Romae 18 Iulii 1732.

ORDINIS CAPPUCCINORUM

Funerum.

In causa Aquen. funeralium vertente inter R. Ippolitum Muccio Praepositum Ecclesiae Parochialis Ovadae ex una, et PP. Cappuccinos Conventus eiusdem loci ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta dubia nempe :

1. An PP. Cappuccini habeant ius sepeliendi in suis Ecclesiis illorum Cadavera, qui in eis sepulturam elegerunt cum licentia eorum superioris Generalis ?

Et quatenus Affirmative.

2. An licentia praedicta sit ante Cadaveris asportationem legitime ostendenda vel Episcopo, vel Parocho defuncti illam requirenti ?

Et quatenus Affirmative.

3. An Cadaver Sacerdotis Camilli Saravalli sit effective restituendum una cum emolumentis Ecclesiae PP. Cappuccinorum terrae Ovadae ?

Et quatenus Affirmative.

4. An sit locus aperitioni, et recognitioni Capsae, in qua depositum fuit dictum Cadaver.

5. An Parochus dicti loci Ovadae teneatur associare cadaver ab Ecclesia, in qua fuit sepultum ad Ecclesiam exclusive RR. PP. Cappuccinorum praedictorum ?

Itidem propositum fuit aliud dubium super quarta funerali, videlicet :

An PP. Cappuccini teneantur solvere quartam funeralem in casu etc. ?

S. Congregatio, referente Card. Gotti Ponente, partibus auditis, ac re undique mature discussa, censuit respondendum, prout rescripsit nempe:

Ad 1. et 2. Affirmative.

Ad 3. Negative.

Ad 4. et 5. Provisum in 3.

Et ad dubium super quarta funerali, Affirmative.

Romae 19 Septembris 1732.

EUGUBINA

Indulti ad retinendum
Vicarium generalem dioecesanum.

Il Vescovo di Gubbio riverentemente espone all' EE. VV. come attesa non solamente l' immemorabile costumanza de' Suoi Antecessori, ma anche la povertà della Mensa, e la tenue rendita della Cancelleria, gli è convenuto fare per Suo Pro-Vicario Generale un soggetto di somma bontà e prudenza della stessa Città di Gubbio, e sapendo l' Oratore essere questo contro le savie determinazioni del Sinodo Romano, ricorre all' innata clemenza dell' EE. VV. per ottenere benigna licenza, acciò possa far continuare il predetto soggetto nella sopradetta carica, non ostante le memorate determinazioni, mentre se fosse costretto l' Oratore a fare suo Vicario Generale un forastiero, non saprebbe come decentemente provvederlo. Che ec.

Sacra etc. attenta relatione Episcopi Callien. Oratoris precibus benigne indulsit ad biennium tantum iuxta petita.

Romae 23 Decembris 1735.

CIVITATIS-DUCALIS

Super dispensatione a defectu aetatis
pro Confessario Monialium.

Fr. Anacleto da Leprignano de' Minori Osservanti Riformati Vicario attuale di S. Maria in Labbro con tutto l' ossequio rappresenta all' EE. VV. essere stato designato per Confessore Straordinario di Monache da Monsig. Vescovo di Civita Ducale stante la scarsezza de' Soggetti, che ritrovasi nella Sua Diocesi, ma perchè mancano all' Oratore un anno, e

sette mesi al compimento degli anni 40 perciò ricorre supplichevole alla benignità dell' EE. VV. acciò si degnino dispensarlo per tale effetto. Che ec.

Sacra etc. attenta relatione P. Procuratoris Generalis benigne commisit Ordinario Civitatis Ducalis ut veris etc. et dummodo Orator doctrina et probitate morum sit praeditus, ac praevio examine ad huiusmodi confessiones excipiendas idoneus reperiatur, et Suorum Superiorum consensus accedat, petitam dispensationem pro suo arbitrio impertiatur.

Romae 22 Aprilis 1735.

MONTIS PELUSII

Funerum.

In causa Montis Pelusii funerum vertente inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis Montis Pelusii ex una, et PP. Minores Conventuales S. Francisci ejusdem civitatis ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta dubia:

1. An Patres Minores Conventuales teneantur accedere ad levandum Parochum, seu hebdomadarium ab Ecclesia Cathedrali pro associandis cadaveribus eorum, qui sepulturam elegerunt in eorum Ecclesia, seu potius dictus Parochus, seu hebdomadarius debeat pro huiusmodi effectu privatim se conferre ad Ecclesiam dictorum Patrum. In casu etc. ?

2. An Parocho, seu hebdomadario monito, et per horam expectato, nec adveniente, liceat dictis Patribus ad domum defuncti accedere, eiusque cadaver sine Parocho ad propriam Ecclesiam exportare. In casu ?

3. An funebris processio, Capitulo Cathedralis Ecclesiae nec invitato, nec interveniente, ducenda sit sub Cruce dictae Ecclesiae Cathedralis tamquam unicae Parochialis, seu potius sub sola Cruce Ecclesiae tumulantis in casu ?

4. An praedictis Parocho, seu hebdomadario Cotta et Stola indutis liceat ingredi Ecclesiam dictorum Patrum, ibique super cadaver in eo tumulandum antiphonas intonare, et exequias facere, seu potius teneatur ad eiusdem Ecclesiae fores sistere, ibique ultimum Vale defuncto dare in Casu etc. ?

Sacra Congregatio, referente Emo Domino Card. Gotti Ponente, attenta relatione Episcopi Montis Pelusii, partibus hinc inde auditis, ac re

mature perpensa, ad suprascripta dubia sequentem in modum respondit nempe:

Ad 1. Affirmative quoad primam, et negative quoad secundam dubii partem.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. Negative ad primam, et affirmative ad secundam dubii partem.

Ad 4. Negative ad primam, et affirmative ad secundam dubii partem, et amplius Causam huiusmodi non proponi mandavit.

Romae 23 Septembris 1735.

ALGAREN.

Super assistentia confessarii moniali moribundae praestandae.

Al Vescovo

Essendosi maturamente considerato da questi Emi miei Signori la lettera da V. S. qua trasmessa in data dei 30. Aprile, in cui domandava se gli sia lecito in avvenire in occasione, che si trovano gravemente inferme le Monache terziarie di S. Francesco di cotesta Città, dare facoltà al Confessore di assisterle anche in tempo di notte, ed aiutarle a bene morire, sono venuti nel sentimento, che possa ella liberamente accordare in qualunque tempo tale facoltà al Confessore straordinario, che debba regolarsi secondo ciò che gli detterà la prudenza.

Infatti oltre le Costituzioni di cotesto Monastero da V. S. accennate, che questo stesso prescrivono, oltre la consuetudine per lo passato, come ella dice conservata, ed oltre li Decreti da questa S. C. altre volte emanati su tale particolare, si è anche considerato, che parerebbe troppo duro privare le religiose nel tempo più premuroso, quale è quello in cui è imminente la morte, dell'assistenza del loro Confessore.

Nè punto ha ritardato il sentimento di questi Emi Signori il Decreto di questa S. Congregazione che V. S. allega, che si suppone emanato alli 13. Settembre 1583 riferito dal Pignatelli Consult. Can. tom. 6. Consul. 8. §. N. 134. perchè si è fatto riflessione, che la consuetudine contraria universalmente introdotta avrebbe potuto bastare perchè il suddetto Decreto non avesse il suo effetto. Si aggiunge a ciò, che la risoluzione citata dal Pignatelli pare sì dura, che ragionevolmente sospetta

il Pellizzari *de Mon. Cap.* 7. N. 227. essere apocrifa... Procurerà dunque V. S. eseguire quanto sin qui a nome della Stessa S. Congregazione gli si risponde ec.

Luglio 1736.

CESENATEN.

Iurisdictionis Parochi in inservientes quaestuantes Monialibus Cappuccinis Corporis Domini.

Sacra Congregatio referente Emo D. Card. Gotti Ponente, attenta relatione Episcopi Cesenaten., ac re matura perpensa, censuit ac decrevit, in Casu etc. de quo agitur, danda et observanda esse Decreta alias ab eadem S. Congregatione emanata in Causa Forolivien. inter Monasterium et Moniales Cappuccinas, ac Ioannem Baptistam Sachinum Parochum S. Luciae eiusdem Civitatis sub die 18. Augusti 1719. sub infrascriptis dubiis:

1. An Ministratio Sacramentorum, tam tempore Paschali, quam in ultimis Infirmitatibus, et ius sepulturae privative spectet ad Parochum quoad binas Sorores quaestuantes inservientes Monasterio Cappuccinarum in Casu etc.?

2. An et pro quibus, invito dicto Parocho, liceat Cappellano Confessario eiusdem Monasterii Sedes Confessionales publice expositas pro ministratione Sacramenti poenitentiae retinere?

3. An idem Parochus ius habeat quaestuandi in Ecclesia Cappuccinarum pro SSmo Sacramento, et animabus Purgatorii in Casu etc.?

S. Congregatio, visa relatione Episcopi Forolivien., Partibus auditis et informantibus, referente Emo Corsino, ad suprascripta dubia infrascriptum in modum respondendum censuit: videlicet

Ad 1. Negative in casu.

Ad 2. Affirmative quoad duas Inservientes quaestuantes.

Ad 3. Negative et amplius in omnibus.

Romae Mense Maii 1788.

CONVENTUALIUM

Funerum, et processionis.

In causa Nullius, seu Terrae Pontiani Assertorum Iurium Parochialium inter Conventum Conventualium S. Sebastiani ex una, et Rev. Bernardinum Antonium Serchristophani Archipresbyterum S. Nicolai eiusdem loci ex altera partibus, praeposita fuerunt infrascripta dubia:

1. An liceat Capitulo, et Canonicis S. Nicolai in Associatione Cadaverum ad Ecclesiam S. Sebastiani elevare propriam Crucem, seu potius idem Capitulum teneatur incedere sub Cruce dictae Ecclesiae S. Sebastiani tumulantis ?.... *et quatenus affirmative quoad primam partem.*

2. An liceat Archipresbytero et canonicis ingredi Ecclesiam S. Sebastiani cum Cruce et stola, et super cadaveribus defunctorum functiones peragere ?

3. An Patres Conventus S. Sebastiani possint elevare propriam Crucem vocati ad associanda funera ad alias Ecclesias, seu potius debeant incedere sub Cruce Capituli ?

4. An Consanguineis, et haeredibus defuncti liceat eligere sepulturam pro defuncto ?.... *et quatenus Negative.*

5. An dictus conventus teneatur restituere emolumenta percepta in tumulatione cadaverum Margheritae Guidi, et Blasii Elemosine ?

6. An dictis Patribus Conventualibus liceat ducere processiones extra Claustra ?

S. Congregatio EE. rescripsit:

Ad 1. Negative quoad primam partem, et affirmative quoad secundam.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Ad Mentem Emi Ponentis.

Ad 6. Negative, nisi de licentia Ordinarii.

Romae 20 Martii 1739.

FERETRANA.

Declaratio S. Congregationis Immunitatis circa absolutionem percussoris Clerici.

Absolutio a Censuris incursis vigore Canonis *Si quis suadente* non spectat ad Sacram Congregationem.

Feretrana 3. Iulii 1674.

Questo Decreto lo notificò Monsig. Segretario dell' Immunità in occasione di rimettere un memoriale per l' assoluzione su tal materia alla S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari con biglietto delli 11. Marzo 1739.

CAMERINEN.

Super decretis editis
in Monasterium monialium exemptarum.

In Causa Camerinen. inter Rñum Episcopum Camerinen. ex una, et PP. Observantes etc. ac Moniales Monasterii S. Mariae Magdalenae Mathelicae ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta dubia nempe:

1. An substineatur remotio Rotae in Casu? *et quatenus negative quoad primam partem:* An sit locus reductionis in pristinum?

2. An suspensio, et remotio Confessarii a Rño Episcopo in actu Visitationis demandata absque eo quod prius requisiti fuerint Superiores Regulares ad illum removendum substineatur in Casu?

3. An idem Rñus Episcopus potuerit revidere computa et rationis redditiones exigere ab officialibus Monasterii absentibus Superioribus Regularibus, ipsisque non vocatis neque intimatis ad interessendum in Casu?

4. An substineatur Decretum a Rño Episcopo conditum, quo prohibetur, ne amplius imposterum religioso Confessario fiat subministratio victus in specie praeparati, sed assignetur annua praestatio Scutorum quinquaginta in Casu?

5. An Episcopus teneatur in Decretis aeditis in Visitatione exprimere, se se talia Decreta edicere, tamquam delegatum Apostolicum adeo ut illa ab eo cum eiusmodi verbis reformanda sint, seu potius sufficiat in principio sola expressio procedere ad Visitationem Monasterii exempti iure Delegato in Casu?

Sacra Congregatio referente Emo D. Card. Rezzonico, mature perpensis omnibus rationibus ab utraque parte allatis, censuit ad praedicta Dubia respondendum prout praesentis Decreti tenore rescripsit nempe:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Suspensionem substineri.

Ad 3. Negative, et servetur Constit. Gregorii XV.

Ad 4. Affirmative.

Ad 5. Affirmative.

Romae Mense Decembris 1740.

TRANEN.

Super exequutione resolutionis S. C.

Sede Apostolica vacante.

All' Arcivescovo.

Essendosi riferita nella S. Congregazione de' Vescovi e Regolari celebrata dentro il Conclave nel giorno 12. Aprile corrente la relazione di V. S. cica la Reintegrazione, Assoluzione, e Dispensa d' Irregolarità ai Sacerdoti Spinazzola, Torniero, ed altri, ed esposti altresì dall' Emo Pico Ponente i motivi da lei addotti per i quali non ha dato esecuzione al decreto di detta Reintegrazione, Assoluzione etc. emanato sotto il dì 15. Gennaro ultimo, ed approvato dalla sa. me. di PP. Clemente XII, cioè che gli è stato presentato detto decreto dopo la morte del Papa; Questi Eccmi miei Signori sono venuti nel sentimento di rescrivere nella forma, che segue – *Archiepiscopum Tranen. posse tuto procedere ad executionem Resolutionis S. Congregationis captae die* 15. *Ianuarii, et approbata a sa. me. Clemente XII. die* 24. *mensis eiusdem.* Glielo significo dunque d' Ordine dell' EE. Loro per sua regola, e per il dovuto adempimento, e Dio la prosperi.

Roma 29. Aprile 1740.

Referuntur aliquae resolutiones factae post obitum Sa: Me: Clementis XII, ut S. C. praxis, quae Sede vacante servatur, appareat.

Pro Aeducanda, quae minor erat aetate sex annorum, ideoque Brevis expeditio requirebatur.

colo — Per presentazione di Bolla Apostolica — fino all'articolo inclusive — Per decreto di direzione di Beneficî, Cappelle, Confraternite, Monti; e convenendo con la tassa *Spinola* che si dice stabilita nel Sinodo diocesano sutrino nel 1761 riguardante emolumenti nelle cause spirituali, ed altre la quale è già in piena opposizione con la tassa vigente della s. m. d'Innocenzo XI pubblicata per via di legge per tutta l'Italia li 8 ottobre 1678, non può certamente approvarsi, anzi richiamare si deve all'esatta osservanza la Innocenziana medesima. Si legge inoltre nella Tassa proposta qualche altro articolo contrario alla definizione delle Sacre Congregazioni, come appunto è la licenza ad un chierico di essere testimonio nel foro laico, la quale deve spedirsi gratuitamente: così nell'Aquilana dei 5 Maggio 1637 presso la Sagra Congregazione dell'Immunità.

Inoltre nella stessa sua Tassa sembrano trascurati gli emolumenti da stabilirsi per le cause civili di diritto *contradicente parte, et nullo contradicente,* come su le cause beneficiali, particolarmente di patronato ai termini dell'Innocenziana, in cui il Vicario Generale assumendo le parti di Giudice per la controversia di esistenza di Patronato, è giusto che percepisca una adequata propina.

Dopo tali saggi riflessi prodotti dallo stesso Emo Ponente Signor Cardinale della Genga da ponderarsi nella S. Congregazione non posso fare a meno di rimetterle la Tassa proposta affinchè nuovamente la rediga sull'osservazione suaccennata inculcandole di uniformarsi esattamente a quanto dispone la Tassa Innocenziana, e in ciò che la medesima nulla stabilisce nè sia contrario alle definizioni della S. Congregazione, potrà esserle di norma la Tassa Corsini, Spinola, e forse anche il foglio addizionale.

24 Settembre 1822.

SUTRINA ET NEPESINA

Taxae.

Al Vescovo

La Sacra Congregazione adunata nel giorno 21 dello scorso febbraro ha ponderato quanto l'Emo Signor Cardinale della Genga Ponente ha fatto sentire relativamente alla Tassa, che V. S. ha proposta da osservarsi da ambedue le Curie sutrina e nepesina nel disbrigo degli affari di giurisdizione vescovile. Una circostanza, che attualmente involge lo stesso oggetto trattiene la medesima S. Congregazione dal munire con una speciale approvazione la Tassa suddetta, bensì per mio mezzo l'autorizza a pubblicarla nell'una e nell'altra diocesi, a potersene servire e farla osservare, finchè diversamente non le venga ingiunto.

21 Februarii 1823.

CIVITATIS CASTELLANAE, HORTAN. ET GALLESIN.

Taxae.

Dal Conclave 23 Settembre 1823.

Al Vescovo

È in cognizione della Sagra Congregazione che V. S. si occupa in determinare le Tasse, che si devono percepire dalle tre sue Curie, su quale oggetto la stessa Sagra Congregazione deve dare delle generali provvidenze avendone diretta a vari Ordinari una lettera particolare; se le rimette dunque la medesima lettera, onde possa servirle di governo, e possa in seguito darne la sua informazione.

ASSISIEN.

Investimenti.

Al Vicario Generale — A nome di Monsignor Segretario. Per quante diligenze abbia fatte fare nella Segreteria della S. C. non si conosce la Circolare della medesima del 1818, della quale fa parte V. S. nella sua pregiatissima dei 20 Settembre scaduto. La massima però che è in pratica nella Sacra Congregazione è questa, che le Doti monastiche, e le somme, che si trovano negli Erari de' Luoghi Pii provenienti dalle vendite di Stabili, o da Legati, e disposizioni testamentarie, purchè non venga altrimenti in esse disposto, debbano investirsi in stabili sicuri e fruttiferi. Se poi provengono da Censi, o Crediti restituiti, possono rinvestirsi in Censi secondo la Costituzione Piana. Questa massima soffre in qualche caso particolare la sua eccezione, specialmente dopo che è stato introdotto il sistema ipotecario, ed in tale circostanza conviene ricorrere alla Sacra Congregazione, la quale nella sua saviezza può determinare i contratti, e le cautele per stipolarli.

Con questo schiarimento spero tranquillizzarla, e di aver così soddisfatto ai di lei desiderî.

Intanto ec.

4 Ottobre 1823.

LUCANA

Erectionis Monasterii.

Ex audientia SSmi 30 Ianuarii 1824. Sanctitas Sua, attentis expositis, ac relatione Archiepiscopi Lucensis, benigne annuit, et propterea eidem commisit, ut pro suo arbitrio Moniales Ordinis S. Benedicti iam Monasterii S. Lucae, modo in Servorum conventu coadunatae, in verum,

realeque monasterium coalescere, et efformare valeant, servatis servandis, non obstante, quod eaedem moniales numerum viginti quinque non excedant, literis apostolicis in forma Brevis sa. mem. Pii VII super restitutione monasteriorum in Ducatu Lucensi, aliisque in contrarium minime obstantibus.

Romae etc.

INCERTI LOCI

Super schedis distribuendis iis, qui Communionem paschalem recipiunt.

Al Vescovo

Al ricorso presentato alla Santità di N. S. dai Parrochi di codesto Clero sul divieto da V. S. dato ai Parrochi con Circolare riservata dei 7 Marzo scorso di diramare i biglietti della Comunione Pasquale; alle deduzioni fatte da V. S. con lettera de' 7 aprile scorso di recedere dalla costumanza introdotta dal Vicario Capitolare di codesta Diocesi di presentare i biglietti Pasquali ai rispettivi Parrochi, la Sacra Congregazione coll' Oracolo di N. S. ha stimato di dover stabilire la massima su quest' uso de' biglietti, anche in codesta Diocesi. Il Concilio Lateranense IV. prescrisse la pratica della Chiesa romana, che in oggetti di pietà e di disciplina anche nei primi secoli della Cristianità era un documento di venerazione ed imitazione, l' uso delle vicine e contermini Diocesi di. . . . . , che si esiga il religioso adempimento. Gli scostumati che trovano un efficace incentivo a mutar vita, ed in realtà in genere almeno, per qualche tempo la mutano; le conversioni più belle, che sogliono vedersi nella Quindenna Pasquale, in cui sono i fedeli avvisati, scossi e confortati da' pii e prudenti Parrochi, e dai Vescovi destati col loro zelo, e con la loro dottrina, sono questi i motivi di giustificare non solo il costume introdotto de' biglietti Pasquali, ma di doverne sostenere e prescriverne l' uso, unico espediente, onde sapere con certezza chi non si è accostato alla s. Mensa, e astringere i renitenti, ed i contumaci con le censure Canoniche a dare un documento alla Chiesa della loro credenza e religione. Il contramandare l' ordine dato da V. S. con pubblicità, ed il ritirare la sua Lettera circolare riservata animerebbe troppo gli Ecclesiastici, che ricorsero, e darebbe un disgusto a V. S. che nella sua buona volontà, e nelli suoi religiosi portamenti edifica il Gregge e riscuote la pubblica stima.

La Sacra Congregazione pertanto tutto considerando ha preso il presente equo temperamento. Ha fatto rispondere al memoriale presentato che *recurrant ad Episcopum.*

Si presenterà dunque in nome dei Curati della Diocesi un memoriale, i quali dopo l' esperienza non molto gradevole di quest' anno, domandano per i venturi la ripristinazione dei biglietti Pasquali. Farà V. S. un rescritto favorevole alla domanda nei modi e nella forma che stimerà più espediente nel Signore, ed attenderà nel venturo anno la ripristinazione dei biglietti Pasquali. Così vuole il S. Padre, e la S. Congregazione.

Tanto ec.

23 Maggio 1828.

ROMANA

Beneplaciti S. C.

A Monsignor Presidente degli Archivi

I Signori della Missione costituiscono una Congregazione, la quale sebbene *non censeatur in numero ordinum Religiosorum, est tamen de corpore Cleri Saecularis* al dire della S. M. di Alessandro VII. nella sua Costituzione *Ex Commissa* de' 22 Settembre 1655, per cui le di lei costituzioni furono confermate da Clemente X. Il solo romano Pontefice, o il Generale può assolverli dai voti semplici secondo Bened. XIV. e veruno può uscire dalla Congregazione se non di licenza del Pontefice e del Generale a forma della Costituzione di Clemente X. *Alias felicis.* — Su tali fondamenti la Sacra Congregazione ha riconosciuto sempre questa Congregazione come un Corpo Ecclesiastico del Clero secolare sotto una regola. Continue sono le petizioni delle Case della Missione, che si portano in Sacra Congregazione per formare i contratti proibiti ai luoghi Pii dalla estravagante *Ambitiosae* ed universalmente per concludere tutti gli affari, ne' quali sogliono ricorrere alla medesima non solo i luoghi Pii, ma ancora le Corporazioni religiose, per cui nuova è l' opinione del Notaro Damiani, che i Signori della Missione siano un Corpo secolare. Per questi riflessi la Sacra Congregazione stima, che la Casa della Missione di Monte Citorio sia soggetta alla disposizione del Regolamento disciplinare circa il Regime Ipotecario nel Capo 4 N. 28, e perciò debba riportare detto beneplacito Apostolico per la radiazione dell' Ipoteca iscritta nell' Officio della Conservazione di Viterbo li 10 Maggio 1820 a carico

tanto del fu Flaminio Leonidi e Virginia Vanni Coniugi, che di Liborio Leonidi.

L' Arcivescovo di Larissa Segretario della Sacra Congregazione nel comunicare a V. S. Illma e Rma la mente della stessa, l' accompagna con l' analoga posizione, e si rassegna ec.

24 Aprile 1829.

CAMERINEN.

Super Dote Conversarum.

Dispositio Constitutionis Clem. VIII *Nullus omnino* § 6. ubi Superioribus Regularibus prohibetur distractio pecuniarum ad Conventum pertinentium, etiam nomine Conventus, comprehendit Conversarum Dotium deposita, quae ab *Abbatissis* erogari nequeunt propria auctoritate, neque in pecudum emptionem, neque in domorum colonicarum restaurationem; sed reinvestiri debent in loca stabilia. Hinc S. C. sequentem scripsit epistolam Archiepiscopo Camerinen.: Consultati i Superiori dell' ordine Domenicano circa la consuetudine della erogazione delle doti delle Converse di codesto Monastero di S. Caterina, se debbonsi queste rinvestire, ovvero se sia in libertà della Superiora di erogarle a favore del Monastero, i medesimi hanno dichiarato, essere questa prattica un abuso introdotto recentemente, giacchè quando essi governavano detto Monastero, le versavano nella Cassa delle Doti per rinvestirle nell' opportunità in uno stabile a favore del Monastero. Hanno inoltro rilevato che la Costituzione di Clem. VIII. nell' art. 6 de' 20 Marzo 1601, che comincia *Nullus omnino* toglie questo potere a' Superiori locali riguardo all' Amministrazione de' beni, ed altre cose del Convento e nello spendere il denaro, e rendite del medesimo; per cui arbitraria è stata l' erogazione della Madre Abbadessa NN. de' 268 scudi provenienti dai Depositi delle doti spirituali delle Converse in compra de' bestiami, ed in restauri delle Case coloniche senza superiore autorizzazione. Siccome però l' oggetto della erogazione è favorevole al Monastero, specialmente nel restauro delle Case coloniche, perciò la S. C. de' VV. e RR. autorizza i revisori deputati del suo rendiconto ad ammettere questa partita in scudi 268., purchè null' altro osti nella liquidazione de' conti, acciò venga confermata in Abbadessa di detto Monastero per altro triennio, previa l' assoluzione delle pene e censure dalla colpevole incorse.

15 Giugno 1830.

SPOLETANA

Super translatione Monialis ad exercendum Abbatissae munus.

All' Arcivescovo

Riferitasi alla Santità di N. S. dall' infrascritto Segretario della S. C. nell' Udienza accordatagli la sera 27 spirante, l'istanza di Monsig. Vescovo di Narni, che domanda la facoltà di avere una Monaca per eleggerla Abbadessa nel monastero di Santa Margarita, non essendovi nello stesso un soggetto adattato, e questa Religiosa prenderla da un Monastero di Spoleto, Sua Beatitudine ha benignamente condisceso accordarle la grazia per un triennio soltanto, e nello stesso tempo, mi ha comandato di scrivere a V. S. affinchè qualora vi sia il nuovo consenso, permetta l' egresso alla Religiosa per l' oggetto indicato, e che venga nel viaggio accompagnata da una onesta Matrona, e probo Ecclesiastico da eleggersi da V. S., osservandosi tutte le cautele prescritte.

31 Agosto 1830.

INCERTI LOCI

Pro facultate constituendi dotes monasticas in stabilibus, et censibus loco numeratae pecuniae.

Ex audientia Sanctissimi habita 18 Iulii 1834, Sanctitas Sua attenta relatione Episcopi oratoris benigne annuit, et propterea eidem committi mandavit, ut attentis narratis, et accedente consensu monialium capitulariter respective quatuor monasteriorum praestando, petita facultate pro suo arbitrio, et conscientia uti possit et valeat ad hoc, ut loco dotis spiritualis in numerata pecunia, substituantur capitalia, et etiam census, ut in precibus; constito prius de eorumdem sufficientia, libertate, et securitate, executa transcriptione favore respective monasteriorum. Quibuscumque in contrarium non obstantibus etc.

Romae 18 Iulii 1834.

SAGIEN.

Super validitate et obligatione trium vōtorum a nonnullis Presbyteris dictae Dioecesis emissis.

Anno 1827 aliqui Presbyteri Dioecesis Sagien. in Gallia, approbante Episcopo, quamdam erexerunt Congregationem, cuius scopus, seu finis erat Seminariorum directio. Paulo post quidam ex Sodalibus arbitratus est sibi a Deo revelatum esse, Sodales ipsos novi Ordinis religiosi fun-

damenta constituere debere. Episcopus assensum praebuit ea conditione, ut deinde Regulas, et Constitutiones Apostolicae Sedi subiicerent. Hinc annuente ipso Episcopo, tria vota perpetua emiserunt cum declaratione quod Episcopus ab emissis votis numquam dispensare possit: nempe, 1. castitatis: 2. obedientiae proprio superiori pro tempore: 3. votum adhaesionis religiosae in omnibus rebus divinae voluntati. Distulerunt tamen ad opportunius tempus votum paupertatis.

At editis in Gallia decretis, quibus vetabatur committere Seminariorum directionem personis, quae ad quamcumque religiosam Congregationem spectarent, Episcopus licentiam, et approbationem datam revocavit eosque sibi subiecit, permittens tantummodo, ut vota observare possent, et suis consuetis exercitationibus secreto vacare valerent.

At deinde dubium de votorum validitate, et obbligationibus huic S. C. propositum fuit. Re ad Consultorem pro voto delata ipse animadvertebat praefatam Congregationis erectionem nullam, irritamque esse, utpote opposita decreto Concilii Latheranensis: 2., quo prohibetur *ne quis de caetero novam Religionem inveniat*, ideoque etiam emissa vota nullam coram Ecclesia parere obligationem, sed tantum uti vota privata simplicia habenda esse, si vovens illa absolute emittere intendebat non habito respectu ad Congregationem: si autem illa emisit dumtaxat uti vota Congregationis, esse etiam in foro conscientiae nulla, cum in Instituto a S. Sede minime approbato emissa fuerint.

Re igitur perpensa in generali conventu diei 9 Ianuarii 1835 cum dubiis:

1. Se da principio i loro voti siano stati validi?

2. Se valgono ora, che il Vescovo ha revocato la sua approvazione?

3. Se loro sia lecito di restare nella detta Congregazione?

4. Se siano a ciò tenuti? (1)

Emi Patres rescripserunt:

Ad 1. Negative, cum dispensatione quatenus opus sit.

Ad 2. 3. et 4. Provisum in primo.

9 Ianuarii 1835.

---

(1) Exhibentur hoc loco, et in subsequentibus resolutionibus dubia italico sermone conscripta, quia ita Emis Patribus proposita fuere; ac proinde in eis etiam quoad idioma nihil immutandum erat.

SENEN.

Super collocatione pecuniae in Monte, uti aiunt, dei Paschi.

Archiepiscopus Senarum referebat Administratores Seminarii collocasse in Monte *dei Paschi* summam decemmillium libellarum, quae ex Seminarii reditibus proveniebant; et in id consilii devenisse, ut aliam summam ponerent in eodem Monte, a quo fructus libellarum quatuor pro quolibet centenario et anno percipiuntur donec ad beneplacitum deponentium summa a dicto Monte amoveatur. Deinde naturam praedicti Montis exponebat hisce verbis: *Il predetto Monte de' Paschi non ha ragione dei Monti di Pietà,* ma è una specie *di Banca utilissima bensì agl'interessi di tutta la Provincia, giacchè vi si danno, e ricevono somme al più modico frutto... Che stante la legge delle mani morte in Toscana, il Seminario come luogo pio, non può impiegare i denari in acquisti di beni stabili: che non conviene d' altra parte di tenere oziosa questa somma per esserne insufficienti le rendite ordinarie; e che non sarebbe forse opportuno impiegare detta somma a censo dovendola tener disponibile.*

Tandem ad removendam omnem ambigendi causam enixe efflagitabat, ut S. C. dignaretur declarare an huiusmodi investimentum, et fructuum perceptio licita fuerit.

Hinc in plenario conventu diei 12 Iunii 1835, proposita fuerunt infrascripta dubia:

1. A quale specie di contratto appartenga il rinvestimento del denaro, che si fa nella Banca de' Paschi di Siena?

2. Se da detto rinvestimento possano i Corpi Religiosi, e luoghi pii di Toscana riceverne lecitamente un annuo frutto o almeno se la natura del contratto sia tale, che possa permettersi, o sanarsi con Autorità apostolica?

Quibus dubiis Emi Patres, referente Emo Polidori, respondendum censuerunt:

Ad S. Officium.

Et re in S. Officio perpensa, Emi Patres Feria IV 13 Ianuarii 1836 rescripserunt – In casu, de quo agitur, attentis peculiaribus circumstantiis, Administratores Locorum Piorum tam quoad investimenta praeterita, quam quoad futura non esse inquietandos, dummodo parati sint stare mandatis S. Sedis. Quam resolutionem SSmus approbavit.

12 Iunii 1835.

PANORMITANA SEU ROMANA

Census.

Ex instrumento diei 17 Augusti 1733 Societas Iesu apostolicis facultatibus instructa censum imposuit scutator. 2500 super aliquibus bonis ad Congregationem Olivetanorum S. Spiritus Panormi pertinentibus, servatis conditionibus a Piana Constitutione praescriptis. Patres Olivetani depactum fructum persolverunt memoratae Societati, donec ea stetit ; ipsaque abolita, Camerae Spoliorum usque ad annum 1782.

Ex hoc tempore fructuum solutio interrupta est; non autem eius memoria. Nam in quibusdam publicis actis tum anni 1796, tum 1818, ac 1823 iidem Olivetani huiusce census mentionem, data occasione, facere non omiserunt.

Societas Iesu vix restituta est huiusce crediti solutionem ab Olivetanis petere non retardavit. Sed cum conatus amicabiles in irritum cessissent, ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium suam petitionem exhibuit.

Multas Olivetani exceptiones opponebant, quas inter ea, quae maius pondus obtineret, plurimorum annorum erat praescriptio. Haec autem vim etiam mutuabatur ex legibus Neapolitanae ditionis, quae trigenerium ad reales, ac personales actiones praescribendas satis esse constituunt.

Sed praeterquam quod ad ipsarum legum civilium tramitem aliquid contra praescriptionem replicari posset , obstabat in casu *Cap* 20. *de Praescr.* quod praescriptionem omnem absque bona fide condemnat, ac reprobat, cum praescribentem *in nulla temporis parte conscientiam rei alienae habere oporteat.* Id autem eo magis in casu attendendum erat, quandoquidem agebatur de partibus, quae ambae personis religiosis constabat.

Itaque in plenario conventu diei 23 Septembris 1836 duo dubia Emis Patribus exhibita sunt, nempe :

1. Se il Censo imposto nel 1733 dalla Congregazione Olivetana a favore della Compagnia di Gesù fu vero e legittimo e tuttora vigente in favore della Compagnia ?

Et quatenus affirmative

2. Se la Compagnia di Gesù ha diritto di esigere i frutti arretrati e correnti ?

Emi Patres rescripserunt ad Primum *Affirmative* – Ad 2. *Affirmative.*

23 Septembris 1836.

ROMANA

Absolutionis ob omissum dotis depositum in admissione puellae ad probationem.

Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium attenta relatione Emi Urbis Vicarii, benigne eidem commisit, ut veris etc. praevia culpabilium absolutione a censuris et poenis ecclesiasticis etiam per subdelegandum, ob non servatam formam motus proprii sa. me. Clementis XIII. in admissione ad probationem Mariae N. petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia impertiatur hypothecato congruo fundo, vel praestita idonea fideiussione tam pro securitate solutionis residuae summae, quam fructus compensativi persolvendi donec integra dos monasterio realiter tradita fuerit sub poenis contra alienantes res regularium etc.

Romae 1837.

ROMANA

Super electione Guardianorum Conventualium.

In Provincia romana consuetudo penes Minores Conventuales invaluerat, ut Patres in Capitulo congregati Patribus graduatis facultatem facerent eligendi Guardianos Conventuum filiationis, vel paternitatis, ipsis tradendo schedulas electionis cum die et subscriptione, at sine nomine personae electae.

Orta dubitatione, an ista consuetudo substineri posset, res proposita fuit in generali auditorio diei 3 Martii 1837 cum sequenti dubio: Se la consuetudine introdotta nella Provincia Romana di rimettere ad alcuni graduati la scelta de' Guardiani de' rispettivi loro Conventi sia contraria alle Costituzioni dell' Ordine?

Emi PP. rescripserunt servandas esse regulas a Constitutionibus praescriptas in electione Guardianorum, salva consuetudine permittendi Patribus Graduatis, non tamen titularibus praesentationem Guardianorum Conventuum filiationis, aut paternitatis, reservato tamen Capitulo provinciali iure confirmandi vel infirmandi praesentationem per secreta suffragia.

Vix huiusmodi resolutio prodiit, multis aliis controversiis via patefacta est: ideoque iterum res penes eumdem sacrum ordinem deducta est. Ibi igitur iterum causa proposita est cum iis quae sequuntur, dubiorum formulis, nempe:

1. Se la risoluzione della S. Congregazione del giorno 3 Marzo 1837 emanata per la Provincia romana si debba estendere a tutte le altre provincie in cui vi è la stessa consuetudine, ed anche ai Definitori generali?

2. Se col nome di Capitolo provinciale s'intenda nel caso, di cui si tratta, soltanto il Capitolo provinciale propriamente detto, ovvero ancora tutte le Congregazioni capitolari, in cui prima del nuovo Capitolo si eleggono i Guardiani?

3. Quali sono i Padri Graduati, cui spetta la presentazione de' Guardiani?

4. Se le presentazioni de' Guardiani fatte dagli Ex Ministri Generali si debbano assoggettare allo scrutinio secreto, perchè siano confermate o rigettate; o piuttosto le suddette presentazioni si debbano ammettere e confermare senza scrutinio?

5. Se rigettata la presentazione possa il P. Graduato proporre altro soggetto, o piuttosto si debba *prout de iure* procedere alla elezione?

Quibus Emi rescripserunt in Romana Declarationis.

Ad 1. Affirmative in omnibus.

Ad 2. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 3. Ministri Generales, Ministri Provinciales, Commissarii et Adsistentes Generales, qui actu suo munere funguntur, vel iam functi sunt.

Ad 4. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad 5. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ut facilius ea intelligantur, quae in secundo et tertio dubio praesertim disceptata fuerunt, duo maxime adnotanda esse videntur.

1. Definitorium generale tertio quoque anno convocatur, ab eoque eliguntur ad annum etiam Guardiani nuncupati *di mensa generalizia:* at in duobus annis, qui medii intercedunt, eliguntur a Ministro Generali una cum suis Adsistentibus, Ministro Provinciali et Guardiano, qui Conventui, ubi residet Generalis, praefectus est, vocatis duobus ipsius provinciae Definitoribus. Electio autem Guardianorum omnium aliorum Conventuum ad Provinciale uniuscuiusque provinciae definitorium pertinet, quod olim quotannis congregabatur, nunc autem bis in quodlibet triennium, ut praescribunt Apostolicae literae in forma Brevis Clementis XIII. anno 1762 datae.

2. Praeter Graduatos proprie dictos sunt et illi, qui simplicem habent titulum, ut simplices Magistri, ac Provinciae Definitores, Ex Ministri Generales, Ex Procuratores Generales, Ex provinciales Generales, et Definitores Generales qui universi primis duobus exceptis, nuncupantur *di Grazia.*

3 Marzo 1837.

PINAROLIEN.

Dubia de Congregatione Oblatorum B. M. V. quoad exemptionem ab Ordinariis.

Erectum fuerat in ditione Pedemontana pium institutum, seu Congregatio Presbyterorum saecularium, qui *Oblati B. M. V.* nuncupantur, quique emissa professione votorum simplicium speciali modo vacare debent institutioni Cleri, et incumbere in spirituale populi bonum promovendum quocumque vocati sint tam spiritualibus exercitiis tam aliis sacri Ministerii operibus obeundis. Apostolicis literis in forma Brevis die 1 Septembris 1826 a Leone XII. sa. mem. eorum Constitutiones approbatae fuerunt (1). Deinde die 12 Septembris 1826 rescriptum obtinuerunt, quo eis eorumque Ecclesiis, Cappellis et domibus communicata fuerunt *omnia, singula privilegia, indulgentiae, exemptiones, et facultates Congregationis SSmi Redemptoris cum omnibus clausulis et decretis necessariis, et opportunis.*

Paulo post Episcopus Pinaroliensis dubitans – *se alle Congregazioni nelle quali si emettono i voti semplici, quali appunto sono i voti degli Oblati, debbansi applicare l' esenzioni delle Comunità Regolari astrette da voti solenni,* – ideoque nonnulla exhibebat dubia :

1. Circa interventum in processionibus.

2. Circa facultatem Episcoporum sese opponendi alicuius alumni professioni.

3. Circa retentionem Beneficiorum simplicium.

4. Quoad Ordinariorum visitationem, et ab eis exemptionem.

Advertendum est ex concessione Pii VI. Presbyteris SSmi Redemptoris plene communicata fuisse privilegia a romanis Pontificibus concessa Congregationibus Doctrinae Christianae, Piorum Operariorum et Passionis D. N. I. C.

Haec factum respiciunt ; nunc propius ad quaestiones accedentes singula dubia perpendenda sunt.

Quod ad processiones spectat in iure cautum est Clericos Regulares ad processiones compelli posse, *nisi hoc* (idest exemptio) *iis concessum fuerit recte, nec vi generalis communicationis privilegiorum* (2). Cogi

(1) In praefato Instituto sodales S. Petrum in peculiarem sibi *Protectorum elegerunt, ea quoque addita lege ut illius die festo singuli Alumni quotannis professionem fidei emitterent, romanoque Pontifici veram obedientiam spondereut iuxta formulam a Pio IV. praescriptam. Optandum profecto esset ut Alumni novorum Institutorum, quae in dies approbantur, huiusmodi exemplum devotionis, et obsequii in Apostolicam Sedem imitarentur.*

(2) Giraldi Ius Pont. part. 2, sect. 168.

haud possunt ad processiones *Clerici nullum beneficium, vel officium ecclesiasticum obtinentes* (1). At hisce Clericis aequiparari videntur alumni Congregationis, de qua agitur.

Bened. XIV. in Const. *Ex quo dilectus*, in qua agit an Clericus saecularis *inconsulto Ordinario habitum regularem suscipere* possit, animadvertit Religionis statum esse maioris securitatis in ordinem ad spiritualem salutem, ideoque non posse impediri quominus clericus saecularis illum suscipiat. In themate licet non agatur de ingressu in Ordinem vere regularem, tamen professio votorum simplicium in aliquo approbato Instituto maioris securitatis statum constituit, habetur igitur eadem ratio, quam Bened. XIV. pro ingressu in ordinem regularem enunciat. Ad beneficia quod attinet distinguendum est: aut agitur de Beneficiis residentialibus; aut de simplicibus. Prima retineri non possunt, prout S. C. C. in Pinarolien. diei 23 Novembris 1832 declaravit, quae Canonico Theologo Cathedralis Pinarolien. veniam denegavit, praebendam canonicalem retinendi post emissam in hoc Instituto professionem, et mandavit Episcopo, *ut post emissam professionem procederet prout de iure.* Beneficia vero simplicia non vacant, ut docet De Nigris *de vacat. benefic. lib.* 1. *cap.* 8.: *per professionem in iis Religionibus, seu Congregationibus, in quibus emittitur professio votorum simplicium, et Professi retinent dominium sine usu, et administratione.* Huiusmodi dominium, quod Theologi *radicale* vocant, Oblati ex praescripto suarum Constitutionum retinent.

Tandem in facto exemptionis distinguenda est exemptio *personalis*, et *localis*, quarum una sine altera haberi potest. Hinc exemptis alicuius Ecclesiae Canonicis vel Clericis, Ecclesia ipsa non censetur exempta teste Fagnano in Cap. *Cum Cappella de privileg. num.* 3. Omnibus autem notum est ab Episcopo uti S. Sedis Delegato visitari posse Ecclesias saeculares exemptas *etiamsi dictae Ecclesiae saeculares exemptae commendatae, et sive illis cura animarum immineat, sive non*, iuxta tradita Fagnano in cap. *Grave De Offic. Ordinarii n.* 11.

Personae Saeculares exemptae si tenent curam animarum, *in iis, quae dictam curam, et Sacramentorum administrationem concernunt, subsunt iurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi: si vero non eam teneant, possunt visitari ab Episcopo auctoritate delegata.* Certum autem in iure est quod *exemptio a iurisdictione non includat exemptionem a visitatione: id autem non procedere, si exemptio concepta sit verbis universalibus, quorum vis in hoc consistit, ut includat etiam ea quae alias in simplici, aut generali dispositione non includerentur.* Vid. Fagnan. in Cap. *Ex parte*

(1) S. C. C. 12 Iunii 1677, et Bened XIV. Inst. eccl. 31.

De Privilegiis num. 30. Verum cum Barbosa *de Offic. et potest. Episcop. alleg. 74, num. 6, observandum est exemptionem a visitatione non comprehendi sub generali concessione exemptionum.* Non abs re erit recensere nonnulla privilegia exemptionis Congregationibus seu Institutis Clericorum saecularium concessa. Congregationi Missionum Alexander VII. Const. *Ex commisso Nobis* die 22 Septembris 1655, exemptionem tribuit *a subiectione Ordinariorum in omnibus, excepto quod personae, quae a superiore eiusdem Congregationis deputabuntur ad Missiones subsint ipsis Ordinariis quoad Missiones, et ea, quae illas concernunt, utque ipsa non censeatur propterea in numero Ordinum Religiosorum.* Clerici saeculares Oratorii exemptione non gaudent; sed tamen Bened. XIV. Const. *Emanavit nuper* 21 Ianuarii 1758; quaestiones dirimens inter Archiepiscopum Liman. et Presbyteros Oratorii declaravit *Congregationem Oratorii esse omnimode subiectam Archiepiscopo, excepto eius Instituto, sive iis, de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis:* debere in visitatione Archiepiscopo exhibere *solum inventarium supellectilium Ecclesiae* non vero libros administrationis domesticos: si oriatur controversia super electionibus *Iudex competens sit Archiepiscopus, et Procurator fiscalis agere possit, non vero pro observantia Constitutionum* (1).

Sed ad rem propius faciunt privilegia concessa Presbyteris doctrinae christianae, quorum communicationem Congregatio SSmi Redemptoris obtinuit: Innocentius X in Brevi *Commissi nobis* 30 Iulii 1697, in approbatione Instituti declaravit illius alumnos subiacere *iurisdictioni Ordinariorum, qui in omnibus iis, quae exercitia spiritualia Ordinis concernunt, in instituendis populis, concionibus habendis et in exercitio, et administratione Sacramentorum immediate procedere possunt.* Hinc teste P. Praeposito Generali illius Congregationis Episcopi Ecclesias, libros Missarum, et scholas visitant. In iis autem quae respiciunt *bonorum temporalium administrationem, domorum Gubernium, Superiorum electiones, Novitiorum receptiones, transgressiones, et alios domesticos excessus puniendos* « Ordinarii » *nullatenus possint sese in iis ingerere, aut executiones decretorum et sententiarum Superiorum nisi in casibus a iure permissis* (2).

Pius VI. Congregationi SSmi Redemptoris concesserat *tam generaliter, quam specialiter privilegia, exemptiones, indulta, aliasque spirituales gratias Congregationibus Piorum Operariorum Doctrinae Christianae, et Passionis D. N. J. C. concessa, et in posterum concedenda,* quaeque specialem *requirerent mentionem.* Pius vero VII die 9 Ianuarii 1807 hanc concessionem ampliavit declarans: *omnia et singula privilegia, indulta,*

(1) Vide etiam quae referuntur in hac Collect. pag. 53.

(2) Casus a iure permissi perlegi poterunt in Conc. Trid. Sess. 6 de Ref. cap. 3; Sess. 7 de Ref. cap. 14; Sess. 13. de Ref. cap. 1 et 5; Sess. 25 de Reg. cap. 14.

facultates, exemptiones, et gratias spirituales etiam specialem mentionem requirentes, quibus praedictae, aliaeque similes Clericorum seu Regularium, seu Saecularium Congregationes, earumque Domus Regulares, et personae utuntur, et gaudent.

Verum haec ampliatio facta per modum declarationis, quatenus iam in praecedentibus indultis concessa fuerit, graves implicat difficultates. Etenim Congregatio SSmi Redemptoris in meliori conditione esset ac Congregatio Doctrinae Christianae, et Passionis D. N. I. C., licet ab eis privilegia mutuata fuerit: et in ea deest directa concessio exemptionis a visitatione, quae per communicationem, ut supra expositum est, non acquiritur.

Quibus positis sequentia dubia in generali Congregatione diei 28 Iulii 1837 proposita fuere; scilicet:

1. An Oblati B. M. V. obnoxii sint decreto tridentini Concilii *sess. 25 cap. 13 de Regularibus,* quo statuitur posse ab Ordinariis ad processiones obligari exempti omnes tam Clerici sacculares, quam Regulares quicumque etiam Monachi, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt?

2. An dictis Oblatis extendi debeat Constit. Bened. XIV. incipien. *Ex quo dilectus* circa liberum ingressum Clericorum Saecularium in regularia Instituta, licet Episcopus opponatur, et Oblati emittant tantum vota simplicia?

3. An per professionem Oblatorum, de quibus agitur, vacent beneficia simplicia et non residentialia quae ipsi obtinebant?

4. An, et quomodo Congregatio Oblatorum subiecta sit visitationi Ordinarii, seu an, et quomodo Episcopus tamquam Delegatus S. Sedis visitationem facere possit?

Emi Patres re diligenter perpensa rescripserunt:

Ad 1. Negative. Ad 2. Affirmative, ne impediatur vocatio ad statum perfectiorem. Ad 3. Negative si agatur de Beneficio simplici. Ad 4. Dilata et iterum proponatur, auditis Episcopo, Oblatis, nec non Procuratoribus generalibus Congregationis SSmi Redemptoris et Passionis D. N. I. C.

Postremum dubium iterum propositum fuit in Congregatione generali diei 26 Aprilis 1839 postquam quae in responsione ad dictum dubium praescripta sunt, exequutioni demandata fuerunt. Episcopus Pinaroliensis obstare autumat omissas in Brevis executione formalitates. Rector Maior Oblatorum contendebat Oblatos a Leone XII. communicationem privilegiorum Congregationis SSmi Redemptoris obtinuisse ac proinde frui privilegiis etiam Congregationum Doctrinae Christianae, Piorum Operariorum et Passionis D. N. I. C. cum Pius VI Presbyteris SSmi Redemptoris dictorum Institutorum privilegia amplissimis clausulis communicaverit *per-*

inde ac si specialiter, et expressa, ac pariformiter et aeque principaliter et concessa fuissent (1). Quae quidem privilegia a Pio VII per superius relatum rescriptum extensa fuere.

Quod vero ad Congregationem Passionis D. N. I. C. spectat, Praepositus generalis non solum textum Constitutionum transcripsit, verum etiam rescriptum Clementis XIV editum die 21 Septembris 1771 ad oppositionem nonnullorum Antistitum removendam, qui opinabantur ius visitandi per Constitutiones Instituti a S. Sede approbatas eis minime sublatum fuisse, cum hac super re iuri Ordinariorum nunquam derogatum intelligatur, nisi ab Apostolica Sede directa, expressa, et particularis concessio obtenta fuerit. Clemens vero XIV declaravit: « Quod eas dumta» xat domos, in quibus permanent duodecim ex dictis Clericis de fami» lia, et in quibus regularis retinetur observantia, tam Ecclesias, quam » domos, ac Regulares ipsos degentes exemptas, ac immunes esse a iu» risdictione, visitatione, et correctione quorumcumque Ordinariorum, in » quorum respectivis Civitatibus, ac Dioecesibus dictae domus reperiun» tur, gaudeantque iisdem privilegiis, et exemptionibus, quibus ex Apo» stolicae Sedis beneficentia aliae Congregationes Regularium donatae sunt; » exceptis tum iis, quae ad curam animarum, et Sacramentorum admi» nistrationem pertinent, tum casibus, in quibus Episcopis, atque Ordi» nariis iure delegato competit iurisdictio ad formam sacrorum Canonum, » Concilii tridentini, et Constitutionum apostolicarum, atque ita Sancti» tas Sua in perpetuum servari, atque exequi mandavit. »

Hic vero animadvertere praestat in regulis dictae Congregationis cap. 12 cautum esse: « Peculiariter officiosa observantia, humilique di» missione Episcopos, et Ordinarios prosequentur, in quorum Dioecesibus » domus nostrae existunt, eisque pie, et reverenter obsequi studebunt » in iis, quae ad bonum animarum sibi creditarum pertinent, adeo ut » cum iidem nostrorum operam ex instituti nostri more requisierint, Ge» neralis, vel Provincialis Praeses, quos idoneos iudicaverit, operarios » mittere curet. »

Quibus omnibus expositis Emi Patres, referente Emo Polidori, unanimi consensu censuerunt expedire, ut Oblati visitationi Ordinarii subiecti remanerent. Cum autem in quaestione iuris circa interpretationem privilegiorum disputarent in voto fuerunt, ut a D. Sub-Secretario de omnibus ad SSmum relatio fieret.

(1) In praesens difficillime conceditur a S. Congregatione communicatio privilegiorum, uti aiunt, *ad instar*, cum huiusmodi communicatione graves quaestiones inducant pacemque cum Ordinariis turbent, et saepe saepius contingat privilegia quae alicui Instituto utilia sunt, aliis communicari ob peculiaria rerum adiuncta minime expediant.

Et facta de praemissis relatione Sanctissimo Domino Gregorio PP. XVI in audientia habita die 3 Maii 1839 SSmus mandavit rescribi dubio *Affirmative quoad Ecclesiam, negative quoad Collegiorum, et disciplinare Congregationis regimen, et administrationem iuxta Const. Innocentii X* editam pro Congregatione Doctrinae, quae incipit « COMMISSI NOBIS » 30 Iulii 1667, *salvo iure agendi auctoritate delegata iuxta sacros canones.* (1)

(1) Quoad Instituta, quae exemptione non gaudent vid. pag. 53 et 169 huius Collectaneae Resolutio S. C. in *Massanen.* pag. 53 confirmata fuit a Leone XII per litteras Apostolicas in forma Brevis die 30 Ianuarii 1827 incipien. *Cum sicut*, in quibus etiam mentio fit epistolae S. C. die 29 Aprilis 1825 ad Archiepiscopum Messanen. datae sequentis tenoris: « Come ogni regolare Ordine ha le sue costitutioni alla direzione » delle quali non può intromettersi l'Ordinario, nella cui Diocesi trovansi eretti i » respettivi Conventi, così l'Istituto della Congregazione dell'Oratorio non va soggetto » alla direzione dell'Ordinario per li casi del suo Istituto, e dalla Santa Sede in aumento, » e spiegazione del medesimo istituto previsti, e determinati. Opportuno alla spiegazione » di questa massima rendesi il Breve di Bened. XIV di Sa. Mem. emanato li 21 Gen- » naio 1758, che incomincia *Emanavit nuper*, il di cui esemplare stampato qui accluso » si trasmette a risparmio di lungo dettaglio, che meriterebbe non solo il caso da V. S. » esposto, ma benanche la soluzione di tre dubbi tendenti a conoscere se possa l'Or- » dinario estendere la sua giurisdizione nelle contingenze contenenti le regole del- » l'Istituto della Congregazione dell'Oratorio. Dall'accluso Breve emerge con chiarezza » non competere all'Ordinario giurisdizione alcuna per ammettere l'appellazione nel » di lui tribunale contro l'esclusione dalla Congregazione decisa a pluralità di voti nel » caso di due giovani Giuseppe Cannuli, e Giuseppe Violato. Che se per disavventura » i padri componenti la Congregazione dell'Oratorio in Messina si scostino dall'osser- » vanza del loro istituto, sarà sempre commendevole lo zelo di V. S. nel farne distinta » relazione alla S. Sede, di cui riceverà le istruzioni per provvedervi, salva sempre » la giurisdizione episcopale per le contingenze de' casi, ne' quali alcuno degli individui » di detta Congregazione si rendesse personalmente riprensibile per suo non retto » procedere fuori della casa della medesima Congregazione . . . Roma 29 Aprile 1825. »

Referre etiam praestat tenorem dicti Brevis Bened. XIV, quo confirmantur resolutiones Congregationis deputatae ad definiendas controversias exortas inter Archiepiscopum Liman. et Congregationem Oratorii S. Philippi Neri.

Die Veneris 30 Decembris 1757.

Dubia proposita

1. An Congregatio sit omnimode subiecta Archiepiscopo, in modo, forma assumptis, et materiis?

2. An Congregatio teneatur tradere Archiepiscopo visitanti quatuor Libros, quos iuxta constitutiones debent habere Patres Oratorii; nec non Libros, seu Iudices Archivii, et Bibliothecae, et Inventarium supellectilium Ecclesiae?

3. An asserta Exemptio ab exhibitione praedictorum Librorum cessat dum Archiepiscopus uti Apostolicus Delegatus visitet?

4. An *interiores Oeconomiae Congregationis, quoad expensas, et computa,* nec non Electiones Praepositorum, Nominationes, Admissiones, et Expulsiones Presbyterorum sint subiectae directioni Archiepiscopi?

5. An casu quo Congregatio Oratorii de Urbe, necnon aliae Congregationes, sint

FANEN.

Super admissione tertiae sororis consobrinae in Monasterium.

Al Vescovo

I Decreti della S. Congregazione de' VV. e RR., i quali proibiscono di ricevere una terza sorella nel medesimo Manastero, e la privano della voce attiva e passiva non si estendono alle sorelle cugine, e soltanto la stessa S. Congregazione ha dichiarato essere commendevole la consuetudine in alcuni Monasteri introdotta di non ricevere tre sorelle cugine. Vede pertanto V. S., che non essendovi nel Monastero, di cui si tratta,

a praedictis exemptae, idem fieri debeat iudicium de Congregatione Limana, cuius Praesbyteri a fundatione usque ad praesens, sunt valde pauci, vivuntque et aluntur, non iam ex proprio Patrimonio, quam ex bonis relictis in commune Congregationi et ex emolumentis Ecclesiae Hospitalis pro funeribus, Missis Cappellaniarum, confraternitatum et ex aliis causis?

6. An destinatio Procuratoris pro Curia Matriti, aut Romae, fieri a Congregatione debeat, cum interventu Archiepiscopi, sitque is certiorandus de Causis ipsius destinationis, valeatque eas improbare?

7. An Archiepiscopus sit Iudex competens in Causa Nullitatis Electionis ad Praeposituram, et Promotor Fiscalis de ea iure agere valeat; prout etiam, pro Observantia omnium Constitutionum?

8. An adimplementum Cappellaniarum, aliorumque Piorum Operum existentium in Congregatione, et Ecclesia Hospitalis, pertineat ad internum Regimen, ita ut sit extra Visitationem Archiepiscopi, in casu etc.?

Eisdemque Dubiis responsum fuit:

Ad primum Affirmative; excepto eius Instituto, sive iis de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis.

Ad secundum Negative, exceptis Inventario Supellectilium Ecclesiae, necnon earumdem Visitatione.

Ad Tertium Non esse locum in praemissis Iuri Delegato.

Ad Quartum Negative in omnibus.

Ad Quintum Affirmative in omnibus.

Ad Sextum Negative in omnibus.

Ad Septimum Affirmative quoad primam partem; quo vero ad secundam Promotorem Fiscalem agere non posse ex Officio, et nullo ex Sacerdotibus Congregationis instante pro Nullitate Electionis; quo ad tertiam, negative.

Ad Octavum Negative, servata tamen quo ad Ecclesiam Hospitalis Dispositione Brevis Sanctissimi Domini Nostri Tertia Augusti 1757. Factaque per me infrascriptum, relatione Sanctitati Suae omnium, et singulorum supradictarum Resolutionum in Audientia habita die 8 Ianuarii 1758 eas dignata est in omnibus approbare, mandavitque desuper expediri Litteras Apostolicas in forma Brevis. In quorum fidem etc.

Datum Romae ex Palatio nostrae solitae habitationis hac die Nona Mensis Ianuarii 1758.

C. M. Card. Sacripantes Vitutii.

Loco ✠ Sigilli

alcuna particolare consuetudine in proposito, non si può impedire, che la Sorella cugina delle due sorelle carnali ivi esistenti abbia la voce attiva e passiva, se sarà ammessa alla professione.

Che se V. S. mossa da ragionevole motivo potrà col suo consiglio indurre la detta Cugina a rinunciare al nominato diritto, la Sagra Congregazione l' autorizza ad accettare, e confermare la rinunzia medesima. Tanto ec.

2. Gennaio 1838.

CONGREGATIONIS CAMALDULENSIUM

Super praecedentia Regularis qui etsi perpetuo saecularizatus ad Ordinem redit.

Eñi e Rñi Signori

I Superiori della Congregazione Camaldolese nel desiderio d' impedire qualunque questione, che potesse insorgere, desiderano dall' Eñze Vostre Rñe la risoluzione del seguente dubbio: *Se i Religiosi i quali sono stati una volta secolarizzati, quindi hanno fatto ritorno alla loro Religione, abbiano il diritto di contare la loro anzianità o dal giorno della loro Professione, o dall' epoca nella quale fecero ritorno in Congregazione.*

Sacra Congregatio Eñorum et Rñorum S. R. E. Cardinalium praeposita Negociis et Consultationibus Episcoporum et Regularium proposito dubio censuit rescribendum, *prout rescripsit,* anterioritatem Religiosorum, qui perpetuae saecularizationis Indultum consequuti sunt, a die reditus in Religionem computandam esse.

Romae 30 Aprilis 1838.

Ex praefatis resolutionibus, in genere concludi potest prout sequitur:

1. Licet dicta Congregatio subiecta sit Episcopis localibus tamen iis minime subiicitur quoad eius Institutum, scilicet in iis, de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis: 2. Episcopus potest exigere exhibitionem tantum inventarii supellectilium Ecclesiae, non tamen librorum administrationis etiam iure delegato: 3. Neque subiectae sunt directioni Episcopi interiores oeconomiae Congregationis quoad expensas et computa, neque electiones Praepositorum, nominationes, admissiones et expulsiones Presbyterorum: 4. Neque potest agere pro observantia omnium Constitutionum. 5. Si Episcopus sciat eos ob observantia deficere; partes officii sui erunt, prout ex superius relato S. C. epistolio desumitur, S. Sedem certiorem reddere. Haec normam praebere possunt quoad iura Episcoporum in alia Instituta, seu Congregationis non exemptas ab Apostolica Sede approbatas, nisi aliter in respectivis Constitutionibus a S. Sede confirmatis praescriptum fuerit.

DECRETUM

De iure eligendi Vicarium Capitularem, quod Capitulo Pontiscurvi competere declaratum est.

Postquam a S. M. Pio PP. VII. editae fuerunt quinto Kal. Iulii anni 1818 Literae Apostolicae, quibus nova circumscriptio Dioecesum in Ditione Regni utriusque Siciliae decreta fuit, dubium exortum est, an Capitulum Cathedralis Ecclesiae Pontiscurvi posset imposterum, eveniente Sedis vacatione, suum eligere, et habere Vicarium Capitularem independenter a Capitulo Aquinate, a quo prius unicus deputabatur Vicarius, qui utramque Ecclesiam regebat.

Hinc factum ut in vacationibus Sedis Episcopalis utraque pars rationum momenta protulerit, quibus sua iura tuebatur, sed nulla adhuc definitiva sententia prolata fuit, et in casibus particularibus potestas facta est Capitulo Pontiscurvi ad electionem sui Vicarii Capitularis libere procedendi.

Sed ne diutius res incerta maneret in particulari conventu nonnullorum Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium ex Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium delectorum dubium propositum est : « An praesertim vigore dictarum litterarum Apostolicarum S. M. Pii VII. Capitulum Pontiscurvi iure possit imposterum, vacante Sede Episcopali, suum Vicarium Capitularem eligere? »

Itaque Emi et Rmi Patres omnibus mature perpensis affirmative respondendum censuerunt, ac declarandum ius utrique Capitulo, Aquinatensi nempe et Pontiscurvi, in posterum fore, et esse suum Vicarium Capitularem independenter, et privative, servatis aliis de iure servandis, eligendi.

Et facta ad SSmum D. N. Gregorium PP. XVI. de praemissis relatione in Audientia habita a Domino Secretario Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium die 28 Septembris 1838 praedictam resolutionem approbavit et confirmavit, non obstante Const. S. M. Benedicti XIII. « *In excelsa* », aliisque contrariis quibuscumque.

Romae 28 Septembris 1838.

NEAPOLITANA

Super accessu Regularium ad Monasterium Monialium.

Al Nunzio Apostolico

L'Abbadessa di codesto Monastero di S. Chiara ha supplicato questa S. C. de' Vescovi e Regolari a volere accordare a V. S. le facoltà per potere permettere alle Monache di quel Monastero anche abitualmente di parlare con i Religiosi.

Benchè tali facoltà non soglionsi concedere attesi i gravi inconvenienti, che pur troppo possono accadere dal frequente, e libero conversare dei Religiosi colle Religiose, pur nondimeno considerate le particolari circostanze del Monastero di S. Chiara, si accorda per un triennio a V. S. la facoltà di permettere alle Monache, colla intelligenza della Superiora, di parlare coi Religiosi e viceversa per quei casi che V. S. crederà nella sua prudenza, purchè si tratti di persone determinate. Potrà inoltre dare il suddetto permesso anche per persone indeterminate in occasione di qualche festa, che si celebri in quel Monastero, e di altra simile circostanza, incaricando però la Superiora della dovuta sorveglianza per evitare qualunque disordine. Tanto ecc. (1)

Roma 6 Dicembre 1838.

(1) ANIMADVERSIONES

Circa prohibitionem factam Regularibus alloquendi Moniales.

Sixtus V. generali decreto anni 1590 prohibuit Regularibus ne Moniales alloquerentur — *absque licentia expressa S. Congregationis EE. et RR.* — Urbanus VIII. decreto anni 1623. huius Sacrae Congregationis, quod pag. 22 relatum est, facultatem tribuit Ordinariis concedendi licentiam *per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, et secundo gradu coniunctas alloqui possint.* Insuper praescripsit formam in huiusmodi licentiis concedendis servandam, et expresse edixit Ordinarios haud posse dictam licentiam dare Regularibus in praefatis gradibus Monialibus non coniunctis; nec ultra quatuor vices Regularibus ut supra consanguineis. Cum horum decretorum vim nonnulli imminuere curaverint S. C. C. anno 1669 declaravit Regulares, *qui absque legitima facultate accedunt colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium . . . . peccare mortaliter.* At hanc etiam declarationem aliqui falsis rationibus infirmare satagebant; idcirco eadem S. C. C. postquam in exordio resolutionis falsam interpretationem lamentata fuerit, concinnato dubio — *An Regulares accedentes ad colloquendum cum monialibus sine licentia Episcopi peccant mortaliter?* rescripsit die 26 Novembris 1672 — *Affirmative etiam ex rationabili causa, quando non adest licentia etc.* Hinc aliqui Scriptores dubitant an hodie Ordinarii licentia sufficiat, vel potius requiratur venia S. C. EE. et RR. iuxta praescriptum decretorum Sixti V, et Urbani VIII.

Verum haec S. Congregatio EE. et RR. semper praedictis decretis inhaerere curavit, nam clara, et expressa est lex lata a Sixto V, et ab Urbano VIII, cui a Summo dumtaxat Pontifice derogari poterat. At declaratio S. C. C. minime facta fuit nomine, et auctoritate Summi Pontificis, nec ullam decretis Sixti, et Urbani continet derogationem; hinc nihil innovatum esse merito dici potest, ideoque Episcopi iuxta Urbani decretum per quatuor vices in quolibet anno Regularibus consanguineis in primo, et secundo gradu licentiam concedere possunt. Idque confirmat Constitutio Clementis XII incipiens, *Romanus Pontifex,* in qua revocat nonnullas facultates a Romanis Pontificibus concessas, et sub. num. 13. facultatem alloquendi Moniales hisce verbis — *Facultas Regularibus alloquendi Moniales etiam consanguineas, aliasque personas intra clausuram degentes, absque particulari superiorum, ad quos quomodocumque spectat licentia.* Porro ex decreto Urbani VIII pro consanguineis in primo et secundo gradu spectat ad Ordinarios pro aliis ad S. C. EE. et RR. Praestat etiam animadvertere quod in responsione dicitur tantum: *de licentia,* et non *de licentia Episcopi.*

TAURINEN.

Beneficii

Sixtus IV in Metropolitana Taurinensi beneficium hisce verbis erexerat: apud ipsum altare (Sancti Solutoris) unam perpetuam cappellaniam, quae per duos Presbyteros, seu Clericos saeculares gubernari debeat, erigimus .... quod Presbyteri, seu Clerici, qui pro tempore ad Cappellaniam praedictam praesentati, et instituti fuerint singulis diebus missam ad altare praedictum S. Solutoris celebrare, seu celebrare facere, et in dicta Ecclesia Taurinensi Dominicis et aliis festis ac solemnibus diebus divinis officiis cum Canonicis ..... interesse teneantur.

Cum vero anno 1824 hoc beneficium vacaret, Archiepiscopus propria auctoritate ipsum seminario univit, eidem assignans ex reditu beneficiali libellas 3000, addita clausula *supportatis oneribus beneficio inhaerentibus*, quae tamen onera nunquam impleta fuerant. Reliqui vero reditus in summa libellarum 1491 cum onere solvendae pensionis libellarum 300 altero Cappellano relicti sunt.

Hac unione peracta tam Seminarii Rector, quam Stanislaus Pazzelli, alter Cappellanus, arbitrati sunt onus missarum non cumulative, sed alternative persolvendum esse; id autem eo magis, quod huiusmodi alternativae longissima observantia favebat. Assentiebatur Archiepiscopus: e contra obstabat Capitulum.

Utrique tamen supplicabant, ut saltem per gratiam Sacra Congregatio facultatem faceret, ut alternatim per Seminarium et Rectorem tres in singulos dies missae celebrarentur.

Cum vero huic beneficio onus choro interessendi inhaereret, et aliunde tam ex Concilio Tridentino, quam ex Constitutione Benedicti XIII. *Creditae nobis* Beneficia simplicia sine cultus divini praeiudicio liceat Ordinariis applicare, dubitationi insimul locus factus est, an rite haec unio facta fuisset.

Hinc quae sequuntur dubia concinnata sunt.

1. Se, e come l'obbligo della messa quotidiana, e dell' assistenza al Coro sia alternativo, o piuttosto cumulativo? *Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam*

2. Se e come e quale riduzione convenga accordare?

3. Se e come si abbia a dare l' assoluzione per tutte le omissioni passate?

4. Se e come possa sostenersi la unione fatta da Mons. Arcivescovo della Cappellania al Seminario? *Et quatenus negative*

5. Se e come vi sia luogo alla sanatoria?

6. Se e come il Seminario debba soddisfare all' obbligo dell' assistenza al Coro?

S. Cong. in plenario Auditorio diei 15 Martii 1839 rescripsit:

Ad 1 et 2. Attentis peculiaribus circumstantiis supplicandum esse SSmo pro adimplemento onerum per alternativam, ita tamen, ut quotidiana missa celebretur ne sabbato quidem praetermisso; facta adnotatione in tabella missarum in sacrario retinenda.

Ad 3. Affirmative, celebratis expensis Seminarii decem missis lectis, et una missa cum cantu adstante universo Seminario, et expensis Cappellani Pazzelli tribus missis lectis.

Ad 4. 5. 6. Supplicandum Sanctissimo pro confirmatione unionis, et Archiepiscopus curet, ut per Seminarium oneri tam missarum, quam adsistentiae chori per substitutum rite satisfiat.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI ab infrascripto Sub-Secretario in Audientia habita eadem die Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis in omnibus adprobavit et confirmavit. Contrariis quibuscumque.

14 Martii 1839.

NICIEN.

Super Ecclesia regulari, et Paroecia in eam translata.

Ecclesia S. Rosaliae in oppido Cimella Niciensis dioecesis, saeviente gallica irruptione, distracta fuit; ex quo factum est, ut vetus parochia ibidem erecta loco, ubi consisteret, destituta remanserit. Sed cum eodem tempore Minores Reformati per gallicum occupatorem e suo coenobio abscedere coacti fuissent, Ordinarius, in cuius potestate totum aedificium relictum fuerat, converso in Seminarii usum Coenobio ipso, ad Ecclesiam eidem adnexam S. Rosaliae parochiam transferendam censuit, et curam animarum presbyteris saecularibus continuo demandavit.

Pace ubique restituta memorati Regulares in pristinae suae domus possessionem iterum immissi sunt, nulla tamen facta mentione parochiae ibidem translatae quae a presbyteris saecularibus administrari non desiit. Quamquam Ordinarius, ut aliquam rationem Regularium duceret, non vero quod obligatione teneri putaret, aliquem ex ipsis Regularibus in parochum semper postea nominare consueverit. Quin imo in sacra obeunda visitatione suam ibidem iurisdictionem exercuit perlustrans Ecclesiae parochialis Tabernaculum, pixides, calices, fontem baptismalem, oleum Sanctum, altare maius, et quatuor aras ad latera surgentes, pulpitum, sacrarium, turrim campanariam, paramenta, et opportuna super omnibus hisce rebus, nullo obnitente, edicta protulit.

Usque tum res pacifice inter Episcopum, et Regulares processerant; cum tamen anno 1838 Pater Provincialis cum suo definitorio Religiosum animarum cura praeditum, ex officio removeri iussisset, et Episcopus id exequi aequum non iudicaret, Reulgares illi ad S. C. Episcoporum et Regularium reclamaverunt; conquerentes insuper de excessu iurisdictionis Episcopalis in sacra visitatione complenda contra praescriptum *Conc. trid. et Const. Bened. XIV. Firmandis*. Interpellatus Episcopus rescripsit, se se parochi remotionem iustis de causis opportuniori tantum tempori remittere voluisse, et de obiecto iurisdictionis excessu cumulative cum Ordinis Provinciali visitationis super Ecclesia iure potiri, exclusive autem super Parochia et rebus ad eamdem pertinentibus. Procurator fiscalis itidem de suo voto interpellatus inquiebat: Cimellae parochiam nullatenus uti Regularem haberi posse, cum neque ex fundatione, neque ex privilegio, aliove titulo uti talis ostenderetur *Reinf. Ius Can. lib. 3. tit. 5. n. 2*. Hisce addebat ab Episcopo parochum libere semper nominatum fuisse, eaque semper provisa fuisse, quae ad rectum parochiae regimen conducerent.

E contra Moderatores Regularium contendebant, Ecclesiam Cimellae tam ex fundatione, quam ex possessione (si tempus gallicae occupationis excipias) regularem declarandam esse. Quod vero parochiam spectat, si effectum, nempe Sacramenta, atque sacramentalia consideres, uti saecularem reputari oportet; si autem locum, ubi nempe res omnes ad statum parochialem pertinentes locatae sunt, attendere velis, inter ecclesias regulares accensendam esse, ideoque Episcopo nulla alia iura competere praeter ea quae *Benedictus XIV in Const. Firmandis* declaravit.

Haec a partibus in iurium suorum defensionem producebantur. Ex quibus omnibus plures emergebant animadversiones.

1. Nempe quod Cimellae Ecclesia origine erat regularis, et de facto dumtaxat gallica occupatione dominante uti talis esse desivit.

2. Quod parochia origine erat saecularis; neque constat aliquam a S. Sede dispositionem extitisse; ex qua in regularem conversa fuerit.

3. Quod proinde qualitas Ecclesiae separatim consideranda sit a parochialitate, eoque magis quod non desint exempla parochiae saecularis in Regularium Ecclesiis erectae, ut evenit Romae in Ecclesia S. Hadriani.

4. Quod posita saeculari parochiae natura, contra Sacros Canones videri fecisse Episcopum, cum Regularem eidem praefecit *Bened. XIV. Const. Inscrutabili* §. 16.

5. Quod si Ecclesia Cimellae Regularis declaretur non potuisse Episcopum visitare sacras Reliquias publicae venerationi expositas, *S. C. Conc. Urbinaten. 10 Martii 1663.*

Hisce ad opportunitatem consideratis, dubia Emis Patribus proposita referre praestat, quae sunt huiusmodi.

1. Se e come convenga approvare la concordia proposta da *Monsignor Vescovo?*

Et quatenus negative

2. Se debba tenersi per regolare la Chiesa, e la parrocchia *di Cimella?*

Et quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam

3. Se e come possa essere soggetta la Chiesa alla visita del Vescovo?

4. Se e come abbia a permettersi, che la Cura delle anime sia esercitata da quei Religiosi?

Quibus Emi Patres in generali conventu diei 8 Aprilis 1839 rescribendum censuerunt.

Ad Primum Negative.

Ad Secundum Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad tertium Affirmative iuxta Const. Benedicti XIV. *Firmandis.*

Ad Quartum Affirmative facto verbo cum SSmo etiam pro absolutione et sanatione, saltem ad cautelam quoad praeteritum: servata forma Constit. *Firmandis,* et favore Episcopi, salvo iure transferendi in aliam Ecclesiam sibi benevisam enunciatam Paroeciam, quae in statu Saeculari manere debet licet a Regularibus ad tempus administretur (1).

8 Aprilis 1839.

(1) Primum dubium refertur ad quamdam Concordiam ab Episcopo propositam, in qua praesertim statuebatur usus communis Sacrarii, et supellectilium, nec non pactum horarii peragendi pro functionibus parochialibus. Quam tamen fuse explicandam non censui, quia ab Emis PP. approbata non fuit.

In Constitutione *Firmandis* auctoritas Episcopi certis limitibus praefinitur, et declarantur Parochi Regulares, de quibus agitur, amovibiles ad nutum tam Episcopi, quam Superioris regularis. Amovibilitas tamen ad alios Parochos ac etiam ad ipsos Vicarios curatos generatim extendi non potest, sed prae oculis hac de re haberi debent canones Concilii tridentini praesertim Cap. VI Sess. 21. *de Ref.* cap. 7. sess. 7. *de Ref.* Cap. XIII. sess. 24. *de Ref.,* nec non Constitutio S. Pii V. diei 5 Novembris 1571 incipiens *Etsi omnibus,* et quisque consulere poterit Doctorum placita, scilicet Pignatelli *Cons. 143. tom. 9.* De Luca *Disc. 80. de Benef.* Fagnano *Cap. Ex parte n. 9. et seq. de officio Vic.,* aliorumque probatorum Scriptorum. Hic tantum opportunum visum est referre libellum supplicem Episcopi Gandavensis, et rescriptum S. C. C. circa Curatos amovibiles, quos *Desservant* vocant:

Beatissime Pater

Infrascriptus Episcopus Leodiensis . . . petit, ut examinetur sequens dubium, sibique pro conservanda in sua dioecesi unitate inter Clericos et Ecclesiae pace, communicetur solutio — An attentis praesentium rerum circumstantiis, in regionibus, in quibus, ut in Belgio, sufficiens legum civilium fieri non potuit immutatio, valeat, et in conscientia obliget usque ad aliam S. Sedis dispositionem disciplina inducta post Concordatum anni 1802, ex qua Episcopi iurisdictionem pro cura

FAVENTINA

Irregularitatis.

Presbyter Dominicus Bertozzi Parochus Ecclesiae S. Michaelis loci Tredozio in Faventina Dioecesi iam a nonnullis annis affectus erat paralysi, qua impediebatur quominus Sacrosanctam Hostiam, et Calicem ambobus manibus super caput elevare possit, quamvis manu dextera ceteras caeremonias rite expleret, ideoque dispensationem super dicta irregularitate suppliciter petebat.

Rogatus Episcopus referebat « che l' Oratore trovasi affetto da emi» plegia incompleta degli arti superiori ed inferiori sinistri, e che per » essere incompleta è bastantemente libero l' esercizio dei membri attac» cati. » Et caeremoniarum Magister facto esperimento testabatur « che è » capace ad alzare tanto l' ostia che il calice dopo la consacrazione, an» che più di quanto trovasi prescritto da' Sacri Canoni; che in riguardo » alla frazione dell' ostia l' Oratore altro non può che frangerla colla » patena tenendo ferma l' ostia coll' indice della sinistra mano, e colla » destra romperla, e formata la particola portarla sopra il calice, e fare » le altre funzioni prescritte: che da ultimo nulla d' indecente, di scan» dalo ed ammirazione porta ai circostanti nella celebrazione della messa... » per maggior cautela si potrebbe prescrivergli l' assistenza di un altro » Sacerdote ».

Hic advertere praestat non deesse exempla huiusmodi dispensationum; quin imo fertur concessam fuisse dispensationem Presbytero, qui manu privatus fuerat *Henriquez l. 14. c. 8. n. 4. cl.* 9. S. C. in Cosentina 13 Iulii 1725; *Burgi S. Sepulchri* 16 *Iunii* 1787. At S. C. C. in Abellinen. 28 Iulii 1770, et 4 Maii 1771 dispensationem denegavit Presbytero, qui ob apoplexiam ita affectus erat in brachio sinistro ut cum eodem brachio minime poterat ad elevationem calicis, concurrere,

animarum conferre solent ad nutum revocabilem, et illi, si revocentur, et alio mittantur, teneantur obedire. Ceterum Episcopi hac rectores revocandi, vel transferendi auctoritate haud frequenter et nonnisi prudenter, uti solent, adeo ut sacri ministerii stabilitati, quantum fieri potest, ex hisce rerum adiunctis, satis consultum videatur etc.

Ex Audientia diei 1. Maii 1845

SSmus D. N. universa rei, de qua in precibus, ratione mature perpensa, referente infrascripto Card. S. C. C. Praefecto, benigne annuit, ut in regimine Ecclesiarum succursalium, de quibus agitur, nulla immutatio fiat, donec aliter a S. Apostolica Sede statutum fuerit. *Lib. decr. 188 pag. 190.*

Hoc rescriptum mense Septembris 1864 Episcopo Ebroicen. communicatum fuit a S. C. EE. et RR.

nec hostiam frangere. Et in *Vicen.* 19 *Augusti* 1797 pariter dispensationem denegavit Presbytero Pajol, qui ob eamdem causam usu brachii, et manus sinistrae carebat.

Re ad plenarium auditorium die 30 Augusti 1839 deducta, Emi Patres, referente Emo Polidori, sequenti dubio

An et quomodo conveniat concedere dispensationem ab irregularitate Parocho Dominico Bertozzi in casu?

Rescripserunt « Supplicandum SSmo pro dispensatione ab irregularitate cum assistentia sacerdotis, si fieri potest. »

30 Augusti 1839.

INCERTI LOCI

Administrationis orphanotrophii.

Pius VI. Pontifex fel rec. orphanotrophium in quadam urbe erigendum mandaverat, idemque dotaverat pluribus bonis undequaque collectis, praesertim ex quorumdam Institutorum redditibus, quae ad Municipium pertinebant. Ad hanc rem Apostolicas dedit litteras in forma Brevis, quas (Ordinario perpetuo morbo laborante) Episcopo viciniori exequendas commiserat.

In iisdem prope finem legitur: « Volumus denique ut *tres cives* » *Nobiles*... prudentia, zelo, et patrio amore spectabiles auctoritate praedicta (nempe Delegati Apostolici) designes, quibus eidem Conservatorio » praeesse, ac suorum bonorum Administrationem, salva tamen semper iurisdictione Episcopi pro tempore existentis concedas, quorum altero deficiente, duo superstites sufficiendum in locum defuncti designare possint, » dicta auctoritate concedas. »

Plenissimum effectum consecutae sunt huiusmodi litterae, atque hinc tres Patricii temporali orphanotrophii praesidentiae atque oeconomicae administrationi praepositi fuerunt. Quin immo huiusmodi munera non reliquerunt, licet anno 1797 illius urbis Episcopo iam defuncto, eiusdem successor Apostolico Delegato fuerit subrogatus « cum iurisdictione privativa exercibili a Deputatis authorizatis in alicuius deficientia eligendi » successores prout latius in dictis litteris.

Cum tempore gallicae irruptionis orphanotrophium abrogatum fuisset, pace restituta, Pius VII. « Rescripto fel. rec. Pii VI. nec non litteris » in forma Brevis ipsiusmet Sanctitatis inhaerens » Ordinario alias Apostolicas litteras dedit, ut quantocius huiusmodi institutum restauraretur. Itaque Vicarius Capitularis illius temporis easdem executioni mandavit,

omniaque ut in pristino restituit, nec excepta Patriciorum praesidentia atque oeconomica administratione.

Anno 1839 Episcopus pro tempore decretum edidit, quo tres Nobiles a praesidentia ac administratione memorata removit, arbitratus haec munera non ex fundamentali et perpetua lege, sed ex precaria, nempe pro tempore tantum, quo Episcopus anni 1787 perpetuo morbo detinebatur. Hinc edixit memoratum locum suae iurisdictioni tam circa praesidentiam, quam administrationem obnoxium esse.

Id aegre ferentes Patricii Deputati a loco amoti ad S. C. Episcoporum et Regularium confugerunt, ac pro causae opportunitate concordata sunt dubia:

1. Se e come abbia più vigore il Breve della S. M. di Pio VI. de' 27 Marzo 1787 riguardo alla presidenza di quattro Deputati per l' Amministrazione dell' Orfanotrofio?

Et quatenus Negative

2. Se e come sia espediente stabilire una nuova Deputazione? se in seguito della relazione di Monsig. Vescovo sia luogo a prendere qualche espediente?

Emi PP. in Congregatione particulari diei 22 Septembris 1839 in Causa orphanotrophii licet convenirent, ius praesidendi et administrandi ex lege fundationis Patriciis inhaerere, adeoque nisi per expressam mentionem eidem censeri abrogatum, tamen ne Episcopo seni et assumptam causam bona fine propugnanti moeror afferretur rescripserunt: Supplicandum SSmo, ut dignetur litteras Apostolicas S. M. Pii VI. diei 27 Martii 1787 confirmare iuxta modum nempe, quod Episcopus exerceat in Conservatorio iurisdictionem, firma tamen remanente forma Deputatorum iuxta memoratas litteras Apostolicas, ac etiam servato iure caeteris Deputatis eligendi successores: et novus quisque Deputatus electionis suae confirmationem impetrare debeat ab Episcopo, antequam munus Administrationis gerendum suscipiat, ac deputatos semel electos et confirmatos Episcopus ab officio removere nequeat, nisi iusta intercedente causa, et de consensu S. C. et ad mentem; mens est, ut Deputati ab Episcopo amoti ad officium restituantur.

Sanctitas Sua hanc resolutionem approbavit, et statim datae sunt litterae pro executione.

22 Septembris 1839.

FERENTINA

Reductionis canonis.

Die 10 Aprilis 1818, praeviis licitationibus, et beneplacito huius S. C., concessum fuit in emphyteusim ad tertiam generationem masculinam Petro Caliciotti annuo canone scut. 37 praedium ad parochialem Ecclesiam S. Mariae *dei Gaudenti* Civitatis Ferentinae spectans. Emphyteuta usque ad annum 1836 canonem sedulo persolvit. Dicto vero anno Parochum in iudicium vocavit « per sentir decretare, che il contratto » suddetto sia lesivo, e a tale effetto venga deputato uno, o tre periti » per ridurre quindi il canone legale a termini di ragione colla condanna » alla restituzione dell' indebito percetto dal dì dalla stipolazione del » contratto ». Peritus deputatus canonem ad scut. 17. 28 reduxit.

Re ad hanc S. C. ob interpositum beneplacitum Apostolicum delata, novus peritus deputatus fuit, qui opinabatur canonem ad annua scut. 24 reduci posse, et Episcopus in ea erat sententia, ut canon ad annua scut. 27 a die 1 Ianuarii 1839 reduceretur. Parochus peritiam succensebat uti falsam et contradictoriam, et contractus rescissionem expostulabat, autumans dictum praedium in praesens annua scut. 42 reddere, et imposterum ob fundi aptitudinem, seu capacitatem succrescentibus melioramentis maiorem fructum esse daturum. Praemissis, quae factum respiciebant, doctorum, et S. Rotae sententiae expositae fuerunt circa laesionem in contractibus emphyteuticis. Hic tantum animadvertere praestat expositum fuisse in emphyteusi ecclesiastica admitti tantum laesionem, quae medietatem excedat: Rota dec. Forolivien. vigesimae 7 Iunii 1793 n. 3. cor. Flangini; Cracovien. vend. 15 Maii 1752 §. 9 et 10 cor. Zigueron. Ac ipsa S. C. C. in casu laesionis ultra dimidium solet concedere reductionem; in Maceraten. emphyt. 23 Septembris 1788; in Firmana emphyt. 17 Maii 1817, et 14 Augusti 1849; et in Senogallien. reduct. canonis 17. Augusti 1831.

1. An, et a quo tempore, et in qua summa locus sit reductioni annui canonis in casu.

Et quatenus affirmative

In Congregatione generali habita die 3 Aprilis 1840 proposita fuerunt dubia:

2. An loco pio competat optio pro rescissione contractus in casu.

3. An et quomodo propositio facta ab Episcopo admitti possit in casu.

Quibus Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

Ad 1. 2. et 3. Attentis peculiaribus circumstantiis, pro gratia reductionis canonis ad scut. 30 quoad futurum : facta tamen Parocho optione rescindendi contractum, quatenus id expedire censuerit (1).

3 Aprilis 1840.

INCERTI LOCI

Suspensionum etiam ex informata conscientia.

Gravia, et diuturna dissidia inter Episcopum N. N. et Capitulum suae Cathedralis Ecclesiae exorta fuerant, ex quibus plures controversiae originem habuerunt. Cum Capitulum quemdam Canonicum in suum procuratorem ad causas agendas deputaverit, qui proinde e Dioecesi discesserat, Episcopus eum declaravit suspensum « ab officio et beneficio per » innumerabili » (ita in intimatione legitur) « delitti de' quali è carico, » e particolarmente per avere lasciato la sua residenza. » Deinde illum in quodam Conventu recludi mandavit et ad beneficium rehabilitavit » ferma restando la sospensione per la pur troppo notoria sua immora- » lità ». Verum paulo post eumdem iterum in Conventu reclusum voluit. Idcirco Canonicus coram testibus appellationem ad S. Sedem interposuit. Capitulum alium Canonicum in suum procuratorem delegavit, qui litteras discessoriales pro Civitate Neapolis ab Episcopo ad mensem obtinuit, quique cum per plures menses Neapoli moratus fuerit ab Episcopo a *Divinis* suspensus, et in Conventum detrusus fuit. Hic etiam ad S. Sedem appellavit.

Etiam appellationem ad S. Sedem detulit Canonicus Poenitentiarius utpote qui ab administratione Sacramenti Poenitentiae suspensione multatus fuerat « sino a nuova disposizione e tuttociò per motivi di co- » scienza ». Non obstante recursu Episcopus Poenitentiarium alia suspensione, et reclusione ad spiritualia exercitia damnabat, quia « pub- » blicamente, e notoriamente qual idra velenosa attenta ad ogni potere » divino ed umano, » . . . . . et eodem actu alium Canonicum *a divinis* ad mensem ; et perpetuo a praedicatione suspendit « per avere incorag- » giato (il Penitenziere) con accompagnarlo e presentarlo ad insultare » nei riferiti modi la Curia. » Etiam ab hisce actis ad S. Sedem appellatum fuit coram testibus cum Curiam adire reformidaverint.

Perpensis reclamationibus Canonicorum, et Episcopi litteris visum est Canonicos ex iuris rigore haud potuisse a residentia abesse, et Episco-

(1) In huiusmodi reductionibus concedendis semper praedicta optio locis piis praeservatur.

pum durius, quo par erat, se gessisse, nam licet licentia non sit necessaria pro absentia infra tempus a iure concessum « haec tamen declaratio non vindicat sibi locum, quando volunt abesse extra dioecesim, » licentia vero in hoc casu ab Episcopo sine rationabili causa non est » deneganda S. C. C. 9 Maii 1626 ». Quibus accedebat resolutio diei 18 Novembris 1575 huius S. C. EE. et RR. quae Cardinali S. Prexedis scribebat. « I Sigg. Illmi della Congregazione perseverano pure » nella opinione di tollerare l'assenza del Canonico Saluzzo perchè ve» ramente ha la procura del Capitolo generale e speciale. . . . . e in » ogni evento non par che si possi astringere a partirsi almeno per certo » onesto tempo, siccome sente ancora Sua Beatitudine ». Quapropter significatum fuit Episcopo non esse persistendum in denegando Canonicis discessu ad defendenda iura Capituli et insuper datae fuerunt ei Litterae quibus « s'insinuò quanto sarebbe conducente alla riunione degli animi » esacerbati il revocare gli ordini dati, e le comminate pene riammet» tendo tutti al ministero, ed ai sacri officî, e lasciando, che pacifica» mente si proseguisca l'esame delle insorte controversie ». At Episcopus reposuit « le rassegno che i Canonici. . . . . sono sospesi a divi» nis ex informata conscientia. . . . . La di loro sospensione è stata » fulminata illimitatamente, perchè proveniente da impedimento di co» scienza, che non si può sapere quando si toglie, e se pur si tolga. . . . » Anche il Penitenziere. . . . . è rimasto sospeso dalla confessione per » motivi di coscienza ».

S. C. mandavit Episcopo, ut S. Sedi causam suspensionis panderet. Verum Antistes significavit agi de causis, quae conscientiam respiciunt, quae discussioni in foro externo subiici minime possunt; quasi S. Sedes ius non haberet cognoscendi rationes suspensionum *ex informata conscientia* nec modus haberetur eas secreto manifestandi iuxta doctrinam traditam a Bened. XIV *de synodo lib. XII. cap.* 8., cum etiam hac super re recursus ad Apostolicam Sedem pateat, alias nullum suspensis daretur remedium, si ea facultate aliquis Praesul abuteretur, immemor salutaris illius moniti: antistibus paterno charitatis affectu a tridentini Patribus pro suorum subditorum aedificatione, et salute commendari, quod antequam procedant ad eorumdem subditorum correctionem ex informata conscientia, omnino legere deberent disposita in cap. I. sess. XIII. de reform. ut *in Iure Pontificio* tom. 3, sect. 43, Giraldi merito animadvertit. Proposito igitur in generali conventu diei 28 Augusti 1840 dubio:

An, et quomodo absolvendi sint Canonici a suspensionibus in eos latis ab Episcopo, et moderandus in dicta Dioecesi censurarum usus?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt: scribatur Episcopo ad mentem: mens est: « che la S. C. ha disapprovato l'eccesso

» delle censure; e che gli oratori si debbano assolvere, e perciò a tale » effetto accorda a Mons. Vescovo il termine di quindici giorni, oltre- » passati i quali inutilmente, si facciano in altro modo assolvere: che » in quanto al Penitenziere per la sospensione dalle confessioni, se si » trattasse di motivi spettanti al S. Officio li manifesti al Card. Prefetto, » che come uno degl' Inquisitori generali ha l' opportuno segreto » (1).

28 Augusti 1840.

ROMANA.

Alienationis Ecclesiae.

Titius anno 1812 cum gallici usurpatoris imperio bona ecclesiastica distraherentur, in publica licitatione sibi comparavit *La casa conventuale di S. M. in Trastevere, composta di piani terreni, giardino, due piani superiori.* Cum vero huic religiosae domui parva Ecclesia esset adnexa, emptor in venditione eam comprehensam fuisse, ideoque sibi cedere debuisse arbitratus est. Hinc non omisit in eadem ea omnia suo aere peragere, quae ad publicum cultum et Ecclesiae manutentionem pertinerent. Postea vero domum eamdem alienavit; sed ecclesiam sibi reservavit. Morti proximus hanc ipsam una cum quibuscumque sacris supellectilibus Caiae legavit coniunctim cum Ecclesia S. Mariae in Aquiro, onere adiecto erogandi scut. 100 in suum funus, aliaque animae suffragia.

Cum vero dubitaretur num emptio Ecclesiae valida fuisset propterea quod agebatur de re sacra, quae versatur extra commercium, dubium S. C. Ep. et Reg. propositum est.

Se la detta Chiesa spetti ai legatari, o piuttosto rimanga a disposizione dell' Emo Vicario?

Proposita Causa die 13 Martii 1840 S. C. rescripsit:

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et ad mentem: mens est: che l'Emo Vicario procuri per titolo di equità, che si dia un compenso pei restauri fatti nella Chiesa di S. Margherita da erogarsene il valore in compenso delle spese del mortorio,

13 Martii 1840.

FIRMANA

Restitutionis Ecclesiae.

In ultima Gallorum irruptione, cum omnia bona ecclesiastica occupatoris arbitrio destruerentur, Monasterium Sancti Ioannis oppidi *Civitanuova,* quod inhabitabant Sanctimoniales a S. Clara nuncupatae, una cum

(1) Termino inutiliter lapso suspensi a Nuntio Apostolico ex mandato S. C. absoluti fuerunt.

aliis ecclesiasticis bonis Principi de Beauharnais, tunc Italiae vice Regis fungenti, adiudicata fuerunt.

Restituto vero Pontificio Regimine, idem monasterium sub eiusdem dominio perstitit titulo emphiteusis ex auctoritate S. M. Pii VII eidem concessum. At Princeps de Beauharnais, eodem Pontifice auctorante, monasterium cum illis, quibus acceperat, iuribus in Comitem de Saint-Leu publico instrumento transtulit.

Cum vero Emus Firmanus Ordinarius Sacram visitationem perageret, comperuit, Ecclesiam quae Monasterio inhaerebat, tam structura conspicuam, quam vetusta veneratione celebratam ex iussu Procuratoris Negotiorum Eccmi Domini in usum prophanum adhiberi. Itaque suo decreto constituit ut omnia prophana impedimenta ibidem deposita auferrentur, et Ecclesia publico Dei cultui restitueretur. Ad hanc rem per litteram officiosam datam die 13 Februarii 1838 eumdem Procuratorem monuit, ut intra mensium duorum spatium eamdem Ecclesiam sibi traderet. Quod cum Procurator ille recusasset, res deducta est ad S. C. Ep. et Reg. et dubium in partium contradictione concordatum: *An et quomodo sint servanda decreta edita ab Archiep. in actu sacrae Visitationis in casu?*

Decreta, de quibus hic agitur, binum caput respiciebant, primo nempe ut restitueretur ecclesia antiqui monasterii, secundo ut item restitueretur quoddam pratum ab eodem Comite possessum. Cum tamen ante causae propositionem, Emus Archiep. circa pratum renunciationem emiserit, hinc nullo de eodem facto verbo, quaestio de ecclesia dumtaxat disceptata fuit.

Emus Archiepiscopus uti cardinem statuebat in Comitem de Saint-Leu ea tantum iura transivisse, quae antea Principi de Beauharnais inhaerebant, nempe dominium solius monasterii sine Ecclesia, ut verba ipsa indicant, quae in instrumento adhibita sunt « *Monastero di S. Giovanni in Civitanuova, locale ad uso padronale.* » Contendebat enim neque ex mente Gallici occupatoris, qui ius commune Ecclesiae extra commercium ponens in eo robore reliquerat, neque ex mente Pontificis Emphyteusim constituentis, quae potius erat in casu respiciendá, in Monasterii traditione Ecclesiam, quam non nominarunt, comprehendere voluisse. Neque itidem confugium haberi posse, aiebat, ad doctorum opinionem, qui e contra auctores sunt, nomine *monasterii* Ecclesiam non venire, cum illud hominibus, haec Deo inserviat. Thusc. *Monas. Cons. 338.*

In confirmationem vero proferebat Archiepiscopus duas causas prorsus simillimas, et in casu fortasse duriori, quae favore Ecclesiae, non vero Domini monasterii decretae fuerunt; una nempe a S. C. Conc. *in Spoletana Eccles.* 12 Sept. 1829; altera ab hac ipsa S. C. Ep. et Reg. videlicet *Romana alienationis Ecclesiae* hoc ipso anno definita. Perperam vero contendebat opponi, quod Ecclesiae natura de sacra in prophanam

fuisset immutata, namque pluribus iisque conformibus allatis testimoniis ostendebat, ab ipso gallico regimine clausam quidem remansisse Ecclesiam, sed minime in usum prophanum adhibitam et accommodatam, exceptis postremis hisce temporibus idque opera Procuratoris Negotiorum Eccmi Domini.

At contra hic inter alia propugnabat una cum Monasterio Ecclesiam quoque Principi Beauharnais fuisse adiudicatam, ideoque in eius cessionarium devenisse. Axioma siquidem est ubique tritissimum, quod principale sequi debeat accessorium; at vero Ecclesia cum Monasterii aedificio comparata pars est certe magis exigua, neque enim hic ratio habenda erat usui, cui erat antea destinata, sed tantum materiali contractationi. Id autem eo magis persuasum esse debet, quod a tempore alienationis Ecclesiae nunquam publicae venerationi aperta fuerit quin ullus unquam reclamaret. Quin imo aliquos testes producebat, quibus probare nitebatur eamdem Ecclesiam in utilitatem domini Monasterii semper usibus profanis inserviisse, postquam monasterium fuerat alienatum. Quibus positis concludebat a casu nostro exulare omnia illa principia, quae rebus actu sacris dumtaxat possunt accommodari.

Itaque Causa proposita in plenario Conventu diei 25 Septembris 1840 Emi Patres rescripserunt:

Ad 1. *partem affirmative quoad Ecclesiam; in reliquis provisum per declarationem expressam.* Ad secundam *negative.*

25 Septembris 1740.

VIENNEN. ET S. HIPPOLITI

Super Monialibus SSmi Redemptoris in Austria.

Anno 1827 Vindobonae moniales SSmi Redemptoris vulgo « *Liguorine* » appellatae constitutae fuerunt. Rescripto huius S. C. diei 3 Aprilis 1835 Summus Pontifex indulsit, « ut licet vota simplicia emittere co- » gantur (1) Moniales, de quibus in precibus, *gaudeant tamen* indulgen-

(1) Nempe ob leges quaedam exigentes, quae cum votis solemnibus incompatibilia sunt. Etiam declarata fuerunt simplicia vota Sanctimonialium SSmi Redemptoris in Flandria « *S. Poenitentiaria mature perpensis, quae a P. Provinciali Ligulinorum Brugis in Belgio exponuntur quoad Sanctimoniales SSmi Redemptoris in Flandria occidentali collectas, rescribendum censuit earumdem vota uti simplicia a S. Sede aestimari. Episcopo vero Burgensi ex Apostolica auctoritate facultatem concedit indulgendi Monialibus, ut cum plena ab ipsomet dependentia bona, quae ad illas spectant, vel pervenire successionis, alioque legitimo iure possunt, recipere, retinere, administrare, deque eis contractus inire, atque in pios, honestosque usus, praesertim vero in bonum Monasterii per actus inter vivos sive causa mortis etiam per testa-*

» tiis, ac privilegiis ab Apostolica Sede concessis monialibus solemnem » professionem in Ordine SSmi Redemptoris peragentibus, salvo semper » iure ordinarii. » Anno 1839 P. Vicarius generalis penes hanc S. C. lamentabatur nonnullos Episcopos a votis simplicibus, quae Moniales ipsae perpetuo emittunt, dispensare, et Antistitem quemdem *alia huiusmodi ad arbitrium agere;* hinc ut ipse huiusmodi malis occurreret infrascriptas facultates sequentibus articulis expostulabat, nempe:

1. Dispensandi a praefatis votis, concurrente necessitate, et permittendi professionem in articulo mortis, licet novitiae nondum novitiatum compleverint.

2. Moderandi Constitutiones iuxta locorum consuetudinem et dispensandi in singulis casibus *ubi necessitas esset.*

3. Erigendi novam Domum in Civitate Stein Dioecesis S. Hippoliti.

4. Insuper deprecabatur, ut Ecclesiis dictarum Monialium ea privilegia, et gratiae communicarentur, quae Ecclesiis Congregationis SSmi Redemptoris concessae sunt.

Relate ad dispensationem votorum simplicium, quae a praefatis Monialibus emittuntur, animadvertebantur ea, quae Bened. XIV tradit in Const. *Convocatis* §. *32* « Quoad vota, noverint *(Poenitentiarii)* sibi abs- » tinendum ab eorum commutatione, in quibus agitur de praeiudicio » tertii. Quare in eo, quod pertinet ad vota, quamvis simplicia, seu per- » severantiae, seu alia emitti solita in aliqua Congregatione, vel Com- » munitate, et in vota obligatoria a tertio acceptata, non se ingerat. » Et in Const. *Inter praeteritos* 3 Decembris 1749 §. 66 « Quod vero attinet » ad commutationem votorum, in quibus de tertii praeiudicio agitur, quae » quidem Poenitentiariis interdicitur, apposite sane scribit Suarez tom. 2 » de religione lib. 6. cap. 5. §. 7. Circa vota perseverantiae, quae a » quibusdam fiunt dum aliquam Congregationem ingrediuntur, quaeque » naturam assumunt contractus, et reciprocae obligationis, a quibus Poe- » nitentiarii dispensare non possunt, valde ad rem loquitur P. Sirus in » suo manuscripto opere super Bulla Innoc. XII. »

Circa vero facultatem moderandi Constitutiones exponebatur absonum esse a S. C. more illam in genere concedere, sed potius ipsam S. C. in casibus particularibus providere quando locorum peculiaria adiuncta id exigant.

Propositis igitur dubiis in Congregatione particulari diei 20 Septembris 1840 nempe:

mentum disponere possint. Quoad Nuntium vero Apostolicum transmittantur resolutiones S. C. EE. et RR. super Monialibus SSmi Redemptoris Viennae captae ann. 1835, 1840; nec non decreta per S. Poenitentiariam emissa super Moniales Galliarum, et Belgii . . . Datum Romae in S. Poenitentiaria die 30 Novembris 1840 ».

1. An, et quomodo respondendum sit primo articulo superius expresso?

2. An, et quomodo secundo articulo?

3. An, et quomodo annuendum sit precibus in tertio articulo enunciatis?

4. An, et quomodo annuendum petitioni, de qua in articulo quarto?

Emi Patres rescripserunt:

Ad 1. Affirmative iuxta modum: nempe relate ad vota dentur facultates Nuntio Apostolico ad quinquennium cum solitis clausulis, ut in casibus particularibus, legitima concurrente causa, commissa exequutione P. Vicario generali; et ad mentem: mens est: « che Mons. Nunzio nella » sua prudenza alla opportunità, come sarebbe la circostanza della ere- » zione del Monastero di Stein, faccia conoscere ai Vescovi la illegitimità » di tali dispense essendo riservate alla S. Sede. » Quo vero ad professionem in articulo mortis affirmative ad formam Const. S. Pii V.

Ad 2. Recurrat per Nuntium in casibus particularibus.

Ad 3. Affirmative.

Ad 4. Affirmative quoad indulgentias, aliosque favores spirituales tantum, salvo iure Ordinariorum.

Et facta relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI in audientia habita a Card. Praefecto, Sanctitas sua resolutionem S. C. approbavit (1).

Septembris 1840.

(1) Ex resolutione ad 1. dubium apparet vota simplicia, quae in aliquo Instituto, vel Congregatione vel Domo emittuntur esse Apostolicae Sedi reservata, quia ea ab Instituto seu a Congregatione recipiuntur; et naturam contractus, et reciprocae obligationis assumunt, et dispensatio tertii praeiudicium inducit, ideoque nonnisi a Summo Pontifice dispensari possunt (*a*). Hinc est, quod quaerentibus PP. Congregationis Doctrinae Christianae de urbe, qui in ingressu in eadem Congregatione votum perseverantiae emittebant, an ipsis liceret dictam Congregationem deserere sine dispensatione Apostolica, causa pluries proposita tandem sub die 28 Ianuarii 1701 S. Congregatio Concilii respondit: *Quoad iam egressos non esse molestandos et consulant conscientiis suis; quoad commorantes de praesenti, qui votum emiserunt, indigere dispensatione; quoad noviter ingressuros servcntur Constitutiones anni 1604 circa propositum perpetuo perseverandi.*

Et Card. Petra *in Comm. ad Const. Apostolicas tom. 2. pag. 114 editionis romanae anni 1706,* loquens de militibus S. Iacobi de Spata, qui vota simplicia emittunt, nempe castitatis coniugalis, paupertatis (*b*) et obedientiae, de illius professo habet: « *non video a quo possit dispensari, nisi a Sede Apostolica . . . quia vere vota illa explent per promissionem solemnem, et non privatam, quae fit recipiente superiore professionem, et in ordine approbato a Sede Apostolica* ».

Hinc patet discrimen inter vota simplicia, quae private emittuntur, et vota sim-

(*a*) Vide pag. 133 huius collectaneae.
(*b*) Non privantur facultate testandi.

MUTINEN.

Super clausura et approbatione constitutionum.

Usque a Saeculo XVII. quaedam piae Mulieres profitentes tertium S. Dominici ordinem in Civitate Mutinensi sese in unum collegerant, ut iuventutem instituerent. Non multis abhinc annis, favorem praebente Serenissimo Mutinae Duce, a S. Sede petierunt, ut sub eadem quam sem-

plicia, quae per publicam promissionem coram superiore alicuius instituti, eoque acceptante fiunt. Verum Summi Pontifices, reservata sibi absoluta dispensatione, superioribus generalibus nonnullarum Congregationum votorum simplicium facultatem concesserunt super eisdem votis *in actu dimissionis tantum* dispensandi, uti superiori generali Congregationis Missionis, praeposito generali Societatis Iesu, praeposito generali Congregationis Passionis; quin imo in Societate Iesu, eo ipso, quo quis dimittitur, emissa vota prorsus cessant. Huiusmodi facultas nonnullis aliis superioribus generalibus eam postulantibus denegata est, cum summopere intersit S. Sedi, statum cuiusque instituti agnoscere quod ipsa assequi facile potest ex alumnorum supplicationibus, qui dispensationem super emissis votis petunt; praeterquam quod dispensationes difficiliores redduntur, et nexus inter huiusmodi instituta et Apostolicam Sedem servatur, et confirmatur. Relate ad vota simplicia, quae iuxta encyclicam S. Congregationis super statu Regularium die 18 Martii 1857 professioni votorum solemnium praemitti debent, in declarationibus edicitur: *Eorumdem votorum simplicium dispensatio reservata est Romano Pontifici, cui professi gravibus urgentibus causis preces porrigere poterunt. Verum eadem simplicia vota solvi etiam possunt ex parte Ordinis in actu dimissionis professorum, ita ut, data dimissione, professi ab omni dictorum votorum vinculo et obligatione eo ipso liberi fiant.*

In aliquibus Institutis, seu Congregationibus votorum simplicium, iuxta earum Constitutiones vota ita emittuntur, ut illa perseverent donec professus in Instituto, seu Congregatione permanserit; quo fit ut Institutum, seu Congregatio professos dimittere; et ipsi pro eorum libitu discedere possint. Hoc praescriptum legitur in constitutionibus *Instituti Scholarum Charitatis Venetiarum* die 23 Septembris 1836 ab hac S. Congregatione approbatis hisce verbis: *Vota. . . eousque obligare censentur, quousque Alumni . . . . in Congregatione permanserint. Qui enim aut sponte discedunt, aut prudenti superiorum iudicio dimittuntur, eo ipso, et sine ulla dispensatione praedictis votis exsolvuntur.*

Hic vero ad omnem ambiguitatis occasionem removendam animadvertendum est, praesertim in Gallia duplicis generis esse sorores, quae emittunt vota simplicia. Alia enim faciunt vota simplicia, quia sese adscribunt Instituto, in quo vi suae institutionis vota simplicia emittuntur, et tali pacto ab Apostolica Sede approbato, prout sunt Congregationes sororum post Galliae vicissitudines erectae. Pro dispensatione votorum, quae in iis emittuntur, iuxta superius expositam doctrinam procedendum erit.

Aliae vero profitentur in Communitatibus antiquorum Ordinum: nam pacatis Galliarum politicis vicissitudinibus plures moniales cuiusque Ordinis, quae vota solemnia emiserunt, in aliqua domo respective sese collegerunt ut meliori, quo fieri posset, modo monasticam vitam ducerent iuxta regulas Ordinis, quem professae fuerant. In hisce domibus deinde admissae fuerunt novae alumnae, quae peracto tyrocinio vota emittebant. Hinc ob specialia rerum adiuncta, in quibus huiusmodi neo-Moniales reperiebantur, exortum est dubium, an illarum vota essent solemnia prout antea emittebantur, an potius simplicia? Et S. Poenitentiaria dicta vota simplicia declaravit quoad Moniales S. Salesii loci Caën in Gallia die 5 Novembris 1828: *Vota quae in praesenti*

per sectatae fuerant, S. Augustini Regula ad vota solemnia admitterentur. Ad hanc itaque rem constitutiones exhibuerunt, et Summus Pontifex specialem Congregationem delegavit, quae dubio: « Se le Costituzioni di » cui si tratta meritino di essere approvate dalla S. Sede? » Rescripsit: *affirmative, et ad mentem.*

rerum statu a Monialibus emittuntur, quin constanter, et integre servari possint, praesertim quoad votum paupertatis, uti simplicia a S. Sede aestimari. Haec responsio iterum confirmata fuit per sequens rescriptum: *S. Poenitentiaria denuo mature perpensis, et in examen deductis, quae a dilecto in Christo Vicario Tolosano proponuntur, praehabitoque super his oraculo SSmi D. N. Pii PP. VIII. de eiusdem Sanctitatis Suae mandato respondet: « standum esse in decisis »*; hoc est: *vota quae in praesenti rerum statu a monialibus in regnum Galliarum emittuntur, uti simplicia a S. Sede aestimari. Datum Romae die 19 Maii 1829 (a).*

Ad huiusmodi Moniales referuntur sequentia dubia, quae proposita fuerunt ab Episcopo Caenomanen. postquam ei praecedens responsum anno 1835 a S. C. EE. et RR. communicatum fuerat, nempe:

1. *An spiritualia privilegia regularibus concessa, v. g. indulgentiae, nihilominus permaneant? (b)*

2. *An votum ingrediendi Religionem Sedi Apostolicae adhuc sit reservatum?*

3. *An Ordinarius super votis a monialibus emissis, data ratione sufficienti, dispensare possit, voto perpetuae castitatis remanente?*

4. *An de votis virorum idem dicendum sit ac de votis monialium uti videtur?*

Quibus resolutio data fuit ut sequitur:

Sacra Poenitentiaria propositis dubiis diligenter perpensis factaque praemissorum relatione SSmo Domino Gregorio PP. XVI respondet:

Ad 1. Sorores Monasteriorum Galliae lucrari posse Indulgentias omnes, quae religioni seu Instituto aliarum monialium solemnia vota emittentium secundum institutum, seu regulam respectivam concessae fuerunt, idque ex indulto Pii VII a SSmo Domino Gregorio PP. XVI confirmato.

Ad 2. Affirmative, sed votum mulieris, cuius intentio respexerit ad monasteria, prout nunc in Galliis existunt, non est reservatum; quia scilicet Monasteria eadem a S. Sede Apostolica, attentis peculiaribus circumstantiis, non tamquam Ordines vere, ut proprie religiosi, sed uti piissimarum familiae foeminarum aestimantur.

Ad 3. Ex Sanctitatis Suae declaratione, Episcopos Galliarum, rebus sic stantibus, posse dispensare.

Ad 4. Decreta per S. Poenitentiariam alias edita spectare solummodo ad Moniales. Datum Romae die 23 Decembris 1835.

Quae cum ita sint discrimen apparet, quod inter Moniales recentium Congregationum, et alias, quae in antiquis Institutis, in quibus olim vota solemnia emittebantur, professionem emittant, quidque respective servandum sit ad dispensationem super huiusmodi votis obtinendam.

Tandem notandum est super voto simplici perpetuae castitatis non concedi a S. C. absolutam dispensationem, sed dumtaxat commutationem cum dispensatione mixtam ea praesertim conditione, quod si mulier viro suo supervixerit, alias nuptias minime inire possit absque nova S. Sedis commutatione.

(*a*) Vide pag. 86.

(*b*) Nempe ea privilegia, quibus Moniales fruebantur quando solemnia vota emittebant.

Quae mens antequam exponatur, sciendum est, quodam constitutionum loco ita sancitum fuisse.

« La Clausura pertanto si osserva nei termini espressi dal S. Concilio di Trento, sì per le Monache che per i Secolari; cioè non potrassi per nulla derogare a queste prescrizioni senza una assoluta licenza del Prelato, o di chi venisse dal medesimo destinato a ciò, nel qual caso esser dovrebbe il Confessore, a cui spetterà di accordare le licenze d'introdurre gli operai, ed altre persone necessarie per qualche servigio, di cui abbisogni il Monastero. » Igitur S. C. respondit « E la mente è che si approvano le nude e sole costituzioni colle seguenti correzioni. Essa pertanto, cioè la Clausura, si osserverà nei termini del S. Concilio di Trento, e delle Costituzioni Apostoliche. La licenza d'introdurre gli operai, ed altre persone per qualche servizio, di cui realmente abbisogni il Monastero, spetterà al Vescovo. »

Deleri itidem iussum est: « l'eseguire alcune recite, e rappresen- » tanze sceniche. »

At huiusmodi limitationes non arriserunt Sanctimonialibus, quippe quae verebantur, ne Cives a puellis in educationem tradendis deterrerentur. Hinc suspensa Brevis executione Episcopus earum nomine expostulavit.

1. L'ingresso de' Genitori o di chi ne fa le veci, in caso di grave malattia di una educanda.

2. L'ingresso di alcuni Sacerdoti, e di altre poche persone in occasione di recite o di altre funzioni (puta scholastica experimenta, ac praemiorum distributiones).

3. L'ingresso delle fanciulle nella Scuola esterna per un anno, benchè abbiano cessato d'intervenire alla Scuola.

4. L'ingresso dei Genitori delle fanciulle nelle Scuole esterne, o di chi ne fa le veci nelle Scuole medesime almeno una volta nel corso del tempo, in cui vi sono ammesse le fanciulle.

5. L'ingresso nel Monastero di due donne di servizio addette alle Scuole esterne.

Ad haec accedebat facultas, qua Canonico Camuri, Instituti fundatori, ad vitam liceret varias eiusdem domos visitare, ad eum nempe finem ut in domibus tam erectis, quam erigendis illud sanctitatis studium confirmare posset, quod iam infundere potuerat.

Itaque in Congregatione generali dici 18 Decembris 1840 quae sequuntur dubia resolvenda fuerunt Emis PP. exhibita.

1. Se, e quale dichiarazione convenga fare sulle Costituzioni delle Monache Domenicane di Modena in materia di Clausura? *Et quatenus Negative*

2. Se e come accordare agli Operai dei Monasteri delle suddette Monache, tanto erette, che da erigersi di poter derogare alla stretta clausura in quei casi, che essi nella loro coscienza riconosceranno necessarî, o assolutamente vantaggiosi in conformità di quanto portava l'uso pratico delle Costituzioni, di cui si richiese la Pontificia sanzione? *Et quatenus negative*

3. Se e come accordare la facoltà per i cinque casi di sopra espressi?

4. Se e come annuire alle preci di Monsig. Vescovo per l'ingresso nella Clausura del canonico Camuri Fondatore di questo Istituto?

Ad primum dubium quod attinet ad normam iuris communis, non licet Ordinario ingressum in Clausuram papalem exteris impertiri, *nisi in casibus necessariis, et servatis aliis de iure servandis, et non aliter omnino:* ut ait Benedictus XIV. in Const. *Salutare*, et dixerant alii Pontifices.

Quoad secundum: Con difficoltà (ita, in folio Typis edito in hac causa p. 8 §. Se piacerà) la S. Congregazione non accorda la facoltà specialmente in fatto di Clausura in perpetuo, ed in generale; ma a tempo determinato, e ad istanza particolare sia pel rispettivo Monastero, sia pel rispettivo Ordinario.

Ad Tertium, in quo Episcopi postulata comprehenduntur, circa primum Noder. In Collect. priv. F. 4. art. 11. Citat. quandam refert resolutionem S. C. Ep. et Reg., qua declaratur consanguineis non posse Episcopum ingressum concedere in casu gravis infirmitatis, qua premitur Monialis, etiamsi adsit mortis periculum. Nihilominus nuperrime Sanctimonialibus Salesianis Patavii impertitum fuerat hoc rescriptum « De speciali » gratia arbitrio Episcopi ad triennium pro facultate permittendi, praevio » consensu Monialium, ingressum dumtaxat Matribus Educandarum in » casu verae infirmitatis illarum. Episcopus autem hac facultate caute, » et sobrie utatur, super quo eius conscientia onerata remaneat. »

Difficilius vero huiusmodi licentia masculis conceditur, vel ipsi parentes sint, vel tutores. Illud autem in casu considerandum erat, quod forte huius licentiae denegatio puellarum instituendarum numerum tenuaret, dum caeteroquin in casu mortis proximae ex resolutione S. C. a Tamburini de Jur. Abb. disp. 1. q. 2. p. 1. relata, Notario, ac septem testibus pro ultimo elogio conficiendo, ingressus non est denegandus.

Secundum maiorem involvit difficultatem quandoquidem nulla adest necessitatis lex.

Tertium vero, ac quartum nihil impedimenti offerebat, nam agebatur de scholis externis, et aequa aderat causa.

Quintum discussione aliqua dignum erat, nam S. C. non solet Monialium famulis ingressum concedere, nisi cum obligatione clausurae ob-

servandae. Praeterea Benedictus XIV. in Constitut. « Post binas decla-
» rat admissionem, receptionemque quarumcumque foeminarum sive puel-
» larum educandarum, sive famularum in Monasterio quacumque ex causa,
» sine legitima, authenticaque eiusdem Apostolicae Sedis licentia, toties
» quoties opus fuerit impetranda, fieri non debere. » Sed observabatur quod Sanctimoniales, de quibus loquimur, antea, licet votis simplicibus obstrictas, minus rigidae clausurae subiacuissent. Si insuper Educandatus in loco a Monasterio secreto situs esset, et via recta ad eum accessus pateret, aliquam indulgentiam posse adhiberi.

Jamvero propositis dubiis Emi Patres, prout sequitur rescripserunt – Ad 1 et 2 providebitur in tertio: «Ad 3. ad primam affirmative: ad Se-
» cundam negative: ad tertium, et quartum affirmative: ad quintum ar-
» bitrio Episcopi iuxta Constitutiones Apostolicas, nempe, ut admitti pos-
» sint in Monasterium ad instar famularum cum permissione accedendi
» ad scholas externas, quin ulterius egredi valeant durante earum mu-
» nere, dummodo tamen sint coelibes, et nullum detrimentum status oe-
» conomicus patiatur. Ad 5. arbitrio Ordinariorum bis, vel ter in anno. »

Et facta de praemissis relatione ad SSmum D. N. Gregorium XVI. in audientia habita die 31 Decembris 1840 S. S. resolutionem S. C. approbavit, ita tamen, ut huiusmodi indultum ad quinquennium dumtaxat perduret et Ordinarius hisce facultatibus sobrie, et caute utatur, et quando agitur de ingressu in Monasterium, monialium consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus accedat.

31 Decembris 1840.

INCERTI LOCI

Super Monasterio Monialium Ordinis N. N., et Monialium expulsione.

In quodam Sanctimonialium Monasterio graves irrepserant abusus tam ex parte Abbatissae, quam nonnullarum Monialium. Illa mundano spiritu imbuta non solum inobedientiam erga suum Archiepiscopum promovebat, verum etiam Monialibus lapis offensionis erat, et quaedam alieno nomine typis evulgaverat, quae non solum virginibus Deo sacris, sed etiam honestis laicis mulieribus minime conveniebant, aliae eam imitabantur, ita ut referente Archiepiscopo in Monasterio vigeret « effrenata inobedientia,
» et absoluta reluctatio contra voluntatem, et mandata superiorum, in-
» differentismus in rebus sacris; ignorantia, et incuria in cognoscenda
» regula ordinis, rudis et plebi infimae propria cum superioribus, et ae-
» qualibus procedendi ratio ».

Re in generali conventu huius S. C. habito die 3 Aprilis 1848 sedulo perpensa, Emi Patres, referente Emo Patrizi Praefecto, rescripserunt: « Scribatur R. P. D. Nuntio Apostolico ad mentem: mens est: che gli si danno » le facoltà di sospendere colla intelligenza di Mons. Arcivescovo l' Ab» badessa deputando una Presidente, e di gastigare, e privare di voce » attiva, e passiva le Monache incorreggibili, che insinui all' Arcivescovo » di dare un buon Confessore straordinario, accordando a nome della » S. C. al medesimo le opportune facoltà per assolvere le colpevoli dalle » censure, e quindi somministri ulteriori notizie ».

Hac instructione accepta Nuntius Apostolicus eam executioni demandavit, verum nihil profecit, nam Abbatissa obstinationis, et incorregibilitatis signa dedit, ita ut etiam a potestate laicali indigna suo munere reputaretur. Cum igitur alia remedia ob loci adiuncta adhiberi nequirent, et in regula ad postremam punitionem praescribatur « adhi» beatur ferrum pro resecando iuxta verba Apostoli: *Eiicite perversum* » *de medio vestri*; et iterum: *Infidelis si recedit, recedat ne ab una ove* » *scabiosa totus inficiatur grex*, » idem Nuntius opinabatur Abbatissam, et alias incorrigibiles moniales e Monasterio dimittendas esse, firmo voto castitatis.

Nec praetereundum est promotum fuisse dubium quoad validitatem professionis quarumdam Monialium, quia temere, et contra spiritum regulae admissae fuerant.

Haec quoad facti historiam. Nunc praestat referre aliquas animadversiones, quae in Consultatione exponebantur. S. C. EE. et RR. praeteritis temporibus in similibus casibus modo una, modo altera ratione providebat. Die 15 Iulii 1603 *in Volaterran.* mandavit ut Moniales, quae Monasterii pacem, et concordiam turbabant, voce activa et passiva, ac velo privarentur, et si opus fuerit, in alia Monasteria dividerentur. In *Mantuana* 20 Februarii 1596 commissum fuit Episcopo, ut Moniales culpabiles puniret privatione officiorum, suspensione Abbatissae a suo munere, ac inobedientes ab aliis separaret, et si in sua obstinatione permanerent, procederet implorato etiam auxilio brachii saecularis. Aliquando perpensis rerum ac locorum adiunctis praesertim hac nostra aetate S. C. indulsit, ut Monialis effraenis, vel pacis perturbatrix ad saeculum rediret « firmo voto castitatis, servatisque substantialibus aliorum votorum. » In casu Abbatissa iam ab officio suspensa est; sed cum adhuc contumax sit, iuxta doctrinam a Maiol. traditam de irregularitate lib. 1. c. 24. n. 20. a munere Abbatissae deponi potest « si sit superba, indi» screta, non casta, immisericors, insobria, » et citat. cap. *Si quis Abbas* Abbatissa inhonesta tolerari non debet, ut officiùm retineat Abb. in cap. Monachi n. 6 de statu Monach.

Omnibus notum est Religiosos Viros incorrigibiles posse expelli, servatis, quae a SS. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, et decretis S. Sedis praescribuntur. Verum scriptores disputant an expulsionis poena Moniales mulctari possint. Id negat Bonacina de clausura q. 1, punctat. 9, num. 14, quia haec poena non est pro Monialibus in usu, tum etiam ne ipsae ex earum incorrigibilitate lucrum capiant, et a clausurae vinculo liberentur. Gavantus in Man. Episcoporum verb. *Monialium clausura* n. 23 refert resolutionem S. C. dici 27 Maii 1603, quae Bonacinae sententiae favet. Et Lezana tom. 1 summ. cap. 29 num. 17 docet Moniales « incorrigibiles eiici non posse, neque transferri inconsulta S. Sede » (1).

At Sanchez in Decal. cap. 9, n. 6, in ea est sententia, ut etiam Moniales *in rigore iuris* expulsioni subiectae sint, quia eadem quoad eas ratio habetur, quae Religiosos viros respicit. Fatetur tamen in praxi non esse in usu, et nullum scriptorem legisse, qui expulsionem pro Monialibus admittat, vel aliquod expulsionis exemplum referat, et deinde concludit animum sibi deesse ad consilium dandum Episcopo, ut procederet ad expulsionem Monialis « inconsulto Romano Pontifice, aut eius » Nuntio ; quia esset res nova, et inusitata, et magnum conferret scan» dalum ». Quod si Innocentius III, ut refert Roder. in comp. 9 regul. resol. 57, num. 3, ad supplicationem Cisterciensium permiserit expulsionem Monialium, quae superbas et rebelles sese exhibebant, tamen haec permissio vim amplius habere nequit postquam a Bonifacio VIII, a Concilio Tridentino, et a Constitutionibus Apostolicis strictior clausura praescripta fuit. Caeterum animadvertendum est tristissimis nostris temporibus, quibus ecclesiastica potestas pluribus impedimentis praepedita est, nihil superesse in quibusdam casibus ob rerum et locorum adiuncta ad pacem, concordiam et observantiam in aliquo Monasterio restituendam, nisi ab apostolica Sede expulsio alicuius Monialis permittatur.

Quibus praemissis in Congregatione generali habita die 15 Ianuarii 1841 haec dubia proposita fuere :

1. Se, e come si possa permettere l' espulsione dell' Abbadessa ?

2. Se, e come quella delle altre Monache incorreggibili ?

3. Se, e qual altro temperamento si abbia a prendere per provvedere a quel Monastero ?

Quibus Emi Patres, referente Eminentissimo Patrizi Praefecto, rescripserunt : Ad 1. Affirmative pro saecularizatione, quae sit loco expul-

(1) S. C. die 17 Maii 1603 hanc edidit resolutionem: *Monialem nullam sibi subiectam ex uno Monasterio ad aliud transmittere possunt locorum Ordinarii vel Superiores Regulares etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati.*

sionis (1). Ad 2. Ad mentem: mens est: quod Archiepiscopus eas severe corrigat, ablato ipsis velo nigro, et scapulari, ac voce activa, ac passiva, iniunctis aliis poenitentiis salutaribus, et quatenus non resipiscant, eas dimittat per saecularizationem, quae sit loco expulsionis. Quo vero ad praetensam nullitatem professionis magis praecise referat. Ad 3. Iam provisum in superioribus, et ad mentem: mens est: quod non admittantur Novitiae nisi restituta observantia regulari in Monasterio et servata forma Apostolicarum Constitutionum.

Et facta de praemissis rēlatione S. D. N. Gregorio PP. XVI. in audientia habita eadem die a D. Secretario eiusdem S. C. Sanctitas Sua resolutionem S. C. in omnibus approbavit, et confirmavit.

15 Ianuarii 1841.

ROMANA

Canonicorum Regularium approbationis constitutionum.

Duae Canonicorum Regularium Congregationes, altera nuncupata *Lateranensium* a Basilica S. Ioannis in Laterano, quae potissimum Ravennae florebat, altera *Rhenanorum* a parvo flumine Rheni apud Bononiam, quae tam Romae, quam Bononiae in primis clarebat, antiquis inter se benevolentiae vinculis mutuo devinciebantur, licet habitu, et constitutionibus distinguerentur.

Saeviente Gallicae irruptionis procella, prisci foederis non obliti adiumentum et subsidium sibi invicem praebere non omiserunt. Pace restituta statim ab anno 1814 opera P. Abbatis Generalis Garofoli Rhenanorum Congregatio in pristinum redintegrata est; nec multum temporis effluxit ut etiam Congregatio Lateranensium restitueretur.

Interim memoratus Abbas cum Lateranensium gratiam, amoremque sibi conciliasset, in illud maxime incubuit, ut de Rhenanorum et Lateranensium Congregatione unum corpus, unaque familia conficeretur. Ad hanc itaque rem approbatio a S. Sede impetrata est per Rescriptum datum die 6 Augusti 1819.

In illo Sanctitas Sua praescripsit ut Capitulum Generale ad hoc celebraretur, decretique executionem pro implorata unione Emo Pacca cl. mem. commisit ac in posterum *Ordinem Canonicorum Regularium SSmi Salvatoris Lateranensium* vocari voluit: tandem utriusque ordinis res omnes ac privilegia iuraque communicavit atque permiscuit.

(1) Saecularizatae remanent ligatae voto castitatis, et servare debent substantialia aliorum votorum compatibilia cum novo earum statu.

Emus Executor in Rescripti executione iussit de utriusque Ordinis Rhenanorum ac Lateranensium constitutionibus unam dumtaxat regulam quamprimum concinnari, demptis vel additis, quae pro temporum ac circumstantiarum opportunitate addenda, vel demenda viderentur.

Huiusmodi Constitutiones S. Congregationi Episc. et Reg. exhibitae sunt anno 1840 a Vice Procuratore Generali, commendataeque ab Emo Pacca Ordinis Protectore. Quae res dum adhuc penderet, P. Abbas Generalis expetivit, ut quasdam, quas proponebat, mutationes discuti, approbarique S. C. concederet.

Caeterum quaedam in iisdem Constitutionibus notatu digna reperta sunt. Primo siquidem pluribus locis innui videbatur, aliquibus in casibus Canonicos Regulares obnoxios non esse censurae Extravagantis *Ambitiosae*. At vero, licet ante Urbanum VIII. aliquae adessent Religiones, quae ab hac lege erant exemptae, decreto tamen memorati Pontificis huiusmodi exemptiones ablatae sunt. Legitur enim in citato decreto: « Omnium rerum et bonorum immobilium, et praetiosorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur; census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, et conductionem ultra triennium, concessionem in feudum (a quibuslibet Ordinum Regularium moderatoribus) fieri perpetuo prohibet.... non obstantibus indultis, privilegiis, quibus S. Sua derogat. »

Et reapse huic decreto indiscriminatim parent universi Regulares, et quotidie Beneplacitum Apostolicum in casibus ab illa Extravagante praescriptis implorant. Neque vero ab hoc onere eximere sese poterant Canonici Regulares, quidquid sit de antiquarum Constitutionum privilegiis. Hae enim approbatae fuerunt anno 1592 et anno 1612 cum tamen huiusmodi Urbani decretum anno 1624 editum fuerit, nequé Sancta Sedes haec privilegia in posterum impertiri consueverit.

Secundo loco, cum res est de Monachis incorrigibilibus, nulla mentio fit decretorum Urbani VIII et Innocentii XII quibus ratio praescribitur, quae in retinendo Religioso incorrigibili, atque expulsioni obnoxio sequenda sit.

Tertio loco quando sermo est de acceptatione novarum domorum vulgo *Canoniche*, ideoque de nova earum fundatione, nihil innuitur de praescripto Conc. Trid. Sess. 25 c. 3 de Regul. in quo exposcitur Ordinarii licentia, neque de Const. *Instaurandae* an. 1657 in qua Innocentius X prohibet nova cuiuslibet Ordinis erigi Monasteria « absque » Sedis Apostolicae licentia speciali.... praevia examinatione Congrega» tionis negotiis Ep. et Reg. praepositae ».

Quinque itaque dubiorum formulae Emis PP. Sacrum hunc ordinem constituentibus discussioni suppositae sunt, nimirum:

1. Se e come si debbono approvare le nuove Costituzioni de' Canonici Regolari Lateranensi del SSmo Salvatore? Et quatenus affirmative

2. Se convenga ammettere le modificazioni proposte dal P. Abate Generale?

3. Se aggiungere, che per le alienazioni de' beni stabili e mobili preziosi si debba stare all' Estravagante *Ambitiosae*, non ostante gli antichi privilegi?

4. Se esprimere, che per l' espulsione si debba osservare il Decreto di Urbano VIII e d' Innocenzo XII?

5. Se dichiarare, che per l' erezione delle nuove Canoniche debba rimaner ferma la Costit. *Instaurandae* d' Innocenzo X?

6. Se vi sia luogo ad altri cambiamenti?

Emi PP. in generali conventu diei 26 Martii 1844 rescripserunt:

Ad 1. Affirmative iuxta modum.

Ad 2. 3. 4. 5. Affirmative.

Ad 6. Ad Emum Praefectum cum Emo Ponente.

S. Sua hanc Resolutionem approbavit, ideoque decretum typis editum est.

26 Martii 1841.

INCERTI LOCI

Super nonnullis Episcopi postulatis quoad duo suae Dioeceseos monasteria Sanctimonialium virginum.

Extabant in quadam dioecesi quaedam Monasteria Sanctimonialium, quae vota solemnia ex instituto emittebant. Laica potestas ius in sacra sibi temere usurpans statuit ne admitterentur in eis puellae ad habitum ante vigesimum completum earum aetatis annum et Novitiae nisi servata lege, quod ipsae expleto aetatis anno vigesimo primo vota *solemnia* triennalia, perpetua vero expleto trigesimo tertio emitterent; et publicas puellarum scholas tenerent. Episcopus animadvertebat scholas huiusmodi earum institutis, et legem civilem circa clausuram, et emissionem votorum legibus Ecclesiae adversari, sed cum nulla spes effulgeret pro revocatione legis civilis, et aliunde ea lata, et exequutioni demandata fuerit antequam ipse Diaecesim regendam susciperet, licet huiusmodi civile statutum improbandum esse plane intelligeret, attentis tamen peculiaribus adiunctis putavit interim Moniales, quae scholis praesunt a Choro per regulam praescripto pro diebus, quibus scholae habentur, dispensare, imposita ipsis obligatione officium parvum B. M. V. recitandi. Leges clausurae omnino neglectas, quantum fieri potuit, restituit, ne scholarum

occasione violarentur. Maxima tamen angebatur angustia circa vota modo superius expresso emittenda, probe enim intelligebat vota triennalia minime solemnia esse posse, quamvis vota illa eousque adhibita solemni, quae in Pontificali Romano extat, Virginum benedictionis forma, mutatis tantum iis, quae voti perpetuitatem respiciunt, emissa sint. Hinc anxius a S. Congregatione circa omnia opportunam expostulabat instructionem. Quoad Scholas adnotabatur aliqua extare exempla similium concessionum, prout constabat ex rescripto diei 18 Iulii 1834 favore Monialium Cistercensium Placentiae tenoris sequentis: « S. C. pariter annuit, ut in loco » separato a clausura Scholae erigantur pro illarum puellarum instru- » ctione, atque educatione, in quibus Magistrae deputentur, ut eisdem » dent operam sub immediata obedientia Ordinarii, et dependentia a su- » periorissa, cui vel uni, vel alteri ex Monialibus ab eadem designandis » sit facultas egrediendi e clausura tempore necessario, cum dispensa- » tione horarum canonicarum, ut iisdem scholis invigilent, easque diri- » gant ». Id etiam patet ex alio rescripto, nempe: « S. C. annuit, ut » Moniales externae puellarum institutioni vacare possint, atque ideo per- » mitti, ut duo Moniales a Superiorissa deputandae a clausura egredi, » atque diebus, et horis assignatis in scholis versari possint iterum in » claururam reversurae (1) ».

Quibus praemissis, et exquisito Consultoris voto dubia proposita fuerunt in Congregatione generali diei 2 Aprilis 1841, nempe:

1. An expediat permittere dictis Monasteriis, ut publicas scholas pro puellis retineant; et concedere Episcopo facultatem ita moderandi clausuram ne accessus ad scholas ipsas impediatur?

2. An conveniat auctoritatem tribuere Episcopo moderandi observantias respectivorum Institutorum ita, ut componi possint cum novo scholarum officio, et praesertim quoad particulares Moniales Scholis deputatas; cum potestate Moniales ipsas pro diebus, quibus scholae habentur, a Choro dispensandi, eisque recitationem Horarum Canonicarum commutandi?

3. An Episcopus quoad novitiatum, et admissionem ad prima vota triennalia possit sese conformare praedictis legibus; et an conveniat, ut in recipienda professione dictorum votorum utatur ritu Pontificalis, idest eo ritu, quem adhibeant Episcopi in recipiendis professionibus votorum solemnium?

4. An dicta vota triennalia obligare debeant in conscientia, et in intentione voventis in perpetuum, et utrum constituant voventem in statu

(1) Scholae esse solent Monasterio contiguae ita ut puellae in eas ingrediantur per ianuam externam; et Moniales ad illas se conferant per ianuam internam caute et diligenter custodiendam.

verae Religiosae? Et quatenus excludatur perpetuitas, quid dicendum de iis, quae cum intentione sese obligandi in perpetuum talia vota emiserunt?

5. An post dicta vota triennalia, quae quolibet triennio renovari possunt, debeant Moniales admitti ad professionem solemnem votorum perpetuorum; et an conveniat, ut ea differatur ad aetatem annorum triginta trium completorum ob speciales superius expressas circumstantias?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt. Ad 1. Affirmative iuxta decretum in Placentina 18 Iulii 1834, et iuxta rescripta alias edita. Ad 2. Affirmative in omnibus arbitrio, et prudentiae Episcopi. Ad 3. Ex gravibus causis affirmative, donec aliter a S. Sede praescriptum fuerit, non servato tamen ritu pro professione votorum solemnium adhibendo. Ad 4. Vota ad triennium emissa non esse solemnia, nec expedire, ut piae illae Virgines dum verbis triennalia illa vota pronunciant, animum habeant obligandi se votis perpetuis. Quod si earum aliqua illum habuerit, recurrat Episcopus ad S. Poenitentiariam, si eidem vel dispensationem, vel commutationem votorum cum interna illa voluntate peractorum, licet verbis triennalia nuncupavit, impertiendam censeat. Supplicandum autem SSmo ut Moniales, de quibus agitur, dignetur participes decernere gratiis, et favoribus spiritualibus ac si professionem votorum solemnium emisisset. Ad 5. affirmative, peractis spiritualibus exercitiis per tempus Episcopo benevisis.

Et facta de praemissis relatione Gregorio PP. XVI in audientia habita eadem die Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit.

21 Aprilis 1841.

CAESENATEN.

Distributionis dotium.

Aloysius de Marchionibus Albizzi Caesenas ultimo quo decessit elogio praescripsit, ut tota sua haereditas in bonis stabilibus collocaretur, et « tutto il frutto che annualmente si ricaverà da tali investimenti sia distribuito dai medesimi eredi e loro successori ogni anno in perpetuo in causa di dote di povere, ma oneste zitelle ed alli poveri di questa Città (Cesena) e voglio che fra le dette donzelle, e poveri si debbano sempre considerare ed avere riguardo alle discendenti del Notaro Francesco Agostini, del Dott. Giacomo Bufalini, e di Girolamo Evangelisti tutti e tre fino al quarto grado, ed in altre opere pie secondo le circostanze, quando lo giudicasse bene il Vescovo *pro tempore* di questa Città, col quale in-

tendo e voglio, che li Ghini *(quibus haereditatis administrandae munus reliquerat)* e loro successori debbano andare di concerto in tale distribuzione per la quale si dovrà sempre aver riguardo al maggior bisogno, ed alla più opportuna occasione.

Pia dispositio habuit effectum: et anno 1832 cum ad formam Testamenti pium huiusmodi legatum a Marchionibus Ghini administraretur, Marta et Marianna Bufalini de genere vocatarum obtinuerunt annuam praestationem titulo paupertatis scut. 72. Eamdem largitionem assecutae postea sunt Vidua Iulia et Adelais Evangelistis, nec non tres innuptae puellae Agustini.

Nulla tamen ex his familiis in *actu matrimonii* ad haec dotalia subsidia admitti postulavit. Quin imo eam sibi sententiam inhierunt, quod, si quando aliqua puella ad hanc rem petitionem faciat, suspensa executione legati circa pauperes, omnes pii legati reditus, qui eo anno percipiuntur, in puellarum dotes dumtaxat, debeant erogari. Cum vero diverse sentirent Administratores memorati, supplices a S. C. Episcoporum et Regularium petierunt, ut opportunam in proposita controversia declarationem proferret.

Rogatus de more Episcopus votum propitium puellis prodens exponebat, omnes quidem suspendi debere alias pias elargitiones, minime vero annuas praestationes recensitis puellis, ut innuimus adsignatas.

Duo erant controversiae capita, quae disceptanda occurrebant. Primum erat, num puellae vocatae, licet innuptae permansissent, ad subsidium dotale ius haberent. Secundum erat, num puellis nupturis totus anni reditus esset addicendus, seu potius pecuniae quantitas ab Administratoribus cum Episcopo esset determinanda.

Ad primum quod attinet, adnotandum est ex Testatoris voluntate praesumi, quod puellas honoratas hoc beneficio frui voluerit etiam in statu innuptarum, aliter enim in maxima earum necessitate misere deseruisset. Neque officit adiunctum a *Causa di dote*, nam haec additio ostendit quidem votum matrimonii, quo iisdem idoneae provisum sit, minime vero obligationem nubendi importat; cum praesertim ex communi doctorum opinione legatum dotis in legatum alimentorum resolvatur, et utpote purum, atque absolutum reputetur. Pignatel. l. IX. Cons. 166. num. 10.

At contra excipiebatur haec iure locum habere, cum quis ad dotem praestandam obligatur, utpote pater, aliique; Amost. de Caus. piis L. 4 C. 4. non autem cum agitur de extraneis multoque minus si puellae vocatae sint incertae.

Ad secundum quod attinet petitioni puellarum proderat, quod in iure earum conditio tam favorabilis est, ut licet testator quotam dotalem praefixerit, attamen ea soleat augeri etiam per plurium annorum cumu-

lum. S. C. Conc. in Veliter. 9 Septembris 1815, quin censeatur iniuriam inferri puellis vocatis, quae cum incertae sint, ius quaesitum non habent. Rota cor. S. M. Clem. VIII. Dec. 227.

Perperam vero obiiceretur, quod pauperum ratio ex testatoris voluntate sit habenda, nam puellarum dotatio non solum ad earum spirituale ac temporale bonum conducit, sed etiam ad publicam utilitatem, cum ex iis Ecclesia filios, Civitas cives suscipiat. Deinde puellae in pauperum numero sunt habendae, ideo testatoris voluntas non infringitur si titulo paupertatis totus anni reditus eisdem attribuatur.

At vero puellarum petitioni refragabatur quod favor eisdem habitus in earum dote augenda uti gratia sit aestimanda, minime vero uti dispositio stricte et universim observanda. Quod vero obiicitur puellarum dotem pauperum largitionibus esse praeferendam, locum habere posse cum reditus utriusque non sufficiant, non autem cum ita pinguis sit, ut facile utrique satisfieri valeat. Deinde pauperes praeteriti nequeunt sine aperta testamenti violatione, in quo legatum dotis a legato pauperum aperte distinguitur. Pauperes insuper certi dici possunt, *quatenus sunt de illa civitate* Sanchez Dub. 6. num. 13. Idque magis valet favore masculorum qui ad familias vocatas portineant; Pascucci ad Pign. t. 4, Cons. 82 de Leg. piis. Quin imo generalibus iuris principiis inhaerendo, fructus aequis partibus dividi deberent, nisi quod in themate testator prudenti Episcopi et Administratorum arbitrio commiserit, ut in hac divisione maioris egestatis, atque opportunitatis ratio duceretur.

Re itaque in plenario auditorio S. C. Ep. et Reg. die 21 Aprilis 1841 per sequentes dubiorum formulas proposita:

1. Se e come le giovani predilette abbian diritto alla dote non ostante che rimangano nubili nel caso?

2. Se e come si sostenga l' annuo assegno di scudi 72 fatto alle Giovani Bufalini, Agostini ed Evangelisti?

3. Se e quale sussidio dotale competa alle Zitelle predilette da maritarsi nel caso?

Emi PP. rescripserunt:

Ad 1. Negative.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. Affirmative arbitrio Administratorum cum Episcopo iuxta dispositionem testatoris.

21 Aprilis 1841

RIPANA

Venditionis coactae.

In oppido S. Benedicti ripanae Dioecesis nova parochia cum opportunis facultatibus instituta fuit, ac locata in quadam exigua ecclesia de municipii iure patronatus. Quae quidem cum progressu temporis parochianorum copiae recipiendae nimis angusta et propter loci situm parum salubris perspecta fuerit, cogitatum est de Cura animarum ad alium locum magis opportunum trasferenda. Ad hanc rem pecunia in promptu erat; nam Patres ab Oratorio nuncupati, in quos animarum Cura transierat, summam scut. annuorum 130 remittere, municipes vero summam scut. 2000 contribuere sese obligatione obstrinxerunt.

Licet vero de loco primum religiosi et municipes dissentirent; postea tamen ambo in unum convenerunt, nempe ut novum aedificium in quodam fundo emphyteutico construeretur, cuius directum dominium ad quemdam Petrellium, utile vero ad fratres Castelli pertinebat, in quibus quarta et ultima generatio finem erat habitura. Sed dominus directus interpellatus ingentissimum primo pretium postulavit; postea vero fundum alienare abnuit; tandem clanculo eumdem cuidam Papetti divendidit.

Cum ita se res haberet, Magistratus et Religiosi supplices apud S. Congregationem Episcoporum et Regularium institerunt, ut Papettius iusto praefinito pretio ad praedium nuper emptum alienandum cogeretur. E contra vero Papettius suam recusationem tueri nixus est tribus praesertim de causis: 1. Quod hoc praedium cum in extrema paroeciae parte dissitum sit, populi concursui ad sacra officia incommodum evaderet. 2. Quod non desint in medio oppido loca, ubi maiori ornatu, et paulo graviori sumptu Ecclesiae aedificium perfici queat. 3. Quod ad maiorem parsimoniam opus suscipi posset eo, quo nunc invenitur, loco; ita enim et locus emendus non esset, et rudera Ecclesiae veteris, atque alterius domunculae destruendarum operis constructioni inservirent.

Hisce a S. Congregatione perspectis Ordinario mandavit, ut rem amice componendam curaret; aliter a viro perito aestimationem fundi fieri iuberet. Ordinarius, cum irritae cessissent amicae tractationes, fidem remisit S. Congregationi, qua declarabatur fundi pretium ad scut. 207 ascendere. Sed haec S. Congregationi non fuerunt satis: nam Ordinario praescripsit, ut unum vel duos viros peritos adhiberet, qui ad faciem loci accedentes de vera Ecclesiae ibidem construendae necessitate referrent.

Hi itaque mandatis huiusmodi obsequuti necessitatem memoratam asseruerunt, eorumque testimonio accesserunt et Ordinarius, et loci Magistratus nec non Delegatus Apostolicus, et consilium nuncupatum *Con-*

gregationis Governativae, cuius munus est Municipiorum consiliares actus excutere, suaque approbatione sancire.

Haec in facto adnotabantur. In iure autem subiungebatur quod quamvis nemo cogatur invitus vendere rem suam L. *Invitum* 11. Cod. de Con. empt., tamen materia coactionis ad vendendum est arbitraria iudicis Rota Decis. 385, § 11 Rec. Caeteroquin, ut docet Reinf. tit. 17 de Empt. § 2 num. 35, communis est doctorum opinio, quod siqua domus aut praedium ecclesiae ampliandae necessarium sit, eiusdem dominus ad illud iusto pretio vendendum compĕlli possit. L. 3 et 9, 13 C. de op. publ. Cum enim Ecclesia cultui publico destinata sit, ad bonum publicum interesse censetur eius aedificatio.

Id etiam non solum ad Ecclesias iam erectas accommodatur, sed etiam extenditur ad Ecclesias de integro construendas Covàr. L. 3 Res. Var. C. 14 num. 3.

Consonat Reinf. loc. cit. num. 34, 35, qui num. 36 principia statuit quibus coacta venditio moderanda sit, nempe, quod quamvis communis sit opinio, dominum ad venditionem cogi posse, quando absoluta adest necessitas; nihilominus, si una tantum adsit utilitas, possit quidem dominus a iudice ad venditionem cogi, quando nullum aut modicum in illum redundat incommodum. Aliter vero si nempe grave ac notabile detrimentum domino sit subeundum, tunc non iudicibus, sed soli supremo principi facultas domini compellendi relicta sit. Addebatur insuper S. Congregationem procedere ad instar principis, ut docet De Luca in Relat. Rom. Cur.

Utraque pars in contradictione audita haec iuris principia pacifice amplectebatur. Sed in facto una hanc necessitatem et utilitatem excludebat, altera vero mordicus propugnabat.

Ut autem omnis controversia dirimeretur duae dubiorum formulae concinnatae sunt nempe:

1. Se e come si debba decretare l' alienazione forzosa del fondo nel caso? *Et quatenus affirmative*

2. Se e a qual prezzo debba pagarsi dagli Acquirenti del fondo nel caso?

Emi PP. in generali conventu dici 14 Maii 1841 in Ripana venditionis coactae rescripserunt:

Ad 3. Affirmative, et esse locum cessioni fundi favore ecclesiae erigendae.

Ad 2. Ad formam concordiae et scribatur Emo Protectori ad mentem; mens est: « che nel caso possibile si venisse a questioni col Gio- » stra per altra simile cessione, la Comune, ed i PP. dell' Oratorio si » servano dei loro dritti a forma della risoluzione al primo dubbio. »

14 Maii 1841.

INCERTI LOCI

Homicidii.

Quidam Canonicus Cathedralis NN. accusatus fuerat uti mandans homicidium, quod a Titio mandatario patratum fuisse dicebatur in persona Archipresbyteri eiusdem Ecclesiae. Gravia contra accusatos cumulata fuerunt indicia, quibus publica populi opinio accedebat. Confecto processu, et proposita causa, Iudices sententiam tulerunt « Esse dimitten» dos cum praecepto de sese repraesentando novis vel non novis super» venientibus indiciis. » Hinc dubium promovebatur an dicto Canonico tempore, quo a Choro abfuit, deberentur distributiones Canonicatus et fallentiae Canonicorum, qui choro interesse omiserant, cum sententiam absolutoriam definitivam non obtinuerit. Quin imo ipsum irregularitatem contraxisse et in privationem Beneficii incurrisse aliqui existimabant, eo quod publice fuerit de homicidio diffamatus iuxta doctrinam traditam a P. Thesauro *de Poenis* Part. 1. Cap. 21. et Constit. Pii II. *Ad retinendas*. Tanti ponderis erant indicia, et publica diffamatio, ut ad scandalum evitandum, quae ex dimissione dicti Canonici eiusque in Chori servitii liberam restitutionem praevidebantur, ut Summus Pontifex die 1 Iunii 1839 huic S. C. commiserit che « prenda cura dell' esecuzione della sentenza, » adottando tutte quelle cautele, che la prudenza, e le particolari cir» costanze del caso siano per suggerire, sia nel modo di porre in libertà » i detenuti, sia per riammettere o no il Canonico al servizio corale ». S. C. exequutionem Archiepiscopo demandavit cum praecepto, ut Canonicus a Sacri Ministerii exercitio suspensus remaneret, et ne Choro interesset donec aliter a S. C. provisum fuerit. Exinde idem Canonicus e carcere dimissus cum praefatis praeceptis, et cautelis, et quia publica contra eum opinio adhuc vigebat e Diaecesi discedere coactus fuit, et spiritualibus exercitiis vacare. Quaerebatur postea adhuc a Missae celebratione, et a chori servitio arceri. Postulabat igitur ut Missae celebratio et choro interventus ei permitteretur, vel saltem distributiones concederentur. Urgebat annum a data sententia lapsum fuisse, ideoque non esse amplius locum causae reassumptioni. E contra publica perseverabat opinio eum homicidii auctorem fuisse. Quapropter rebus omnibus ad Summum Pontificem relatis die 4 Iunii 1840 rescripsit: « Proponatur » in pleno auditorio S. C. EE. et RR. tam quoad reassumptionem cau» sae, et processus, quam relate ad reliqua dubia, audito quoad primam » partem in scriptis Procuratore Fiscali : interim vero tempora non cur» rant. »

Hinc in Congregatione generali diei 18 Augusti 1840, referente Emo Patrizi Praefecto proposita fuerunt sequentia dubia :

1. Se abbia a riassumersi, e proseguirsi la inquisizione processuale a carico del Canonico NN. per titolo di omicidio, ancorchè non siano sopravvenuti nuovi indizi, o risultanze: ovvero che si abbia ad attendere la sopravvenienza di nuovi indizi, o di nuove emergenze, che concludino gl' indizi già esistenti nel tempo abile sino alla prescrizione ?

Et quatenus affirmative ad primam partem

2. Se l' assunzione, e prosecuzione dei nuovi atti si debba commettere alla Curia, o pure convenga spedire un Giudice processante anche laico ?

3. Se al Canonico siano dovute le distribuzioni nel caso ?

Et quatenus affirmative

4. Se e come gli competano le puntature de' Canonici assenti ?

5. Se il Canonico abbia contratta la irregolarità ?

Et quatenus affirmative

6. Se si abbia a privare specialmente del Canonicato, o piuttosto ad accordargli la dispensa colla riabilitazione al sagro Ministero, o almeno permettergli di rinunziare al Canonicato colla riserva di una pensione ?

Quibus Emi Patres rescripserunt:

Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. Provisum in primo. Ad 3. Negative. Ad 4. Provisum in tertio. Ad 5 et 6 Dilata, et exquiratur votum Consultoris.

Deputato Consultore iuxta S. C. mentem, is votum suum pandidit.

Dubium, ipse inquiebat, quod Canonicus irregularitatem contraxerit, triplici fundamento inniti potest: nempe vel *ob homicidium*, vel *ob infamiam iuris*, vel *ob infamiam facti*. Quoad homicidium, quidquid in casu sit in foro conscientiae, in foro externo minime de homicidio damnatus est, ideoque hoc titulo eum irregularitatem contraxisse declarari nequit: nec ad rem facit regula, « in causa homicidii quisque » in dubio facti uti irregularis habendus »; etenim haec regula desumitur ex decretali Clementis III in cap. *ad audientiam* 12 de homicidio et ex altera Innocentii III cap. *significasti* 18 eod. tit., et respicit casum cuiusdam Presbyteri, qui minori, vel maiori culpa aliquem percutiat et percussus superveniente nova infirmitate vel aliis percussionibus moriatur. Hoc in casu, si non constet percussionem a Presbytero illatam fuisse mortis causam, Presbyter in tali dubio ab exercendo Sacro Ministerio abstinere debet. Haec facti species nullo modo Canonicum respicit, ad quem potius Decretalis in Cap. 8. *de purgat. canon.* referri potest, in qua nulla de irregularitate fit mentio.

Neque irregularitas in casu *ex infamia iuris* locum habet. Nam haec infamia exigit « sententiam condemnatoriam de homicidio, tamquam dolo » malo commisso (1), » quae in casu non habetur.

Neque confugi potest ad Bullam Pii II. (2) : in ea enim agitur de iis « quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio informati seu condemnati ». Verba illa de homicidio condemnati requirunt sententiam ; alia vero verba « quorum delictum notorium fuerit », cum agatur de re poenali, intelligenda sunt de notorietate stricte sumpta, quae iuxta Sacros Canones locum habet « per sententiam, seu per » confessionem factam in iure, aut per evidentiam rei, quae tergiversa- » tione aliqua celari non potest (3). » Aliquam vero difficultatem faciunt alia verba eiusdem Bullae, « de homicidio diffamati ». Sed difficultas dispelli potest ex eo, quod ad praescriptum iuris communis in foro externo nemo poena plectatur, nisi delictum fuerit iuridice probatum, vel aliunde certum, quapropter illa verba non sunt intelligenda « de infamatione » simplici, nempe de mala fama, quamvis plene probata, quae solum- » modo indicium facit ad inquirendum ; sed. . . . de diffamatione, quae » aequipolleat condemnationi, cum una pars alternativae alteram decla- » ret (4). » In casu non habetur sententia, et deest notorietas « ex » confessione facta in iure » et alia « ex evidentia rei, quae tergiversatione » aliqua celari non possit » : haec enim tergiversatio fundatur in sententia Iudicum ; et in resolutione S. C. ad primum dubium.

Tandem neque concurrit *infamia facti,* nam ipsa ex publica opinione dimanat, et producit dumtaxat impedimentum ad Ordines suscipiendos et ad dignitates obtinendas (5). Quapropter hoc impedimentum iuxta Doctores non est vera poena, sed consideratur per modum *infortunii,* quod infamatum irregularem reddi *ad recipiendos ordines* ; sed *non impedit exercitium susceptorum* (6).

Animadvertendum tamen est in casibus publicae diffamationis de aliquo enormi crimine minime permittendum esse, ut Clericus diffamatus sacrum ministerium libere exerceat ; quapropter Canonum iure Episcopus eum « ab officio suspendere » potest, quod relata ad diffamatos de homicidio statuit Lucius III in cap. 8 de purg. canonica. Imo aliquando de gravioribus criminibus infamati etiam a Beneficio suspendi possunt,

(1) P. Thesauro de poenis eccles. part. 2. Cap. 1. num. II.

(2) *Ad retinendas* V. Kalend. Febr. 1461.

(3) Cap. ult. *de cohabit. Clericor. et Mulier.* Cap. *Vestra* 7. de eod. tit. Decret. Gratiani Can. *nullus* 5, et can. 6. dist. 32.

(4) Card. Petra Comment. ad Const. Apost. Tom. V. in Const. VIII. Pii II. num. ult.

(5) Cap. ult. *de testibus, et attest.* et cap. 4. *de accusat.*

(6) Bonacina Opp. Tom. 1. tract. de Censur. disp. 7. q. 3. punct. 1. n. 5. et seq.

ut edixit Innocentius III. cap. 10 eod. titul. « Licet ergo ecclesiastica » constitutio tales ab officio tantum usque ad purgationem canonicam » doceat suspendendos; quia tamen cum etiam a Beneficio propter » immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare ».

Olim infamati, qui innocentes in iudicio non declarabantur, ad *purgationem canonicam* admitti solebant. Hodie huiusmodi purgatio in usu minime est, sed duae tantum viae remanent ad eum ab infamia liberandum: *una directa,* nempe per novum iudicium, praevia reassumptione processus, illiusque ampliatione, et coadiuvatis probationibus; altera vero *indirecta,* scilicet per irreprehensibilis vitae rationem ad congruum tempus prout peculiaria rei adiuncta exigunt et per recursum ad S. Sedem *ad cautelam,* si infamia dubia remaneat. Cum promotis indulgentiori modo providetur, nam agitur « non de iure quaerendo, sed de exercitio iuris » quaesiti. » Sed S. Congregationes prudenter admodum procedunt ad removendum scandalum, praescribendo opportunas conditiones tam relate ad congruum tempus experimenti per inculpatam vitae rationem, tam relate ad locum celebrationis Missae etiam extra oppidum, vel diaecesim, in qua diffamatio viget iuxta adiuncta, quae in casu concurrunt.

Hisce, aliisque praemissis praesertim, quoad quasdam resolutiones S. C. C. Consultor hanc ad dictum dubium super irregularitate proponebat resolutionem: nempe « Ad effectum de quo agitur, non constare » de irregularitate, sed suspensionem pro nunc non esse relaxandam ».

Ex proposita resolutione ad praefatum dubium Rmus Consultor inferebat privationi Beneficii non esse locum, quia si non constat de irregularitate, non potest constare de canonica causa privationis, eo vel magis quod Canonicus in foro externo reputari non potest uti reus homicidii, vel notorius homicida sed solummodo tamquam de homicidio accusatus, et graviter diffamatus, ideoque, ut supra dictum est, suspensioni subiicitur, non vero privationi, quae poena perpetua foret. Quin imo autumat post resolutionem huius S. C. diei 28 Augusti 1840 ad 1. dubium, qua sublata est clausula « *non novis* » privari non posse distributionibus post dictam resolutionem decursis, licet ipse ex praecepto huius S. C. prohibeatur, quominus choro intersit. Cum autem graviter diffamatus remaneat, et suspensioni subiectus fuerit, Consultor haud expedire iudicat, ut Canonicus Beneficium Chorale retineat quod per renunciationem dimitti potest.

Quibus, aliisque praehabitis ad dubium super privatione Beneficii, vel renunciatione, et relate ad rehabilitationem Rmus Consultor respondendum existimabat prout sequitur: « Quoad privationem Canonicatus » negative: quoad rehabilitationem provisum in responsione ad dubium » praecedens: quoad renunciationem affirmative, et ad mentem: et mens

» est : ut suspensio non relaxetur, nisi postquam ex documentis minime » dubiis, audito etiam Emo Archiepiscopo, constiterit, Canonicum vitam, » moresque suos ad clericalis honestatis normam per sufficiens aliquod » tempus laudabiliter exegisse, quod temporis intervallum brevius esse » poterit, si eidem indulgenda solummodo sit celebratio Missae extra Diaece- » sim : insuper permittendum esse, atque adeo suadendum, ut ipse Ca- » nonicatum dimittat aliqua sibi pensione reservata, vel permutet illud » cum alio Beneficio simplici, aut etiam cum alio extra Diaecesim sim- » plici Canonicatu. »

Propositis igitur in Congregatione generali diei 16 Iulii 1841 infrascriptis dubiis :

1. Se al Canonico N. N. siano dovute le distribuzioni corali decorse dopo la risoluzione della S. Congregazione del 28 Agosto 1840, con cui fu dichiarato esser luogo soltanto alla riassunzione della inquisizione processuale sopravvenendo nuovi indizi, e nuove emergenze ?

2. Se il Canonico N. N. abbia contratta l' irregolarità nel caso ?

Et quatenus affirmative

3. Se si abbia a privare specialmente del Canonicato, o piuttosto ad accordargli la dispensa colla riabilitazione al Sagro Ministero, o almeno permettergli di rinunzare al Canonicato colla riserva di una pensione ?

Emi Patres, referente Emo Patrizi Praefecto, rescripserunt : Ad 1. Negative quoad distributiones, quae praesentibus debentur : in reliquis affirmative. Ad 2. et 3. in voto Consultoris.

Et facta relatione SSmo D. N. in audientia habita a D. Sub-Secretario die 23 Iulii 1841, Sanctitas Sua resolutionem S. C. confirmavit (1).

16 Iulii 1841.

VERULANA, AQUINATEN. ET NEAPOLITANA

Ordinationis.

Ferdinandus d'Antona oppidi *di Santopadre* Dioecesis Aquinaten. ob devotionem, qua in S. Virginem Liberatam flagrabat, erexit in Ecclesia rurali loci *Banco* Dioecesis Verulanae ubi sanctam Virginem Christifideles venerabantur, beneficium ecclesiasticum, assignata dote, et praescriptis oneribus, inter quae illud memorandum in praesens est, quod Rector dicti Beneficii in Verulana Dioecesi residere teneretur.

(1) *Haec causa ulterius progressa non est, nam quidam retulit NN. morte damnatum ante sententiae exequutionem declarasse non Canonicum, sed ipsum auctorem fuisse necis Achipresbyteri.*

Confirmata ab Episcopo Verulano erectione beneficii Patronus filium suum Joannem Baptistam Acolytum nominavit, eique propterea Beneficium collatum fuit. Joannes Baptista se se in Dioecesim Verulanam iuxta institutionem contulit et postquam in ea per annum permanserit, Episcopum Verulanum deprecatus est, ut ratione dicti Beneficii ei ordines sacros conferre dignaretur, exhibens opportuna documenta. Deerant tamen litterae testimoniales Episcopi Aquinatensis, qui illas concedere renuit eo quod autumabat Clericum Oratorem verae vocationis signa minime praebuisse. At Episcopus Verulanus eum summopere commendabat.

Episcopus Soranus etiam obstabat ordinationi clerici Francisci Tobia, qui licet ad Soranam spectaret Dioecesim, tamen a quatuor annis Neapoli morabatur uti praefectus in Collegio Clericorum Regularium S. Pauli; urgebat enim Antistes Soranus ut ipse ad dioecesanum Seminarium rediret. Id vero impossibile esse idem Clericus exponebat tum quia par non erat solvendis expensis, tum etiam causa suae debilis valetudinis, quae ei non sinebat, ut clima neapolitanum relinqueret; hinc enixe deprecabatur S. C., ut Episcopum induceret ad ei dimissorias ad Ordines vel litteras excardinationis concedendas. Verum licet Emus Archiepiscopus Neapolitanus clericum Oratorem commendaret, tamen Episcopus Soranus tenacem propositi sui sese ostendebat. Idcirco res ad plenarium conventum huius S. C. delata ad Clericum d'Antona in medium proferebantur, quae docet Monacelli *Formul. legale for. eccl. tom. 1 tit. 4. form. 9 n. 10,* scilicet: « Nec potest Episcopus, nisi adsit aliquod canonicum impedimentum il-» las *(testimoniales)* denegare iuxta mentem S. C. C. in Neapolit., seu » Hyeracen. 27 Julii 1699, et in Neapol. seu Scal. 19 Feb. 1701, et » alterius S. C. EE. et RR. in Sever. 13 Martii 1701, et ratio convin-» cens est, quia aliter esset in facultate Episcopi attestari debentis ordinatio-» nes de iure ad Episcopum beneficii spectantes . . . suspendere . . . » Quod etiam confirmat Ursaja *discept. eccl. t. 9 p. 1 diss. 29 n. 6.*

Quoad preces Diaconi Tobia animadvertebatur, quod licet nemo ad Ordines admitti possit sine dimissoriis sui Ordinarii ut habetur in Concilio Trid. *cap. 6 sess. 23 de reform.*, tamen Episcopus Clericis eas absque iuxta causa denegare non potest, ideoque datur ad S. Sedem recursus, prout apparet ex decreto S. C. C. *in Rhemen. 21 Aprilis 1668,* in eo enim legitur: « Cum nullus ordinari debeat, quem suus Episcopus suae » Ecclesiae utilem, aut necessarium non iudicaverit Congregatio non se-» mel declaravit in huiusmodi iudicio nullam dari appellationem, sed re-» cursum dumtaxat ad Sedem Apostolicam, quae iuxta ipsius Congrega-» tionis sententiam per Gregorium XIII. approbatam quotiescumque Or-» dinarius recusavit quemdam ordinare, Metropolitano, aut viciniori Epi-» scopo committit, ut ab eodem Ordinario prius requirat causam recu-

» sationis, quae legitimam non allegante, liceat illi eumdem recusatum » ordinare ». Notatum pariter fuit in pluribus Synodis praescriptum requiri non esse ad ordinationem admittendos Clericos, qui per aliquod tempus in Seminario non permanserint; idque consentaneum profecto esse ordinationibus Concilii Turonensis anni 813, et Romani anni 1725 tit. 30 cap. 2, sed Episcopum Soranum nullam de existentia in illa Dioecesi huius legis mentionem facere; et in huius legis defectu Benedictum XIV. de *Synodo Dioec. lib. XI cap. 1* §. 12 docere « Episcopum suavibus modis » suam mentem ac desiderium unicuique declarare, simulque rationes » ostendere, ob quas recta disciplinae ratio postulat, neminem ad sacros » Ordines promoveri, qui in Seminario episcopali assidue vel aliquot sal- » tem annorum, aut mensium numero commoratus non fuerit ».

At Diaconus Tobia ex rationabili causa, nempe *paupertatis, et debilis valetudinis* quominus votis sui Antistitis obsecundaret, impeditus esse videbatur.

Quae cum ita essent in generali conventu diei 16 Julii 1841 infrascripta proposita fuere dubia:

1. Se, e quali provvedimenti abbiansi a prendere per la ordinazione del Chierico d'Antona?

2. Se, e come abbia a permettersi l'ordinazione del Diacono Francesco Tobia?

Emi Patres re diligenter perpensa, referente Emo Bianchi, rescripserunt:

Ad 1. Scribatur Episcopo Sorano ad mentem: mens est: « che ri- » lasci la testimoniale dentro un mese nel modo che crederà, lasciando » il giudizio sulla ordinazione a Mons. Vescovo di Veroli. »

Ad 2. Scribatur Episcopo Sorano ad mentem: mens est: « che s'in- » sinui a Mons. Vescovo o di accordare l'escardinazione, o le dimissorie. »

16 Julii 1841.

INCERTI LOCI

Super renovatione professionum et sanatione in radice.

In Capitulo provinciali cuiusdam Ordinis quidam Religiosus pro electione ad munus Provincialis obtinuit tantum medietatem suffragiorum, et ab Episcopo loci, cui exposuerat se se maioritatem suffragiorum obtinuisse, confirmationem electionis consequutus est.

Pseudo-Provincialis Guardianos deputavit, et alia acta, quae ad praefatum officium spectant, emisit. Hinc dubium exortum est etiam relate ad professionum validitatem. S. C. cui Provincialis postquam tempus sui muneris expleverat, conscientiae stimulis impulsus recursum habuerat,

omnia acta praeter professiones sanavit, tribuens per Nuntium Apostolicum actuali Provinciali facultatem eas, quatenus opus fuerit, a professis private etiam per subdelegandum prudenter, et caute de novo recipiendi, ut tranquillitati conscentiarum eorum, qui dubitent, consuleretur, quin tamen aliquid super emissarum professionum nullitate definitum intelligeretur. Cum haec omnia R. P. D. Nuntio Apostolico commissa fuerint, ipse ab huiusmodi communicanda instructione abstinuit, significans S. C., quod in dicta provincia Religiosi quotannis renovant professionem hisce verbis « quibus *(votis)* si nos Maiestati tuae iam ante non obstrin- » xissemus, de novo vellemus nos obstringere, ideoque illa saltem nunc » renovamus ».

Quibus omnibus, et Doctorum sententiis sedulo perpensis, Emi Patres in Congregatione generali diei 10 Decembris 1841, referente Emo Bianchi, sequenti dubio:

Quaenam instructio Nuntio Apostolico danda sit in casu?

Rescripserunt ad mentem: mens est: « che avuto in vista la rin- » novazione annua de' voti preceduta dalla dichiarazione *quibus* (votis) » *si nos Maiestati tuae iam ante non obstrinxissemus, de novo vellemus* » *nos obstringere; ideoque illa saltem nunc renovamus* si sono credute » ratificate le professioni: non ostante si è risoluto, che si debba a cau- » tela supplicare Sua Santità per la sanazione *in radice* delle professioni » medesime. »

Et facta relatione SSmo D. Gregorio PP. XVI eadem die, mense et anno; Sanctitas Sua professiones, de quibus agitur, in radice sanavit, atque revalidavit. Ceterum Nuntius Apostolicus praesens decretum in Archivio Nuntiaturae servari mandet, et authenticum exemplar tradat P. Provinciali, ut illud in secreto archivio provinciae caute servare faciat.

10 Decembris 1841.

CAMERINEN.

Restaurationis Ecclesiae Parochialis, et contributionis per aes, et libram.

Cum modus, qui a SS. Canonibus, et praesertim a S. Concilio Tridentino praescribitur, non suppeteret ad raparandam ecclesiam parochialem loci *Valcarecce* et ad sacras suppellectiles comparandas, Archiepiscopus Camerinen. super censu illorum, qui bona in ambitu Parocciae possidebant, taxam scutatorum trium, et obulorum quindecim imposuit. Verum nonnulli, qui extra dictam Dioecesim, licet in districtu Parocciae fundos possiderent, domicilium habebant, acriter contra Archiepiscopi decretum penes S. C. reclamarunt.

Perpensis igitur rationibus a reclamantibus deductis, nec non, quae in sess. 21 cap. 7 de Refor. a Concilio Tridentino praescripta sunt, quae a Bened. XIV in Institutione 100 traduntur, nec non S. C. C. resolutionibus, in Congregatione generali diei 10 Decembris 1841 proposita fuerunt infrascripta dubia:

1. An, et quomodo sustineatur taxa reclamantibus imposita in casu; et an sit locus executioni sententiarum, quae a Vicario generali latae fuerant contra renuentes?

2. An, et quomodo universus populus, vel potius solum ab Archiepiscopo taxati subiacere debeant impositae contributioni in casu?

Quibus Emi Patres, referente Emo Patrizi Praefecto, rescripserunt: ad 1 et 2, teneri populum, et possidentes in districtu Paraeciae etiam exteros per aes, et libram: Egentiores vero, qui pecuniam conferre nequeunt, manus adiutrices praebeant.

10 Decembris 1841.

LUCANA

Administrationis.

Confraternitas S. Crucis in metropolitana Lucensi Ecclesia ante dimidium saeculi decimi secundi ad recipiendas oblationes perinsigni SSmi Vultus imagini factas instituta, anno 1274 perpetuam accepit rerum capitularium administrationem cum onere eamdem ecclesiam quoad omnia manutenendi, et paulo post suas ipsa condidit constitutiones, quibus Operae S. Crucis independentiae circa administrationem, et alia quae in infrascriptis dubiis disceptantur, constituta sunt: ideoque de facto Lucanus Antistes ad haec usque tempora in Operae ipsius rem numquam se immiscuit.

Lucanum Gubernium super eadem opera protectionem et auctoritatem exercens huiusmodi dispositiones postea confirmavit, itemque oblationes eidem fecit, publica etiam vectigalia in eius utilitatem imponendo.

Cum autem a saeculo decimo septimo ineunte apparerent exempla quibus et aliquae oblationes in Capituli manibus factae sunt, et ab eodem nonnulli Administrationis actus exerciti, hinc eodem saeculo exeunte Capitulum ex assertis quibusdam Bullis Pontificiis cumulativam cum Ordinario iurisdictionem super Ecclesia Metropolitana praetendens, quasdam controversias super Operae administratione et oblationum receptione contra S. Crucis operarium excitavit. Sed contra opinati sunt tres magni nominis viri nempe *Card. de Luca* cuius votum extat in *Miscell. Eccl. disc. 35* nec non *De Torre ac Minoia,* quorum vota extant in alterius opere *de pactis fut. succ. lib. 3 C. 4 §. 169.*

Pace post gallicam tempestatem restituta cum opera S. Crucis in pristinum redintegrata fuit, a supremo Lucano Principe leges super Administratione ac regimine eiusdem operae datae sunt, quibus praesertim sancita sunt praetensa Operarii ac Gubernii iura contra Capitulum, et omnem ecclesiasticam potestatem.

Id aegre ferentes Canonici, Operarium in ius vocare decreverunt; ideoque cura Principis Summus Pontifex Gregorius XVI. controversiam S. C. Ep. et Reg. remisit, ac speciali trium Cardinalium Congregationi rem definiendam commisit.

Operarius legitimitatem personae in Capitulo reiiciens omnimodam immunitatem propugnabat a qualibet ecclesiastica potestate, contendens operam S. Crucis sub immediata Gubernii protectione reperiri, itemque in operae institutione ac ordinatione ecclesiasticam potestatem fuisse exclusam ad formam Conc. Trid. Sess. 22 C. 8 et 9 de Refor. et praesertim insistebat super amplissima saeculorum consuetudine, cuius argumentum insigne in eo situm dicebat, quod ecclesiae utensilia et armaria stemma operae praeseferunt.

At Capitulum tuebatur ex praedictis Bullis sese cumulativam iurisdictionem super opera obtinere, ideoque subsumens quod in themate Gubernium Lucanum non posset comprehendi nomine Regis, neque haec immunitas a S. Sede cum titulo in ipsa fundatione concessa explicite fuisset, ac tandem consuetudo omnis tam antecedens, quam subsequens a Conc. Trid. fuisset irrita declarata, concludebat ordinariam super opera iurisdictionem sibi competere. Insuper mordicus oppugnans operariorum, utpote laicorum incapacitatem super rebus ecclesiasticis, de quibus res erat, et insuper allegans in sui favorem consuetudinem praetendebat super iisdem directam potestatem exercere.

Itaque pro Congregatione particulari diei 11 februarii 1842 dubia concordata sunt:

1. An constet de iure Operariorum S. Crucis administrandi et custodiendi omnes ad Operam pertinentes absque dependentia et interventu potestatis ecclesiasticae, et praesertim Capituli in casu?

2. An et cui competat ius recipiendi et administrandi oblationes, quae fiunt Imagini S. Crucis in casu?

3. An, et quomodo, et cui competat ius custodiendi sacras suppellectiles in casu?

4. An constet de iure Operariorum conficiendi inventarium quarumcumque rerum ad Operam pertinentium absque interventu Capituli, et immixtione Ecclesiasticae potestatis in casu?

Emi PP. dicta die rescripserunt ad

1. Salva auctoritate Archiepiscopi ad formam Conc. Trid. affirmative quoad Capitulum.

Ad 2. Affirmative favore Operarii S. Crucis, salva auctoritate Archiepiscopi.

Ad 3. Affirmative favore Operarii S. Crucis iuxta solitum et ad mentem: mens est: ut operarius erga Capitulum debitam observantiam et rationem adhibeat.

Ad 4, Affirmative in omnibus.

Notandum insuper, quod die 21 Augusti 1841 praevio SSmi oraculo declaratum fuit, quod clavis SS. Vultus a Capitulo conservaretur. Cumque nova quaestionis germina super secundo dubio suborta fuissent, et statim transactione sopita, huiusmodi transactio die 14 Septem. 1843 approbata fuit cum clausula: salva auctoritate Archiepiscopi ad formam Conc. Trid. quoad redditionem rationis circa erogationem eleemosynarum.

11 Februarii 1842.

CAMERINEN.

Praestationis suppellectilium et redditionis rationum.

Municipium S. Ginnesii, reservato sibi iurepatronatus in Ecclesia Collegiata Cappellam erexit, quam postea Capitulo cedens cum altari maiori commutavit, retentis hinc inde omnibus honoribus, et oneribus. In erectionis decreto lato a Vicario Generali Orselli die 11. Martii 1486, praeter alia sancitum est, ut quinque Conservatores, inter quos Ecclesiae Parochus, a Municipio eligerentur et coram civibus ab eodem electis rationem quotannis redderent, ut officium defunctorum cum missa, et alia missa cum litaniis quolibet mense statutis diebus celebraretur, ut oblationes omnes in pios usus et miseras personas erogarentur: ut Concionatori Adventus honorarium praeberetur, ut tandem nullum onus per hoc Canonicis superadditum intelligeretur; identidem vero consuetudo fere bisaecularis inolevit, ut ex Cappellae reditibus Concionatori quadragesimali, Aedituo, Organorum pulsatori honorarium solveretur, nec non expensae praestarentur pro Expositione 40 horarum aliisque festivitatibus, ac precibus necessariae. Anno 1832 cum apud Apostolicum Delegatum reclamatum fuisset, Cappellae reditus in usus alienos male converti; idem Praeses rationum redditionem ab Administratoribus exigit, edixitque sententia sua eosdem aere proprio teneri ad solvenda scut. 515. 38, nisi absolutionem impetrassent. Conservatores autem prohibitionem eiusdem Praesidis allegantes renuerunt etiam ea praestare, quae tam ex lege fundationis, quam ex consuetudine praestare consueverant; insuper arbitrati sunt Conservatorum munus cum Magistratu insimul exercere. Super his itaque Canonici ad S. C. Episc. et Reg. suas preces porrexerunt, ideoque sequentia dubia proposita sunt: 1. Se e come i Conservatori della

Cappella debbano aderire in tutto, ovvero in parte alle richieste dei Canonici nel caso? 2. Se la Congregazione Governativa di Macerata possa esercitare la sua autorità sull'amministrazione di detta Cappella, ed esigerne il rendiconto, ed emanare la Sentenza Sindacatoria nel caso? 3. Se e come l'Ordinario possa esigere il rendiconto, emanare la Sentenza Sindacatoria; come ancora, se possa fare la sacra visita nel suddetto pio luogo nel caso? *Et quatenus negative ad secundum dubium* 4. Se e quale provvedimento convenga prendere per conoscere se i Conservatori abbiano in realtà a rimettere in cassa la detta somma di scudi 515. 38? 5. Se e come i magistrati di S. Ginnesio possano contemporaneamente ricoprire ancora l'Officio di Conservatori nel caso?

Quibus Emi Patres in generali auditorio diei 18. Februarii 1842. rescripserunt: ad 1. Affirmative iuxta Decretum Vicarii Orselli diei 11. Martii 1486. Ad 2. Negative in omnibus. Ad 3. Affirmative in omnibus ad formam Conc. Trid. c. 9. sess. de ref. Ad 4. Affirmative facta nova redditione rationis Archiepiscopo adhibitis Revisoribus iuxta provisum in 3. aliisque pro arbitrio et prudentia sua. Ad 5. Negative in omnibus.

Quod supradictum est de Sententia Syndacatoria ab Ordinario, et non a Delegato proferenda alias etiam declaravit S. C. et praesertim in Ripana *Erectionis hospitalis* diei 18 Maii 1841, in qua proposito dubio: *Se, e come possa la Delegazione esigere il rendiconto?* Respondit *Negative,* licet ageretur de hospitali domo, administrabat Congregatio a Municipio deputanda, et Municipium ipsum pecuniariam praestationem eidem conferret.

18 Februarii 1842.

INTERAMNEN.

Coadiutoriae.

Cum N. N. Coadiutoriam perpetuam cuiusdam Parochiae a S. Sede obtinuisset, praevia approbatione pacti antea iniri, ut Coadiutus integrum parocciae usufructum perciperet, postea novo inter utrumque contractu intercessito, quo Coadiutus in administrationem Coadiutori cederet omnia et singula bona parocciae cum conditione, ut Coadiutor parocciae fructus faceret suos, et coadiuto scutata decem in singulos menses, donec viveret, contribueret. Dubitatione itaque exorta, an hic contractus contrarius esset Constitut. Apostolicis nempe vel Bullae *Universalis* Bened. XIV. ann. 1741 XIX. in suo Bullar., qua prohibetur vendere beneficiorum redditus aut ad vitam, aut ad longum tempus per unam vel plures solutiones; vel Const. *Intollerabilis* Pii V. perinde ac ille contractus esset renunciatio cum reservatione pensionis, adeoque confidentiali Simonia in-

fectus, vel denique Const. *Ambitiosae,* qua prohibetur beneficialium bonorum locatio ultra triennium; ex altera parte vero cum adnotaretur in casu particulari agi de contractu inter personam, quarum una possessionem, altera ius ad rem una Coadiuti vita suspensum obtineret; item parocho vel illiterato vel seni (nam Coadiutus erat 80. annos natus, et impotens regendae paroeciae effectus) iuxta Ecclesiasticas leges Coadiutorem cum congrua dandum esse, Dubia concinnata sunt:

1. *Se e come possa sostenersi la convenzione fatta in data 10 Gennaro 1840 del Parroco N. N. col suo Coadiutore?*

Et quatenus negative

2. *Se e quali provvedimenti prendere per la retta Aministrazione dei beni della parrocchia?*

Emi Patres die 18 Februarii 1842 rescripserunt:

Ad 1. affirmative et ad mentem; mens est: Episcopus cogat Coadiutorem, ut praeter pensionem decem scutatorum addat congruam summam pro conductione domus parochialis.

Ad 2. provisum in primo.

18 Februarii 1842.

FERRARIEN.

Subsidiorum Dotalium.

Joannes Surchi Ferrariensis anno 1664 suam ultimam voluntatem declarans legem dixit: « Che dei frutti della sua eredità ogni anno si ma- » ritassero dodici zitelle povere e native Ferraresi, dando a ciascuna di loro » lire 130, due delle quali dovranno essere della Villa di Gradizza, e le » altre dieci native Ferraresi povere ed onorate di buona vita e fama, la » nominazione delle quali starà in petto alli Signori Governatore ed altri » Officiali della Congregazione delle Stimmate, che *pro tempore* saranno della » Ven. Confraternita. »

Piae dispositioni non defuit effectus, et coetus Sodalium *delle Stimmate* haereditatis administrationem suscepit, et puellas duodecim quotannis ad subsidia dotalia rite nominavit.

Anno 1821, cum a pluribus annis puellae pleraeque sortitione extractae nuptiarum conditionem non implevissent, magnus superfluit dotium non collatarum numerus, adeoque magna pecuniae vis, ex quo nullus fructus proveniebat.

Ut autem huic incommodo aliqua ratione consultum foret, coetus Sodalium deliberavit « che le Doti delle innutte entro l'anno si dispen- » sassero a quelle che erano state proposte, ma non favorite dalla sorte

» colla prerogativa dell'anteriorità a seconda del tempo del loro matrimo-
» nio seguito entro l'anno ».

Huiusmodi ratio viguit ad annum 1840, quo Praefectus Sodalitio, in dubitationem devenit, num eadem ratio Testatoris voluntati consentanea foret. Itaque S. Congregationi Episcop. et Reg. rem deduxit, exposuitque hoc modo numerum a testatore praescriptum excedi, et obligationi intra annum nubendi ab eodem impositae nullatenus satisfieri. Addidit autem dotes hac ratione caducas effectas, in utilitatem sodalitii saltem ex aequitate iuxta praesumptam testatoris voluntatem vertendas esse.

Controversia igitur ad S. C. delata et iuxta consuetas eiusdem regulas proposita, duo quaestionis capita emergebant; primum circa obligationem matrimonii; secundum circa tempus, quo idem esset perficiendum.

De primo referebantur variae DD. Sententiae, quorum aliqui docent legatum dotis esse purum, ideoque matrimonii obligationem non importare; alii vero contendunt esse legatum conditionale, et idcirco necessario adimplendum. At in eorum dissensione concludebatur in huiusmodi controversiis praesumptae testatorum voluntati standum esse; Amostaz. de Caus. piis L. 4, C. 6, N. 16. Jamvero in facto subsumebatur nuptiarum conditionem necessario implendam videri ex eo, quod testator nuptiarum conditionem primo loco posuerat inquiens: *si maritassero dodici Donzelle* ecc. Hoc enim forte ostendere volebat sese matrimonii favorem, quam personarum potius inspexisse, eoque magis quin puellae honoratae veluti incertae reputari poterant. Addebatur autem in casu sufficere nedum matrimonium carnale, sed et spirituale, quandoquidem contrarium a testatore statutum non fuerat S. C. Epis. et Reg. in Pisauren. 26. Aug. 1616.

Secundum vero quaestionis caput maiorem difficultatem implicabat: neque enim testator indicaverat, quo temporis spatio puellae sortitione vocatae nuptias perficere deberent. Recurrendum igitur erat ad legum dispositiones, ex quibus deducebatur in genere conditiones potestativas quamprimum implendas esse L. *haec Cond.* ff. de Cond. et Dem. De conditione vero in specie (si nupserit) ex aliquibus Doctoribus cum Bartolo ad memoratam legem requiri colligebatur, ut intra triennium adimpleatur, ex Mantica vero de Conj. ult. vol. L. 11, t. 18, N. 25, eamdem conditionem quandocumque et etiam post triennium posse executioni mandari.

Itaque sequentes dubiorum formulae; quae allatas quaestiones complectuntur, Emrum Patrum iudicio dirimendae propositae sunt:

1. Se e quando le giovani sortite al bussolo per conseguire le doti del legato pio Surchi debbano contrarre Matrimonio?

Et quatenus affirmative infra annum

2. Se si abbia ad osservare il metodo adottato nel 1824 di conferire le doti vacanti ad altre giovani proposte, e non sortite dal bussolo, che si maritano nell' anno; o piuttosto concederle almeno per grazia in beneficio della Confraternita ed in qual modo?

3. E quante volte l' accennata condizione non si debba adempire dentro l'anno, qual metodo convenga adottare per impedire il cumulo delle doti nel caso?

Quibus Emi PP. in Generali Auditorio diei 25 Februarii 1842, rescripserunt:

Ad 1. Affirmative ad primam partem, ad secundam infra quinquennium et ad mentem: mens est: ut puellae quae ad dotem sortiuntur, detur schedula quam ipsae exhibere possint sive nupserint in Domino, sive in saeculo.

Ad 2. Provisum in primo.

Ad 3. Elapso quinquennio, vel ob mortem, si matrimonium sive spirituale sive temporale non fuerit secutum, dotes vacantes conferantur aliis puellis, quae sortitae sunt in additionem duodecim annuatim conferendarum.

25 Februarii 1842.

FIRMANA

Administrationis.

Cum Eleonora Morrone in suo testamento sex distinctas primogenituras instituisset, et ad eas sex distinctas familias vocasset, voluit ut omnium censuum suoruum fructus in dotalia subsidia erogarentur, quorum activam nominationem reliquit iisdem familiis, passivam vero puellis exinde descendentibus. Administratores perpetuos nominavit duos parochos S. Petri, ac S. Zenonis cum emolumento scutorum trium in singula centena, et onere deponendi censuum pensiones in Arca Monasterii S. Clarae, et rationem quotannis Firmanae Curiae reddendi.

Post gallicam tempestatem ab Ordinario plures Administratores successive deputati fuerunt, quos inter Aemilius Guerrieri, Joseph Sabbioni, et Gaspar Riccardi. Administratorum emolumentum autem ad Scutata quinque adauctum est. Illi tamen in solvendis pensionibus retractis diu se morosos praebuerunt, adeoque anno 1838 Archiepiscopus Sententiam Syndacatoriam protulit, qua contra eosdem pia Causa creditrix declarata est

scut. 3677. 81. et sex memoratae familiae responsabiles dictae sunt pro scut 2581. Parochi interpellati renunciationem emiserunt.

In hoc rerum statu res ad S. C. Ep. et Reg. exposita est, dubiaque proposita sunt: 1. Qual metodo abbia a tenersi per la esigenza delle partite arretrate, e chi abbia ad averne l'incarico nel caso? 2. Se tutti i primogeniti delle sei famiglie chiamate in primo grado siano tenuti a sorvegliare l'amministrazione, e possono dirsi responsabili de' danni provenuti all'Opera pia Morrone nel caso? 3. Se sia attendibile la preghiera del Parroco di S. Pietro e di S. Zenone, e nel caso affermativo a chi spetti nominare l'Amministratore dell'opera pia nel caso? 4. Se il premio per la esigenza dovrà regolarsi a forma del Testamento di Eleonora Morrone, ovvero dovrà ritenersi quello già assegnato al Conte Gasparo Riccardi, che costituisce due scudi di più per la riscossione di ogni centinaio? 5. Se dovrà osservarsi la legge del deposito prescritta da Eleonora Morrone nella Cassa di questo Monastero di S. Chiara nel caso?

Eadem S. C. Ep. et Reg. die 2 Septembris 1842 resolvit: Ad 1. quoad primam partem liquidatis prius singulis summis tam debitis ab Administratoribus Paulo Aemilio Guerrieri, sive ab eius haeredibus, a Comite Sabbioni, Comite Riccardi, quam a caeteris debitoribus, praesertim fructuum censuum pii operis: omnes autem monitos et intimatos cogendos esse, si non solvant, per viam iuris, et modis omnibus legalibus ad solutionem summarum debitarum, ad effectum eos investiendi cum solitis cautelis: quoad secundam vero curam agendi et obtinendi solutionem habendam esse ab Administratoribus ab Ordinario deputandis. Ad 2. Negative, nisi aliquis in primogenitis familiarum administraverit bona, vel partem bonorum, vel se immiscuerit Administrationi. Ad 3. Ad primam partem affirmative, ad secundam partem nominationem Administratoris spectare ad Ordinarium. Ad 4. et 5. ut supra.

In qua resolutione notandum est. 1. Fructus pii operis in usum a testatrice praescriptum non erogatos ex S. Congregationis iussu favore eiusdem pii operis cum solitis cauthelis investitos fuisse. 2. Nominantes ad subsidia dotalia sese non posse in Administratione immiscere. 3. Renunciantibus administratoribus a testatore nominatis, ius eos subrogandi Ordinario devolvi. 4. Etiam post edictales Gregorii XVI. leges in pontificia ditione liberum esse Ordinariis rationum redditionem a Laicis Administratoribus exigere et sententiam syndacatoriam, quae verae Sententiae vim obtineat, emanare ad formam decreti Conc. Triden. Sess. 22. C. 9. de Ref.

Idipsum patet ex declaratoria Secretariae Status a negotiis internis dici 14 Decembris 1839, occasionem praebente Archiep. Camerinensi, qui a laico cuiusdam Monasterii Administratore rationum redditionem re-

petiverat, quae sic se habet: « La Sentenza sindacatoria proferita da co-
» testo Monsignor Arcivescovo sui conti relativi all'Amministrazione del
» Monastero di S. Elisabetta è basata sul disposto del Sagrosanto Con-
» cilio Tridentino Cap. 9, Sess. 22 de Ref. Debbono adunque i Giudici,
» o Tribunali laici limitarsi ad ordinare la esecuzione contro il laico, che
» apparisce debbitore, a chiamarsi nel resto incompetenti, riservando a
» questi la facoltà di provvedersi innanzi la S. C. de' VV. e RR. se e
» come di ragione. Tanto mi occorre significarle in risposta al di Lei fo-
» glio dopo averne inteso l'Oracolo del S. Padre. »

Quin immo licet Administratores a Municipio eligantur, non Apostolicis Delegatis, sed locorum Ordinariis subiacentur circa rationum redditionem, et Sententiam Syndacatoriam. Nam memorata Secretaria Status alias declaravit « che per le facoltà del buon Governo passate nelle Con-
» gregazioni governative intendevansi quelle sole, che essa esercitava so-
» pra i Laici negli affari Amministrativi, non già quelle, che essa per
» la sua essenziale qualità di Tribunale misto godeva rapporto alle per-
» sone, ed alli beni Ecclesiastici. »

2 Septembris 1842.

BONONIEN.

Super contractu emphyteusis.

Maximus Mazzoli in Emphyteusim perpetuam flagitaverat bona hospitalis S. Crucis Castri Franci, offerens annua scut. 460 pro bonis rusticis, scut. 50 pro bonis urbanis. Redacta Archiepiscopi iussu peritia constabat ipsorum bonorum annuos fructus, ducto calculo per decennium, adscendere ad integra scuta 342, eosdem a peritiae auctore aestimari scut. 423. 35. ex annua locatione in praesentiarum percipi scut. 460 a Maximo in publica formali auctione oblata fuisse scut. 591 super bonis rusticis et super bonis urbanis ab aliis oblatoribus ad promissa scut. 69. 50. At vero cum Administratores pii loci ab Archiepiscopo interpellati, sine rationabili causa, consensum suum praebere detrectassent, dubium in pleno Auditorio diei 13 Januarii 1843 propositum est: « Se e come convenga concedere il beneplacito Apostolico per la enfiteusi dei beni sì rustici che Urbani nell'Ospedale di S. Croce in Castel Franco, non ostante il dissenso degli Amministratori? S. Cong. respondit: *Affirmative cum solitis clausulis.*

13 Ianuarii 1843.

S. LUDOVICI

Votorum.

Episcopus S. Ludovici duo proposuit dubia, nempe, an Vota perpetua, quae emittunt Sorores Sacri Cordis, sint revera solemnia; et utrum solemnia sint Vota, quae profitentur Moniales Visitationis in Monasterio Kaskaskiae, quod erectum fuit licentia tantum Archiepiscopi Baltimorensis, et Ordinarii loci.

Quoad Sorores Sacri Cordis, quae *Dame del Sacro Cuore* vocantur, ex originali positione habetur, quod in Congregatione generali diei 19 Augusti 1825 rescriptum fuerit : *Institutum esse laudandum cum votis simplicibus sub obedientia respectivorum Ordinariorum*, quodque specialis Congregatio diei 15 Iulii 1826 *Eiusdem Societatis, et Instituti Constitutiones, et Regulas iuxta perinsertos articulos cum nonnullis emendationibus, et correctionibus. . . . . approbavit.* In Constitutionibus autem cap. 3. *prima vota,* quae a Sororibus ad tempus emittuntur, simplicia vocabantur hisce verbis *Ai tre voti semplici di obbedienza, di Povertà e di Castità.* At in cap. 4. edicebatur *Si faranno gli ultimi voti, che saranno solenni.* Verum Sacra Congregatio hisce verbis sequentia substituit *Ai tre Voti di Obbedienza, Povertà, e Castità aggiungeranno quello della Stabilità . . . Inoltre, quelle che non sono destinate per Coadiutrici faranno il voto di consagrarsi per tutta la loro vita alla istruzione delle fanciulle.*

Iuxta Constitutionem S. Pii V. incipien. *Pastoralis* non solent vota solemnia permitti sine Papali Clausura, sed in Constitutionibus Sororum cap. 6, num. 2 edicitur: « Per questa ragione hanno le Dame abbraccia» ciata la clausura . . . temperata bensì, e modificata secondo lo spi» rito, ed il fine del loro Istituto, da regolarsi nella opportunità dal pro» prio Ordinario ».

Insuper omnibus notum est ab Apostolica Sede non approbari Professionem Votorum solemnium, nisi Moniales aliquam profiteantur ex antiquis regulis ab Ecclesia approbatis, quales sunt Regulae S. Augustini, S. Benedicti, S. Francisci, Carmelitarum etc. Ideoque ex defectu clausurae Papalis, et ex novis regulis, quas recentiora Instituta sibi assumunt, attentoque etiam illorum fine, ea a Sancta Sede non approbantur, nisi cum professione Votorum simplicium.

Ad 2. dubium quod attinet animadvertendum est, quod Moniales Visitationis in exordio earum Instituti Vota simplicia emittebant, sed deinde Paulus V. eas ad statum vere religiosum evexit sub regula S. Augustini. Quibus positis nonnulli scriptores inherentes cap. 3, sess. 25 de Regularibus Concilii Tridentini sentiunt sufficere Episcopi licentiam ad vera

Monasteria erigenda. Alii vero requirunt Apostolicae Sedis beneplacitum vi cap. *Religionum* §. *confirmatos* de Religiosis domibus in 6 : et cap. *Cum ex eo* de excessibus Praelatorum. Cui Patres Tridentini minime derogarunt, sed antiquo iuri de beneplacito Apostolico novam conditionem addiderunt, scilicet etiam licentiam Episcopi localis. Quibus accedit Benedictus XIV. de Synodo Diaec. cap. 1, lib. 9, §. 9 qui relatis Doctorum Sententiis concludit: « Quare communis hodie, et in Tribunalibus recepta est opinio non licere Regularibus tam intra, quam extra Italiam nova Monasteria fundare sola Episcopi localis auctoritate, sed Apostolicae Sedis licentiam praeterea necessariam esse ».

Tandem Episcopus S. Ludovici addebat Vota solemnia in foederatis Statibus Americae minime componi posse cum legibus civilibus ibidem existentibus, ideoque magis expedire, ut S. Sedes declarationem pro Galliae Monialibus datam, ad Sanctimoniales Statuum Foederatorum extenderet, scilicet, « Vota, quae in praesenti rerum statu a Monialibus emittuntur, quin constanter, et integra servari possint, praesertim quoad votum Paupertatis uti simplicia a S. Sede exstimari prout Monialibus loci Caën die 5 Novembris 1828 responsum fuit. » In casu vero solemnitatem votorum inferre videtur rescriptum S. C. de Propaganda Fide diei 22 Novembris 1840 , quo SSmus annuit *pro gratia in omnibus iuxta petita contrariis* sequentibus precibus: « Quoniam vero plures piae faeminae tria nuper fundata Monasteria, nempe Mobilense, Kaskakiense, et Baltimorense iam ingressae sunt, in iisque ad professionem admissae fuerunt, et solemnia vota emiserunt, quia concessiones pontificiae . . . ad solum Georgiopolitanum Monasterium pertinere videntur, ideo dubitari potest an validae sint professiones . . . . Quapropter Archiepiscopus Baltimorensis postulat, ut S. V. . . . . earum vota, posito quod sint nulla, quatenus solemnia, revalidet, et confirmet, dummodo consensum renovent, et professionem suam, votis saltem privatim iterum emissis ratificent ».

In Congregatione generali habita die 13 Ianuarii 1843 proposita fuerunt dubia:

1. Se i voti ultimi, che si emettono dalle Dame del Sacro Cuore siano solenni, o piuttosto semplici?

2. Se i voti delle Monache del Monastero della Visitazione di Kaskaskias siano solenni, e colla clausura Papale, o semplici soltanto, o se almeno convenga supplicare Sua Santità, affinchè voglia degnarsi estendere per le Monache di quelle Diocesi, che in seguito professeranno, la dichiarazione data per le Monache di Francia?

Quibus Emi Patres, referente Emo Giustiniani, rescripserunt:

Ad 1. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad 2. Dilata, et audiatur Votum proximi Concilii Provincialis, certiorata Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

13 Ianuarii 1843.

URBINATEN.

Super renunciationibus
Novitiorum minoris aetatis, et Novitiarum.

In pluribus Diaecesibus in recipiendis renunciationibus Novitiorum, et Novitiarum servatur tantum forma S. Concilii Tridentini sess. 25 cap. 16 de refor.. quin ullo modo ratio habeatur eorum, quae quoad contractus mulierum, et minorum in codice iudiciario civili diei 10 Novembris 1834 praescribuntur. Verum ad omnem ambigendi occasionem removendam dubium S. C. propositum fuit, cum sententiis Doctorum, qui docent sufficere servare formam a Concilio Tridentino praescriptam: Giovius in tract. de solemnitatibus in contract. min. Gloss. XVI num. 280 habet « Non » tenetur statuti solemnitates adhibere, sed sufficit habere licentiam re» nunciandi ab Episcopo, vel eius Vicario ». Idem tradit Costantini in Voto 254 num. 8, et Card. De Luca in Theatro veritatis, et iustitiae titulo de Renunciat. observ. 254.

Et re sane vera renunciatio ob ingressum in Religionem vim non habet nisi peracta professione ad instar testamenti, quod morte Testatoris irrevocabile robur acquisivit: sed in factione testamenti mulierum et minorum servari minime debent solemnitates pro contractibus mulierum, et minorum praescriptae, ita nec in praedictis renunciationibus emittendis. Et hac de causa a Curiis episcopalibus minime servabatur in huiusmodi renunciationibus excipiendis forma statuta in Constit. Bened. XIV. incipien. *Romanae Curae praestantiam.*

Proposita proinde fuerunt in Congregatione generali diei 17 Martii 1843 dubia:

1. Se alla validità delle rinunzie dei Novizi minori di età, e delle Novizie, che si fanno *occasione professionis* basti la forma conciliare, ovvero siano necessarie anche le solennità prescritte dall' attuale Regolamento giudiziario?

Et quatenus negative ad primam partem, et affirmative ad secundam

2. Se convenga sanare tutte le precedenti rinunzie fatte presso la Curia di Urbino colla sola osservanza della forma prescritta dal Tridentino?

Quibus Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt: ad 1. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam. Ad 2. provisum in primo (1).

17 Martii 1843.

ARIMINEN.

Exemptionis a iuribus parochi.

Ursulinae civitatis Ariminensis, vulgo dictae *le Celibate* supplices porrexerunt preces Summo Pontifici per hanc S. C., ut earum Sacerdos Cappellanus *pro-tempore* declararetur earum parochus, et sic fruerentur exemptione ab iurisdictione parochi cathedralis ecclesiae, aliorum monasteriorum civitatis more. Episcopus Ariminensis pro informatione et voto requisitus, respondit, praefatas virgines votis ligari simplicibus; exemptione, de qua in precibus, gaudere dumtaxat monasteria clausurae; putat quod satisfaciendo huiusmodi petitioni laederentur iura parochi; et tandem nullam sibi in praesentiarum afferri rationem qua totaliter impleri debeat desiderium earumdem postulantium per omnimodae exemptionis indultum. Aequum tamen censet ut iisdem facultas concedatur, vi cuius, soluta proprio parocho quarta funerum, religiosas consorores possint in propria ecclesia tumulari, tum quia in eadem et sacra Deo persolvunt officia et sacramenta recipiunt; tum quia haud conveniens esse credit, cadavera religiosarum aliam in ecclesiam deferri.

In hac rerum conditione praefatae consorores noviter postularunt « facultatem tumulandi in earum ecclesia nedum cadavera Oblatarum,

(1) Edita lege de praemittendis votis simplicibus professioni votorum solemnium iuxta encyclicam S. C. super Statu Regularium diei 18 Martii 1857, et litteras Apostolicas diei 7 Februarii 1862 incipien. *Ad universalis* dubium exortum est circa tempus, quo renunciatio, de qua Concilium Tridentinum loquitur, emitti possit. Dicto *Dubio ad SSmum D. N. Pium PP. IX. relato a Secretario S. C. super Statu Regularium in audientia habita die 1. Augusti 1862, Sanctitas Sua apostolica auctoritate statuit, atque constituit, renunciationem, quam in citato cap. XVI, sess. XXV de Regularibus Concilium Tridentinum respicit, pro professis votorum simplicium locum habere infra duos menses proximos ante professionem votorum solemnium. Contrariis quibuscumque non obstantibus.*

Professi vero votorum simplicium iuxta declarationem eiusdem S. C. « *dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio et reddituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint* ». Vide Acta S. C. super Statu Regularium a me edita anno 1862.

sed et alumnarum et aliarum secum conviventium mulierum, solvendo tamen parocho quartam funerariam. Postulabant insuper gratiam ut ipsae parocho quidem subiicerentur quoad iura Sacramentorum: eximerentur quoad sacras functiones et alia officia in earum ecclesia peragenda. »

Quamvis humandi ius ecclesiis parochialibus *de iure* competat (Fagnan. in L. *Fraternitatem* n. 4. et seq. de sepult.), potest tamen competere *ex privilegio* etiam ecclesiis non parochialibus. Huiusmodi autem privilegium non modo conceditur ab Apostolica Sede; Card. Petra in constitut. 3, Celestini III. sect. 1, num. 19, sed etiam ab Episcopis quando aliqua iusta pietatis et congruentiae causa concurrit S. C. Concilii in causa Senogallien. *iuris sepeliendi*, 24. ianuar. 1739; Monacelli form. leg. L. 1. tit. 6. form. 2. n. 25.

Cum porro sepulcrum aliqua in ecclesia eligitur, quae sive *ex iure* sive *ex privilegio* facultate sepeliendi gaudeat, parocho debetur quarta funeraria « ex omnibus cereis et intorticiis, quae occasione funeris obveniunt ecclesiae tumulanti »: Samuel de sepult. tract. 1, disp. 5, controv. 10; S. C. Concilii, in Firmana *iurium parochialium* 2 iun. 1735, ad 5. dub., et in Romana *iuris funerandi* 27. iun. 1761.

Iis omnibus Oblatarum petitionibus, etiam quoad eam partem in qua de privilegio agunt propria cadavera in earum ecclesia tumulandi, sese opposuit parochus Cathedralis ecclesiae et quidem iure, meritoque quoad privilegii extensionem ad Alumnas et mulieres Conviventes, quippe quae iurisdictioni proprii parochi subiectae maneant, etiam quando in monasteriis papalis clausurae commorantur, uti declarat S. C. Concilii in Sor. 27 apr. 1765, §. 13., et in Bricn. seu Null. S. Ruph. *Iur. paroch.* 26 nov. 1767, §. 3.

Quare in Congregatione generali habita die 18 Augusti 1843, haec dubia fuerunt proposita:

1. Se e come convenga annuire alla prima dimanda delle Celibate concernente la loro esenzione dalla giurisdizione del proprio parroco, perchè ne venga investito il loro Cappellano.

2. Se e come annuire alla seconda loro supplica risguardante al tumulazione nella loro chiesa dei cadaveri delle Oblate, Alunne e Convittrici; non che la indipendenza dal parroco quanto alla officiatura e sagre funzioni nella loro chiesa?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

Ad 1. Negative in omnibus.

Ad 2. Affirmative pro tumulatione Oblatarum tantum, soluta tamen quarta funerum; in reliquis ad tramites iuris.

18 Augusti 1843.

ANNECIEN.

Super nonnullis dubiis a Monialibus Visitationis propositis.

Non omnia Monasteria filiarum a Visitatione B. M. V. nuncupat. ducuntur iisdem principiis circa puellarum institutionem. Quaedam enim monasteria veteri ex consuetudine puellas excipiunt institutionis causa, easque, praeter alia, docent etiam praecepta musices sive vocalis sive instrumentalis : praecepta, quae aliquibus in monasteriis per aliquam peritam monialem traduntur, in aliis per foeminam saecularem in claustris ad hoc degentem, aut per magistrum artis musicae in loco ad loquendum cum exteris destinato, vulgo *Parlatorio* sub vigili tamen cura sororis institutricis inibi praesentis. Sunt et monasteria, quae prorsus excludunt puellarum institutionem, reputantes eam opponi regulis, quibus tota gubernatur Salesiana familia. Alia vero puellas educandas excipiunt sed reiiciunt institutionem musicae instrumentalis.

Praeses itaque monasterii Visitationis civitatis Annecii, sui aliorumque monasteriorum eiusdem ordinis nomine, supplicem Sacratiss. Principi per hanc S. C. libellum porrexit, quo nonnulla solvenda exposuit dubia quoad praefatam institutionem.

Ordinarius Annecii pro informatione et voto requisitus, respondit : « sibi visum esse, nihil in regulis et constitutionibus Instituti a Visita» tione et in extractis transmissis reperiri quod revera adversetur puel» larum institutioni intra monialium claustra tradendae, et in mente » S. Francisci Salesii fuisse, illam ibi posse admitti quotiescumque sup» petunt rationes in necessitate vel in charitate vel in obedientia po» sitae ».

Animadvertit autem unum vel alterum, et plerumque tria haec motiva pro monasteriis concurrere ; et proinde opinatur, universaliter admittendam esse puellarum educationem in monasteriis Visitationis etiam cum musicae artis instrumentalis lectionibus ; incommoda vero, si quae sunt, facili negotio prudentia praesulum monasterii vitari posse.

Ab hoc nonnihil differt votum Consultoris S. C. Ipse enim autumat puellarum institutionem haud conformem esse regulis et constitutionibus Visitationis ; consonam tamen esse spiritui Sancti Fundatoris. Quare perpendens quod in pluribus monasteriis praefati instituti schola educationis puellarum iamdiu extat, unde magnum societati fluit emolumentum, et quod erectioni monasteriorum huiusmodi, si iuventutis educationem reiicerent, inspectis locorum, ac temporum adiunctis gravia obstacula opponerentur : haec, inquam, et alia perpendens, ipse etiam Consultor opinatur, tolerandas esse in domibus Visitationis scholas institutionis puel-

larum, sub tribus tamen conditionibus: 1. nempe ut diversoria puellis instituendis assignata a dormitoriis monialium separata sint; 2. ut iisdem puellis a monialibus Visitationis praecepta tradantur linearis tantum adumbrationis, vulgo *di diseyno*, non vero musices instrumentalis; 3. quod si gravibus de causis praecepta etiam musicae instrumentalis tradenda esse censeantur, hoc fiat non a monialibus, sed a perita femina, exclusis omnino institutoribus masculis, intra monasterii septa, loco tamen opportuno, ne turbetur, monialium quies.

Quae cum ita se haberēnt, in Congregatione generali habita die 18 Augusti 1843 haec tria dubia proposita fuerunt:

1. Se l' uso da lungo tempo introdotto in quasi tutti i monasteri della Visitazione di ricevere le giovani in qualità di educande, sia in opposizione, ovvero conciliabile con le regole e costituzioni di questo Istituto?

Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

2. Se salve le suddette regole e costituzioni possano educarsi le giovani ed istruirsi o col mezzo di qualche religiosa dell' Istituto, ovvero di qualche giovane donna secolare da introdursi appositamente in un monastero, nell' arte del disegno e della musica istrumentale? (1)

3. Se si possa tollerare l' uso, che le lezioni di disegno e di musica istromentale si diano alle giovani educande da un qualche professore nel parlatorio esteriore, alla presenza però e sotto la vigilanza della maestra?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

ad 1. negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. et 3. prudentiae Ordinariorum exclusis tamen magistris quibuscumque masculis sub quolibet praetextu.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI in audientia diei 1 Septemb. 1843, S. S. resolutiones S. C. ratas habuit et confirmavit.

18 Augusti 1843.

SENOGALLIEN.

Inventarii.

Card. Testaferrata cl. mem. Episcopus Senogallien. ultimo, quo decessit, elogio diei 14 Martii 1843, Locum pium Orphanarum Senogalliae haeredem instituit, et executorem testamentarium nominavit Caietanum Cecchi, qui eius negotiorum gestor extiterat, eique amplas facultates tri-

(1) In monasteria, quae clausurae papali subiecta sunt, non possunt introduci mulieres ad officium magistrarum exercendum sine venia S. Sedis.

buit vendendi bona mobilia et immobilia, semoventia, aliasque res eo meliori modo, quem utiliorem ipse existimaret, pretiumque utiliter investiret, et investimentum Orphanotrophio traderet. Insuper executorem testamentarium absolvebat « da ogni, e qualunque rendiconto, dichia- » rando, che non debba dipendere da alcuno, e vietando, che sia da qua- » lunque molestato o direttamente, o indirettamente, colla pena di cadu- » cità a favore de' poveri di Senigallia. » Mortuo Cardinali exequutor testamentarius venditionem bonorum private, et absque edictorum affi- xione aggressus fuerat. Hinc Vicarius Capitularis a S. C. instructionem petebat praesertim circa confectionem inventarii.

Iuxta leg. fin. § *Sin autem* Cod. de iure deliber. haeres ius ha- bet ad inventarium conficiendum, ut de acceptatione haereditatis delibe- rare possit; et S. Rota in Fulginaten. *Inventarii* 4 Iulii 1783 coram Lancellotti, (in qua agebatur de usufructuaria, quam Testator ab obli- gatione inventarii sub poena caducitatis contra haeredem exemerat) re- scripsit: « Inventarium conficiendum esse iuxta modum in decisione ex- » primendum, nam eodem pacto, quo a Testatore remitti non pot- » est cautio de bene utendo, et fruendo arbitrio boni viri, quia id cum » iuris dispositioni, tum naturae usufructus nimirum adversaretur, ita » remitti aeque nequit confectio inventarii. Ex quo sequitur, quod pro » non scripta quoque haberi debeat poena caducitatis a Testatore inven- » tarium petenti inducta. » Verum S. Rota declaravit sufficiens esse inventarium legale conficiendum a Notario cum duobus testibus, nec cogi posse usufructuariam ad iudiciale Inventarium. Relate ad independen- tiam Executori Testamentario concessam, et ad redditionem rationum legitur Cap. *Tua nobis* 17 de Testamentis – « Cum igitur in omnibus » piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secun- » dum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam a testatori- » bus id contigeret interdici, mandamus quatenus exequutores testamen- » torum huiusmodi, ut bona fideliter, et plenarie in usus praedictos ex- » pendant, monitione praemissa compelles ». Vide etiam Pirhing. de Te- stamentis lib. 111 sect. V § VI num. 134. Fortasse ad rem faciet, re- solutio S. C. C. relata a Fagnano in cit. cap. *Tua nobis* num. 16 nempe « Cum quaesitum esset an Episcopus in fundatione exclusus a Visitatione » Hospitalis, puta in fundatione sit cautum, ne se Administrationi, Vi- » sitationi, aut correctioni immisceat, possit se admiscere in casu negli- » gentiae Administratorum? Sac. Cong. censuit: posse iuxta Caput TUA » NOBIS DE TESTAM. ». Ex quo poterit forsan colligi non requiri in administratoribus casum veri doli, sed sufficere casum negligentiae, ut Episcopus suam auctoritatem valeat exercere.

Quibus praemissis in Congregatione generali habita die 1 Decembris 1843 inter alia sequens dubium propositum fuit:

Se, e come si debba ordinare la esecuzione dell' Inventario nel caso?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt: « Affirmative cum assistentia Notarii et duorum Testium. »

1 Decembris 1843.

CESENATEN.

Dispensationis super defectu aetatis ad Beneficium obtinendum.

Quidam pius vir Beneficium Ecclesiasticum instituerat, suisque haeredibus, et successoribus ius nominationis reliquerat, nulla qualitate in nominato speciatim requisita.

Anno 1841 cum vacasset huiusmodi Beneficium, et sex adessent patroni, sua quisque pacifice voce gaudentes, Innocentius, puer annorum sex natus, filius unius ex patronis, nactus quatuor de sex memoratis vocibus, institit penes S. C. Ep. et Reg. ut dispensationem ab aetate pro eo Beneficio obtinendo impetraret.

Oratoris precibus obstitit Franciscus, adolescentulus annorum sexdecim, duplici voce praeditus, itidem da familia unius ex patronis, gravique pariter paupertate laborans. Causa igitur proposita fuit in generali conventu die 15 Martii 1844 cum dubio: « Se si debba concedere ad « Innocenzo Aldini la richiesta dispensa di età nel caso? » Emi PP. rescripserunt: *Negative.*

15 Martii 1844.

CENOMANEN.

Super obligatione Monialium recitandi divinum officium.

Episcopus Cenomanensis in Galliis huic S. C. dubium proposuit: « An Moniales in genere stricte obligentur sub gravi, vi suae professio- » nis, ad recitationem divini Officii suo instituto proprii ».

Eiusdem S. C. Consultor de sua sententia circa dubium propositum requisitus autumabat rescribi posse: *Affirmative.*

Sub divini Officii nomine veniunt tantummodo Horae Canonicae proprie dictae. Quo posito, ut Episcopi Cenomanensis dubium genericum evolvatur, duae institui possunt quaestiones:

1. Utrum Moniales teneantur *sub gravi* Officium Divinum publice in choro recitare.

2. Utrum pariter *sub gravi* teneantur idem Officium privatim recitare cum nequeunt choro interesse.

Caietanus de Alexandris in opere, cui titulum dedit Confessarius Monialium (part. 2. c. 1. de praecipuis Monialium obligation., §. 1. de obligat. horar. canonic.) praefatis quaestionibus ita respondet :

Ad 1. « Teneri tum ex antiqua Ecclesiae consuetudine, tum ex statutis fere omnium religionum, tum ex Clementin. 1. de celebrat. Missar., tum ex communi Doctorum, et talis obligatio est sub mortali, praecipue respectu Abbatissae ; quia quando obligatio cadit in corpus misticum alicuius communitatis , ad caput talis corporis pertinet praecipue curare huiusmodi oneris solutionem. Obligantur quoque Moniales collective sumptae, quia haec obligatio afficit Communitatem , quam ipsae constituunt ; divisive tamen acceptae non tenentur , nisi magnam iacturam officium pateretur ; quia ad interessendum in choro obligantur iuxta mensuram regulae , quae ad poenam tantummodo obligat, non ad culpam saltem mortalem, et est communis sententia ».

Ad 2. Relata sententia duodecim Doctorum , qui negant obligari, quique in medium afferunt non infirmas rationes , prosequitur citatus Auctor :

« Contra hanc sententiam reclamant communiter doctores et merito ; atque adeo peccare mortaliter Moniales privatam horarum Canonicarum recitationem omittentes defendunt praecipue Malderus , Gavantus, Belloch. et Portel. Quia cum in vetustis sciri non possit, a quo sit orta consuetudo (*l. si arbiter* 28 ff. de probat.) attendenda est observantia , quae declarat eiusmodi consuetudinem obligare ; immo potest observantia constituere ius et facere quod id obliget, quod de se non obligat. (*l. de quibus et nulli* ff. quod cuiusque univers.). Unde licet non constet an consuetudo praedicta recitandi horas canonicas sit introducta animo obligandi , obligat nihilominus, quia observantia ita declarat et decernit..... Potest autem per mulieres introduci consuetudo, quae vim habeat legis obligantis ipsas non viros, maxime acceptante et approbante superiore, ut notat Villalob. et concedunt Suar., Castropal., Salas, et alii ».

Haec spectant ad Sanctimoniales, quae vota solemnia emittunt, non vero ad eas quae vota tantum simplicia profitentur : sciendum enim est varias extare decisiones apostolicae Sedis relate ad Moniales Galliarum, quibus pluries declaratum est « Vota, quae in praesenti rerum statu a Monialibus in Regno Galliarum emittuntur, uti simplicia a Sancta Sede aestimari » et per consequens Moniales, in Galliis non sunt verae Religiosae, neque adimplere tenentur omnes illas obligationes, quibus ligantur Moniales , quae solemnia vota emittunt. Novis praeterea Institutis

votorum simplicium, quae in dies efformantur, S. C. recitationem officii parvi B. M. V. plerumque praescribit, at sine ulla gravi obligatione, cum passim declaratum sit, regulas huiusmodi Institutorum obligare sub culpa in his dumtaxat, quae vota respiciunt, vel lege divina, seu ecclesiastica praecepta sunt.

Quibus positis, in Congregatione generali habita die 19 Aprilis 1844 propositum fuit dubium :

Se le Monache in genere sieno strettamente obbligate sotto grave peccato in forza della loro professione alla recita dell' Ufficio Divino proprio del loro Istituto ?

Eñi Patres, referente Eño Polidori, rescripserunt : Affirmative quoad Moniales vota solemnia professas iuxta regulam ab Apostolica Sede approbatam, in qua huiusmodi onus imponitur. Si autem tale onus in regulis non imponatur , Orator consulat probatos auctores relate ad obligationem, quae ex consuetudine oriri potest. Ubi vero vota simplicia sint, non teneri.

19 Aprilis 1844.

FOROLIVIEN.

Exemptionis.

Salesianae tertii Ordinis praepositae educationi puellarum, quas mendicantes vocant, in Convictu S. Annae civitatis Foroliviensis , supplices porrexerunt preces Sacratissimo Principi per hanc S. C. , ut earum pia domus a iurisdictione Parochi eximatur, et Episcopi iurisdictioni absolute et immediate subiiciatur.

Transmissis precibus Episcopo Foroliviensi pro informatione, hic referebat praefatam mendicantium domum omnimode subiici iurisdictioni Episcopi vi legis synodalis. Sic enim a dioecesana Synodo cautum fuit cap. XXII. §. 2, ubi de duobus Convictibus agit : « Iis autem iurisdictioni nostrae omnimodam subiectionem indicimus. » Exponebat insuper numerum et adiuncta quaedam dictarum sororum, duplicemque transmittebat relationem, unam Archidiaconi Cathedralis ecclesiae, alteram p. provincialis Carmelitarum, quippe qui omnem pii loci indolem, agendique rationem optime noscunt.

His omnibus expositis, in Congregatione generali habita die 19 Aprilis 1844 propositum fuit dubium :

Se e come convenga annuire alle preci delle Terziarie Salesiane nel caso?

Eñi Patres, referente Eño Cagiano de Azevedo, rescripserunt : Non expedire.

19 Aprilis 1844.

FERRARIEN.

Erectionis Monasterii.

Emus Cardinalis Cadolini Archiepiscopus Ferrariensis, datis litteris sub die 26 novembris 1840, huic S. C. exponebat, pium et beneficum virum e civitate Veronae refecisse suis sumptibus vetus monasterium in eadem urbe Ferrariensi, quod sub Gallorum gubernio fuerat alienatum, et modo a possessore sponte cessum. Litteris autem 12 decembris eiusdem anni laudatus Archiepiscopus addebat, praefatas aedes iam integre refectas, eas omnes praeseferre loci commoditates, quae necessariae et utiles existimantur, ut inibi monasterium monialium erigi possit. Animadvertit porro, mentem esse pii Largitoris, ut in illis aedibus Communitas instituatur ex monialibus, quae profiteantur primitivam regulam Carmelitarum discalceatarum iuxta Constitutiones S. Theresiae, ita tamen comparatas ut admittant etiam Adorationem perpetuam Sacri Cordis. Hac absoluta conditione pius Largitor spondet, se congruam addicturum esse monasterio dotationem, quae viginti et amplius monialibus alendis abunde sufficiat.

Quare Emus ille praesul postulabat a S. Sede facultates necessarias et opportunas ad novum huiusmodi Institutum erigendum.

Summi Pontifices sapientissimas ediderunt leges pro erectione monasteriorum; quas inter notissimae sunt quae continentur Constitutionibus Clement. VIII. *Quoniam,* Gregor. XV. *Cum alias,* Urbani VIII. *Romanus Pontifex,* Innocent. X. *Instaurandae Religionis disciplinae,* quam plurimi scriptores etiam ad Monialium Monasteria extendunt iuxta constantem huius S. C. praxim.

Huiusmodi porro leges nonnihil opponi videntur petitae monasterii erectioni tum ob nondum determinatam atque in facto constitutam monasterii dotationem; tum propter approbationem, quae postulatur, Instituti perpetuae Adorationis Sacri Cordis. quam pius fundator vellet accommodari una cum regula Carmelitarum iuxta Constitutiones S. Theresiae.

Etenim quod spectat ad dotationem Gregor. XV in cit. Const. hoc inter alia praescribit: « Monasteria non erigantur nisi saltem duodecim ex redditibus certis substentari valeant ». Utrum pii Largitoris promissa *redditibus certis* aequiparari valeant EE. PP. iudicabunt.

Quod vero attinet ad Institutum perpetuae Adorationis Sacris Cordis cum Instituto Carmelitarum accommodandum, duae difficultates obstare videntur.

Etenim primo Institutum perpetuae Adorationis Sacri Cordis nondum est ab Apostolica Sede approbatum. Licet enim ab ea id fuerit petitum per Episcopum Urbevetanum, Gregorius XVI. s. m. in audientia

diei 18 Augusti 1842 *renuit approbare praefatum monasterium*, quamvis eidem indulserit ut spiritualibus gauderet favoribus, quibus perpetuae Adoratrices SSmi Sacramenti fruuntur. In novis enim Institutis approbandis Apostolica Sedes, magna semper prudentia et circumspectione, pro ecclesiae bono, procedere solet.

Altera autem difficultas ex unione duorum Institutorum oritur. Ab huiusmodi enim unionibus, quibus primitiva forma Institutorum aliquantulum immutatur, raro enascuntur verae spirituales utilitates, quas Ecclesia exoptat, quia saepe utriusque Instituti spiritus perturbatur, quod faciliter contingere posset in praesenti casu. Ideo Apostolica Sedes aliena valde est ab hisce permixtionibus Institutorum. Nuperrimum EE. VV. de hoc exemplum dederunt. Episcopus Cutacensis ab hac S. C. postulavit facultatem erigendi in ea civitate Institutum Adorationis perpetuae SSmi Sacramenti in Monasterio S. Mariae Magdalenae, quod moniales Franciscanae incolunt, illudque aliquatenus immutandi pro hac unione. Primum illud Institutum iam erat ab Apostolica Sede appprobatum; nihil obstabat ex parte monialium, et tamen in comitiis generalibus februarii prox. elaps. an. 1843 proposito dubio « Se e come convenga aderire alla dimanda dell' Ordinario di Catanzaro » responsum fuit: *Non expedire.*

His positis in Congregatione generali habita die 10 Maii 1844 proposito dubio:

Se e come convenga concedere il beneplacito Apostolico per l' erezione del monastero di Ferrara di Carmelitane Scalze combinate coll' Istituto dell' Adorazione perpetua del S. Cuore?

Emi Patres, referente Emo Patrizi, rescripserunt: Affirmative iuxta modum: nempe pro approbatione Monasterii Carmelitarum sub regula dumtaxat S. Theresiae, postquam a Benefactore in forma iuris valida facta fuerit pro dote donatio scut. 14000, et aedes monasterii rite constitutae fuerint: in reliquis non expedire.

Et facta praemissorum relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI. in audientia habita eadem die ab infrascripto Sub-Secretario, S. S. resolutionem S. C. confirmavit et approbavit.

10 Maii 1844.

LUGDUNEN. ET TAURINEN.

Super Congregatione Sororum a S. Ioseph nuncupatarum.

Anno 1650 originem habuit in Galliis, et praecipue in civitate Valesii Congregatio Sororum a S. Ioseph. Constitutiones eiusdem desumptae fuerunt a Constitutionibus Monialium Visitationis, et primarius huius Instituti scopus in eo est, ut eiusdem membra se dedant iuventutis edu-

cationi, nosocomiorum servitio, visitationi carcerum, aliisque pietatis operibus. Regulae typis editae fuerunt praevia plurium Episcoporum approbatione.

Plures domus praefati Instituti nedum in Galliis, sed et in Sabaudia, aliisque Pedemontis provinciis ac etiam Romae extant.

Iam ab anno 1824 supplices fuerunt porrectae preces Apostolicae Sedi pro earumdem Constitutionum approbatione, sed Leo XII. cl. mem. datis litteris sub die 15 februarii 1826 respondebat Episcopo Administratori ecclesiae Lugdunensis, quod Congregatio, cui ipse commiserat relativum examen, « Institutum..... eius inspecta natura, fine, qui est illi » propositus, rebusque consideratis, per quas ad illum contendunt, sen» sit esse laudandum ; ad ipsas autem Constitutiones, quod attinet, ni» hil de illis pronuntiandum putavit, illud etiam prae oculis habens, ut » expectetur, dum experientia ipsa doceat, utrum illae probari omnibus » partibus confirmarique possint, an aliquid habeant corrigendum : quem» admodum etiam de aliis Institutis factum est, quae etiam nunc vi» gent, licet eorum Constitutionibus nondum Sanctae huius Sedis iudi» cio confirmatis (1) ».

Anno 1828 Emus Cardinalis Morozzo una cum quibusdam aliis Episcopis iterum postulavit earumdem Constitutionum approbationem. At S. C. illis se limitibus continuit, ut declararet dumtaxat, Institutum esse pium, utillimum, optabile.

Videtur quod S. C. opportunum non duxerit, huius Instituti Sorores navare operam in nosocomiis virorum, forsitan ob periculum, quod esse potest in contactu masculorum cum foeminis, ac etiam quia praecipiebatur, ut publicam quotidie ecclesiam adirent ad S. Missam audiendam et ad Sanctam Eucharistiam sumendam. Hinc et alia oriebatur causa nempe discedendi quotidie domo, ex quo multiplex offerebatur evagationum occasio.

Verum ob non obtentam explicitam Constitutionum approbationem haud animo exciderunt Instituti Sorores. Quinimo anno 1840 novis Episcoporum commendatitiis litteris suffultae iterum approbationem, quae antiquis erat in votis, enixius postularunt. Varia tamen erant earum optata. Quaedam enim desiderabant quod Antistita generalis universae Congregationi praeesset ; aliae vero primaevis Constitutionibus inhaerentes Antistitam generalem nolebant ; Italae demum Sorores a Gallicis dividi exoptabant.

(1) Hoc prudens Summi Pontificis responsum prae oculis sedulo habendum est cum agitur de novis Institutis, eorumque Constitutionibus approbandis : illud enim respondet praxi huius S. C., quae in re tanti momenti caute admodum, et prudenter procedere solet.

Caeterum Summus Pontifex renuit confirmare Apostolica approbatione Constitutiones, sed sivit dumtaxat disceptari in generali Conventu huius S. C. utrum domus scholarum S. Ioseph in Italia erectae separari debeant a domibus Galliarum, et utrum illis praeficienda sit Antistita generalis.

Scire oportet quod iuxta Constitutiones non extabat officium Antistitae generalis, piaeque domus dioecesanis Episcopis plene subiiciebantur. Ita ut variae huius Congregationis domus, iuxta primitivas constitutiones, non coalescerent in unum corpus uni, eidemque Moderatrici subiectum; sed tantummodo quodam vinculo domus cuiusque dioecesis inter se sociarentur, quatenus Episcopo dioecesano subiiciebantur, qui poterat Sorores de uno ad alium transferre locum, vel etiam extra dioecesim mittere, morem gerens alteri eas petenti Episcopo.

Sed Leo XII. sanc. mem. facultatem dedit Episcopo Administratori ecclesiae Lugdunensis subiiciendi Congregationem Antistitae generali. Id clare eruitur ex citatis pontificis litteris diei 15 Februarii 1826, quibus legitur: « Curas tuas collaturum confidimus in id fore, ut Moderatrix » vulgo Soeur de S. Jean tecum incumbat, quum, pro facta tibi alias a » nobis facultate, eam congregationi universae duxeris praeficiendam. »

Videtur tamen quod huius dispositionis executioni nonnullae ab origine obstiterint difficultates, quae dilutae postea fuerunt.

Verum huiusmodi Leonis XII. dispositio non omnibus placuit Episcopis. Extant reapse conquestus Episcoporum praesertim Annecciensis, Augustani, Tarantasiensis, Camberiensis.

Cupiebant hi Sabaudiae Praelati: 1. quod praefatae Sorores debeant in una quaque dioecesi ab Episcopo dioecesano pendere, exclusa Antistita generali totius Congregationis; 2. quod tamen in unaquaque dioecesi eligatur Superiorissa, quae ab Episcopo dependens gubernet Sorores in dioecesi existentes; 3. quod in qualibet dioecesi, in qua ipsae degunt, extet unica tyrocinii domus, in qua quotannis spiritualia exercitia tradantur pro omnibus Sororibus in dioecesi existentibus.

Ut caute prudenterque in re tanti momenti procederetur visum fuit opportunum audire Archiepiscopos Ianuensem et Taurinensem, ac Episcopos Novarrae, Alexandriae, Pineroli et Cunei ad cognoscendum utrum accederent votis Episcoporum Sabaudiae. Verum hi omnes Episcopi in varias abiere sententias.

Inde multiplex enascebatur quaestio dirimenda. Decernendum enim erat utrum piae domus huius Instituti in Italia sitae separari deberent a domibus Galliarum, et per consequens a dependentia Antistitae generalis Galliae; utrum expediret Moderatricem generalem pro tota Italiae Congregatione statuere; utrum melius foret constituere pro domibus cu-

iuslibet dioecesis unicam Superiorissam, an vero unam pro qualibet pia domo sub dependentia Ordinarii ad normam primitivarum regularum, utrum denique una tantum in qualibet dioecesi esse deberet tyrocinii domus, et an ad eam quotannis convenire deberent sorores singularum, quae in dioecesi extant, domorum, uti inibi exercitia spiritualia peragant.

Unio domorum Italiae domibus Galliarum non in Constitutionibus, sed in dispositione Leonis XII. fundatur. Et haec unio emolumenta simul et difficultates praesefert, quae serio perpendenda erant. Unio domorum Italiae domibus Galliarum et harum Antistitae generali Institutum ipsum honorabilius reddit, eidem plura media, occasionesque praebet sese propagandi, omnique Instituto illum communicat spiritum activitatis et virium, quo Galliae institutiones excitantur, unde longe lateque fructus charitatis et fidei ipsarum opera colliguntur. Neque decorum videretur Italicas domus a Gallicis, a quibus habuerunt originem, et a toto corpore scindi.

Dissimulari nihilominus haud potuit, difficile admodum esse, domus quae inter se discrepant linguae, morumque ratione diu posse in unum corpus coalescere, eidemque Antistitae subesse, praesertim ubi haec ex una tantum natione semper saltem de facto eligatur. Rerum magistra historia plurium institutorum religiosorum vicissitudines edisserens, has difficultates abunde confirmat sive agatur de virorum sive de mulierum institutis. Et ut aliqua in medium afferantur exempla, omittendo cetera, neminem latet, quod Presbyteri Doctrinae Christianae Italiae, vulgo *Dottrinari,* ab eorum Galliarum confratribus separati fuerunt statuendo Vicarium Generalem pro Italiae domibus; idipsum factum fuit pro Fratribus Scholarum Christianarum Pontificiae Ditionis, si praeteriri silentio velit celebris Const. Pii VII, quae incipit *Inter graviores,* qua varii statuuntur Superiores generales pro cisalpinis et transalpinis provinciis.

Quoad Congregationes insuper mulierum, Virgines Anglicanae nuncupatae Bavarii Regni ab aliarum unione recesserunt, et in civitate S. Hippoliti Antistitam generalem habebant. Et ut recentiora quoque commemorentur exempla, Sorores Charitatis Ditionis Austriacae a Consororibus Bisantinis et ab Antistita generali Gallica divisae sunt. Idipsum factum est a sororibus charitatis Galliae Cisalpinae et Venetiarum, quas propriis dumtaxat Episcopis subiicere opus fuit.

Neque hic erit abs re animadvertere, sorores italicas non sine difficultate posse in omnibus adamussim sese accommodare usibus et rigoribus exterarum Sororum; illisque forsitan molestum foret videre propriam Antistitam perpetuo habere residentiam in Galliis, et cogi ad innovandam educationis, ac institutionis rationem, quae in Italia viget, quaeque ipsius moribus magis conformis videtur.

Verum casu, quo conservanda non esset unio, quaerendum foret utrum saltem admittenda sit Antistita generalis pro domibus italicis. Et ut quaestio haec solvatur, recolendum est non deesse antiqua exempla Abatissarum, quae auctoritate pollebant super pluribus monasteriis. Ita an. 1189 in generali Capitulo Monachorum Cistercensium Abbatissa civitatis Burgensis praeposita fuit in Antistitam generalem Abbatissarum regni Castellae et Legionis.

Sed primum forsan exemplum Congregationis mulierum, quae ex instituto haberet Superiorissam generalem, repeti potest ab Iesuitissis fundatis an. 1609 a quadam Maria Warth, quae tamen suppressae fuerunt ab Urbano VIII. Const. *Pastoralis* an. 1630. Statuta deinde fuit Congregatio Virginum Anglicanarum sub Innoc. XIII., confirmata a Clemente XI., et hae habebant Antistitam generalem, quae apud S. Hippolitum Germaniae civitatem residebat, sed brevi Congregatio divisa fuit atque alia statuta fuit Antistita generalis pro piis domibus Bavariae.

Enatis lapsu temporis dubiis super auctoritate, qua fruebantur hae generales Antistitae praesertim relate ad Episcopos Benedict. XIV. Const. *Quamvis iusto* §. 19 et 20 eam cohibuit « ad terminos acconomicae cu» iusdam providentiae, nec nisi, cum perpetua dependentia ab ordi» naria Episcoporum auctoritate exercendae ».

Cursu temporum multiplicata sunt Instituta, quae Moderatrices generales habent. In Italia tamen minus frequens erat hic usus generalium Antistitum.

Et hic aliud oriebatur dubium an institutio Antistitae generalis *in concreto*, ut aiunt, utilis sit et expediens.

Dubitare nemo potest, officium Antistitae generalis eo spectare ut servet unitatem Instituti, eiusdemque bonum promoveat uniformiter, et efficacius ob unitatem directionis et maiorem mediorum copiam.

Ex alia vero parte Episcoporum influentia minuitur, et aperitur aditus offensionibus eos inter et Instituti sorores. Antistita generalis sibimet omnino relicta, nequit semper ea pollere prudentia et maturitate consilii, quae Instituto regendo prorsus necessaria est: facile autem potest eludere Episcopos, eisque contradicere. Quod si particularia munia Episcopo tribuantur illius dioecesis, in qua domus Congregationis princeps sita est, datur locus reclamationibus aliorum Episcoporum, qui vel aegre ferunt influentiam Superioris extranei. In aliquo Instituto Cardinalis Protector constitutus est aliquibus facultatibus praeditus, praesertim ad removendam vel eligendam Antistitam generalem, ad erigendas vel dimittendas domus, et ad excipiendas reclamationes adversus Congregationis regimen. At etiam hae limitibus circumscriptae facultates non placuerunt aliquibus Episcopis; et quandoque pares non fuerunt ad per-

turbationes evitandas. Hinc quaestiones exortae super erectione domorum, quae matrices nuncupantur, et super relationibus Episcoporum cum moderatricibus generalibus, et cum domibus in eorum dioecesibus existentibus. Et ideo in praesentiarum problematica quibusdam visa est utilitas institutionis Antistitarum generalium.

Quod si EE. PP. mallent instituere Antistitam generalem italicam, opus erit omnino statuere locum domus matricis; ac insuper decernere utrum relationes Antistitae generalis cum Episcopis statuendae sint ad formam cit. Const. *Quamvis iusto* Benedicti XIV. Immo huiusmodi relationes statuendae forent etiam casu, quo domus italicae manere deberent coniunctae cum Gallicis et subiectae Antistitae domorum Galliarum.

Si EE. PP. magis expedire iudicaverint separare pias domus existentes in ditionibus Italicis a domibus Galliarum, et pro Italicis domibus non esse instituendam Antistitam generalem, iudicabunt etiam an admittendae sint, praeter locales, etiam dioecesanae moderatrices uti postulant Episcopi Sabaudiae. Talis institutio secum non affert collisionum pericula; sed nova videtur, et primitivis Constitutionibus ignota.

Petitio demum Episcoporum quoad unicam tyrocinii domum in qualibet dioecesi constituendam, consentanea videtur ipsis Constitutionibus Instituti, ut patet ex earumdem cap. 3. Ex alia vero parte prae oculis habendae sunt quorumdam Episcoporum animadversiones, qui vident in praxi difficultatem constituendi plures tyrocinii domus defectu personarum quae illis utiliter praesint. Omnes vero Episcopi conveniunt in agnoscenda utilitate spiritualium exercitiorum, sed discrepant quoad locum.

Quibus omnibus praenotatis in Congregatione generali diei 9 Augusti 1844 haec dubia proposita fuerunt:

1. Se, e come convenga separare le Case delle Suore di S. Giuseppe esistenti negli Stati d'Italia da quelle di Francia, e sottrarle dall'autorità della Superiora generale francese?

Et quatenus affirmative

2. Se, e come per le Case suddette d'Italia si debba stabilire una Superiora generale, o piuttosto una Superiora in ciascuna diocesi; o lasciare le sole Superiore locali a forma delle Costituzioni?

3. Se costituendosi una Superiora generale quale debba essere la casa di sua residenza, e quali i rapporti e le dipendenze con i rispettivi Vescovi?

4. Se e come si debba stabilire una sola casa di Noviziato in ciascuna Diocesi?

5. Se come si debbano stabilire gli annuali esercizi spirituali per tutte le Suore esistenti in ciascuna Diocesi?

Emi Patres, referente Emo Patrizi, rescripserunt: Dilata, et au-

diantur Sorores capitulariter per secreta suffragia in singulis domibus ab Ordinariis locorum (1).

9 Augusti 1844.

ALBANEN.

Venditionis.

Capitulum Neptunense non mediocres sumptus sustinuerat, et sustinere adhuc metuebat ob quasdam lites, quae inter ipsum versabantur, et Excellentissimum Principem Burghesium, qui ius pascendi in bonis capitularibus propugnabat. Bona Capitularia aestimabantur pretio scut. 24755. 15. et redditus inde proveniens nullis oneribus expurgatus in summa scut. septingentorum octoginta circiter.

Ut igitur gravìora damna vitarentur, et amica compositione sopirentur, Capitulum Excellentissimo Principi proposuit, ut vel bona Capitularia in emphyteusim caperet annuo canone scut. 1000 vel Censum cum annuo fructu scut. 1080 favore Capituli non numerata pecunia constitueret, quin tamen ipse censum redimere posset, nisi Capitulum fundos in promptu haberet, super quibus pretium investire valeret.

Cum laudatus Princeps censum sibi elegisset, Capitulum ad S. C. Ep. et Reg. rem detulit et ab ea expostulavit, ut necesarias facultates ad hoc impertiret, simulque Principem a conditione numeratae solvendae pecuniae liberaret.

Emus Ordinarius de more rogatus animadvertebat: 1. pensionem a Principe exsolvendam multo minorem esse naturali bonorum Capitularium proventu, hanc vero omnibus oneribus et curis administrationis liberam. 2. Hac ratione finem imponi litibus, quae tam ex omnium litium natura quam ex peculiaribus harum, de quibus agebatur, circumstantiis exitum dubium et periculosum praeseferebant.

At vero e contra insurrexerunt Municipes Neptunenses, demonstrantes populo Neptuni maxime interesse, ne huiusmodi tractatus concluderetur. Cum enim territorium Neptuni ex maxima parte Principis proprietatem constitueret, si bona capitularia addita fuissent, nihil aut parum superesset, quo popularis industria exerceretur. Quinimo subiiciebant, hunc contractum maximo fore damno ac periculo ipsis Capituli Canonicis. Nam primo ex conditione Principi oblata, bona in Censum concedenda pro qualibet mensura vulgo *Rubbio* fructum darent scut. 2. 87. At vero antea eadem bona in emphyteusim concessa fructum scut. 5 progignere consueverant. Quod si hisce temporibus fructum fortasse minorem reddidis-

(1) Vide definitivam resolutionem inferius in consultatione diei 13 Iulii 1845.

sent, hoc incommodum improvidae incuriosaeque administrationi imputabant. Deinde vero nonne periculosum admodum foret, omne Capituli patrimonium contra constantem huius S. C. morem (1) in unius privatae familiae fortuna collocare, cum praesertim conditio census non redimendi nisi ad Capituli commodum facile per dispensationem deleri valeat?

Itaque proposita Causa in generali Conventu diei 30 Augusti 1844 ad Dubium « Se e come convenga approvare il contratto di vendita e » Censo proposto dal Capitolo di Nettuno; non che implorare da S. S. le » opportune deroghe per quei patti del medesimo, che si opporrebbero alla » prescrizione della Bolla Piana? »

Emi PP. rescripserunt: *Negative in omnibus.*

30 Augusti 1844.

QUOAD SEMINARIA SARDINIAE

Illustre, e Rmo Monsig. come Fratello.

Con lettera circolare di questa Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari del giorno 2 Ottob. 1842 la Santità di Nostro Signore fece emanare alcune disposizioni per i Seminarii della Sardegna, in alcuni de' quali si erano introdotti degli abusi, che dai respettivi Vescovi non si erano potuti togliere.

Ma le prescritte salutari disposizioni nella maggior parte de' Seminarî sono rimaste senza effetto, e si suppone, che la circolare medesima non sia stata in alcuni luoghi comunicata officialmente ai Capitoli, ed ai Superiori dei Seminarî.

Esigendo il bene dei Seminarî di cotesta Isola, che le Pontificie prescrizioni siano pienamente eseguite, questa Sagra Congregazione richiama lo zelo di V. S. affinchè voglia usare tutti i mezzi per la sollecita, e piena esecuzione. Farà perciò conoscere ne' debiti modi al suo Capitolo, ed ai Superiori di cotesto Seminario l'accennata circolare, di cui se ne trasmette altra copia, non che la decisa mente della S. Sede, la quale ne esige il totale adempimento.

La S. C. è persuasa dell'impegno di V. S. di corrispondere alle mire della S. Sede e di provvedere efficacemente al bene del suo Seminario, e spera, che il Capitolo ancora penetrato della necessità di migliorare il Seminario non solo non farà opposizione alcuna, ma non ometterà di cooperare ad un'opera tanto salutare, e di coadiuvare V. S. nell'adempimento di una delle principali obbligazioni del suo pastorale ministero.

(1) S. C. non solet approbare locorum piorum conctractus, quibus integrum patrimonium per emphyteusim vel census constitutionem alienatur.

Si compiacerà V. S. di rendere informata questa S. C. di quanto avrà operato sull'oggetto, ed io le auguro dal Signore ogni prosperità.

Di V. S.

Roma 16 Settembre 1844.

Come fratello

Illuste e Rmo Monsig. come Fratello.

La educazione ecclesiastica e scientifica dei giovani, che debbonsi ammettere nel Clero, e consacrarsi al servizio del Signore, è stata mai sempre con indefessa cura promossa nella Chiesa per formare atti, ed idonei Ministri del Santuario, i quali forniti di scienza, e ricchi di virtù possano colla dottrina, colla prudenza, e colla santità della vita essere di edificazione, e di utilità al popolo cristiano nell'esercizio del sagro ministero.

Al conseguimento di questo fine è stata riconosciuta come mezzo più sicuro ed efficace la istituzione dei Seminarî, perchè nei medesimi i giovani fin dalla loro tenera età allontanati dai mondani piaceri, ai quali sarebbero proclivi, si formano alla pietà, alla religione, ed alla disciplina ecclesiastica. E per tal motivo i Padri del Tridentino Concilio hanno prescritta la erezione dei Seminarî, e la disciplina da osservarsi nei medesimi, senza la quale quei sagri luoghi lungi dall'essere semenzai di piante elette pel Santuario, diverrebbero riunioni non solo inutili, ma benanche dannose di giovani indisciplinati.

Quindi è che la S. Sede Apostolica ha sempre invigilato tanto per la erezione dei Seminarî, quanto per l'osservanza dei disciplinari regolamenti. Ed essendosi pertanto riferito a questa Sagra Congregazione dei Vescovi e Regolari, che in alcuni Seminarî di cotesta Isola di Sardegna si sono introdotti degli abusi, e che i medesimi non si sono potuti togliere dai rispettivi Vescovi, la stessa S. Congregazione dopo avere verificato l'esposto, e conosciuti i rimedî da prendersi, ne ha fatta relazione al S. Padre, il quale sollecito sempre di accorrere colla sua autorità ove il bisogno de' fedeli lo chiama, ha commesso alla stessa Sagra Congregazione di emanare per i Seminarî della Sardegna le seguenti disposizioni:

1. Si ammettano nei Seminarî sia come Alunni, sia come Convittori quei giovanetti soltanto, che abbiano almeno anni dodici; che sappiano leggere, e scrivere; che siano nati di legittimo matrimonio, di buona condotta, e di tale indole, e volontà da potersi sperare, che dessi vogliano in realtà proseguire nella carriera ecclesiastica.

2. Si debba diligentemente invigilare sulla condotta dei giovani am-

messi, sulla frequenza de' Sagramenti, e sulle altre opere di pietà secondo le prescrizioni del Tridentino *sess. 23. de reform. cap. XVIII.*; non che rapporto al profitto nello studio; e con imparzialità si puniscano i colpevoli, e si proceda ancora senza eccezione di persone alla espulsione degl' incorregibili specialmente se siano causa di mal costume.

3. Si proibisce, che i Chierici del Seminario, e le altre persone addette al medesimo, si prestino in servigio de' particolari di qualunque grado, e che il locale si faccia servire ad uso degli estranei.

4. È assolutamente vietato, che i Seminaristi prestino assistenza alla Cattedrale, o ad altre Chiese nei giorni feriali eccettuati i primi Vesperi delle solennità, in cui dovrebbe il Vescovo fare i Pontificali. Assisteranno peraltro nei giorni festivi alle sole funzioni solenni del Coro.

5. I Chierici Seminaristi nell'assumere gli uffizi da prestarsi nel Coro dipenderanno unicamente dai Superiori del Seminario, ed a questi esclusivamente spetterà di mandare i Seminaristi, che crederanno, oltre quelli che sono necessari, al servigio del Coro medesimo.

6. I Chierici Seminaristi dovranno avere un conveniente posto nel Coro, in cui quando non siano occupati nel loro particolare ministero, siedano, uniformandosi però come si conviene al rimanente del Coro.

7. I Vescovi dovranno richiamare in osservanza quanto hanno prescritto i Padri del Tridentino, ed i Romani Pontefici pel retto andamento e regolamento de' Seminari, per la educazione ecclesiastica dei giovani, per gli esercizi di pietà, per gli studi, e per l'amministrazione delle rendite del Seminario.

V. S. pertanto sopra le accennate basi formerà un regolamento pel suo Seminario col respettivo piano degli Studi.

Il S. Padre non dubita, ch' Ella animata da vero zelo, e sull' esempio di tanti Vescovi voglia adoperare ogni sua cura per la esecuzione di quanto è stato prescritto; spera, che i Capitoli si uniformeranno di buon grado alle disposizioni della S. Sede, e confida, che i Superiori dei Seminari memori delle loro obbligazioni vorranno corrispondere colla loro assidua opera ad un oggetto di tanto momento, dovendo essere tutti ben persuasi, che *Seminariorum institutionem, conservationem, et promotionem in Ecclesia Dei summe fructuosam, qua Clericalis militiae propagatur ordo et progressio, tantopere necessariam esse constat, ut stare ecclesiastica disciplina sine illorum subsidio, et adminiculo vix possit (Conc. Provin. Aquileiae 1569).*

Tanto doveva significare a V. S. e le prego da Dio prosperità.

Di V. S.

Roma li 2 Ottobre 1842.

Come Fratello

TEATINA

Visitationis.

In Archiepiscopali civitate Teates extat coenobium Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, quorum in Ecclesia erectum invenitur Sacellum sub invocatione Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, in quo pietatis officia persolvit Confraternitas, quae eodem Immaculatae Conceptionis titulo decoratur.

Anno proxime elapso 1843 Minister Generalis Ordinis Minor. Convent. exposuit huic S. C., Archiepiscopum Teatinum die 28 Decembris 1842 denunciasse P. Guardiano praedicti Coenobii, se statuisse S. Visitationem peragere in praefato Sacello, licet ab eodem coenobii moderatore subiectae fuerint eidem Archipraesuli observationes ad demonstrandum, ipsum habere ius Visitationis quoad administrationem dumtaxat Confraternitatis, non vero quoad Sacellum iuxta normam Constitutionum Ordinis. Exposuit insuper, eumdem P. Guardianum suo bono iure confisum, cum nullum aliud ei praesto esset illius defendendi medium, claussisse ipsius Sacelli cancellos; et consequenter Archiepiscopum ex parte sua interdixisse per Archidiaconum Confraternitati sacras omnes functiones; nec non a confessionibus audiendis, et ab officio patris spiritualis exercendo eiusdem Confraternitatis suspendisse quemcumque ex Fratribus Minor. Conventualium ad id ab se approbatum. Addidit P. Minister Generalis, inutilem hucusque fuisse quamcumque huius negotii amicabilem tractationem; et ideo S. C. officium implorabat ad litem dirimendam.

Ab hac S. C. requisitus super expositis Archiepiscopus Teatinus, respondit litteris diei 1 Maii 1843. Hisce litteris refellit per summa capita supplicis libelli asserta praefati P. Ministri Generalis, exponens, se neque finibus secundariis neque malo aut averso animo in Fratres Conventuales fuisse ductum, sed ad sua episcopalia iura defendenda indixisse visitationem aediculae, in qua erecta invenitur Confraternitas laicalis; in defectu autem aliorum mediorum, quae efficacia forent, interdictum emisisse. Una cum his litteris idem Archiepiscopus transmisit restrictum facti et iuris ad ius suum demonstrandum.

Contendit in facto, Sacellum immaculatae Conceptionis absolute et exclusive ad sodalitatem pertinere. Haec enim constituta fuit anno 1810, ut curam gereret pauperum carceribus detentorum, eique tota illa ecclesia cessa fuit, quae non amplius erat apud Fratres Conventuales utpote suppressos.

Profert insuper, quod a SS. Canonibus absonum est, duo Regis decreta dierum 3 Maii et 6 Novembris 1816, quibus pia illa Sodalitas de-

clarata legitima, et ecclesiae concessio eidem facta, confirmata fuit. Sed illi etiam coenobio restitutis Fratribus Conventualibus, Sodalitium continuo suppeditavit ceram, hostiam, vinum pro Sacello Immaculatae Conceptionis, et inibi exclusive solemniora celebravit officia.

Haec in facto: in iure autem suum ius tuetur in medium afferens doctrinam tum Cardinalis De Luca (Disc. 10 de praeeminent.), tum Bened. XIV (De Syn. Dioeces. c. ult. n. 6). Plures insuper Decisiones affert huius S. Cong. et Concilii, *Nucerinam* praesertim, qua statutum fuit: *Confraternitates in Ecclesiis Regularium subesse visitationi et iurisdictioni Episcoporum, nec non illarum Cappellas in iisdem Ecclesiis erectas* (S. C. Concilii in Nucerina Paganorum 23 Iunii 1629). Caeterae decisiones, quae iura Episcoporum confirmant super Sodalitatibus in Ecclesiis Regularium erectis, recentiores quidem sunt, sed praedictae *Nucerinae* simillimae.

Quoad Constitutiones Urbani VIII. a PP. Conventualibus allatas, respondet, eas loqui de Confraternitatum erectione, easque non fuisse explicatas nisi an. 1823 a Pio VII.; piam vero Sodalitatem iam legitime extitisse a tresdecim annis, ita ut nullam valeant contra ius suum difficultatem facessere. Et dato etiam, praefatas Constitutiones habuisse robur ante annum 1823, nihil concludunt, ait idem Archiepiscopus, in praesenti quaestione. In ipsis enim sermo est de facto, quod locum habeat sodalitates inter et Fratres in actu erectionis illarum. Atqui ann. 1810, quo Confraternitas fuit erecta, Fratres non extabant.

Ad suam thesim ex iure confirmandam laudatus Antistes exponit scopum ad quem fuit erecta sodalitas, et regulas decreto approbatas an. 1826. Commemorat insuper quaedam alia Regis decreta, et praesertim illud quod die 27 Ianuarii 1827 emissum fuit, quo Episcopi statuti fuerunt *Superiori e Visitatori di tutte le Confraternite delle loro rispettive diocesi;* quae quidem illegitima decreta meliori consilio Archiepiscopus praeterire poterat.

Haec rationum momenta tum ex facto tum ex iure deducta ab Archiepiscopo Teatino communicata fuerunt ab hac S. C. P. Ministro Generali Minorum Conventualium. Unde hic etiam protulit huic S. O. rationes, quae facto et iuri, uti ait, nituntur.

Ad factum quod attinet statuit, altare et Sacellum, de quo quaestio, esse absolutae proprietatis Minorum Conventualium Teates. Deinde addit, *quod* an. 1809, quo accidit generalis coenobiorum suppressio quidam *Exfrater* instituit hoc pium Sodalitium, ut festum Immaculatae Conceptionis celebraret; *quod* quamvis Fratres Conventuales eorum coenobio restituti siverint piae huius unionis continuationem, et quamvis an. 1826 a Neapolitano Gubernio et Archiepiscopo approbatae fuerint quaedam pietatis

regulae pro eiusdem Sodalitii Confratribus; nihilominus Ordo PP. Conventualium nullam eis sanctionem apposuit; *quod* denique Archiepiscopus multa gesserit praecipitatione iudicii; et auctoritate ordinaria visitare voluit Cappellam Conceptionis existentem in Ecclesia PP Conventualium.

In iure autem haec habet:

1. Archiepiscopo ius non esse visitandi praefatum Sacellum administrationis ratione, quia Sodalitas nullos habet redditus, nihilque pecuniae impendit sive pro altari sive pro cultu; ita ut visitatio pastoralis et caret obiecto circa quod versetur, et legibus canonicis opponitur.

2. Privilegium visitandi Cappellas et Oratoria Confraternitatum in ecclesiis Minorum Conventualium erectarum exclusive pertinere ad Superiores Ordinis vi Constitutionum approbatarum et confirmatarum ab Urbano VIII., in quibus (c. 3. Tit. 5.) legitur: *De Confraternitatibus: ius visitandi Cappellas, Altaria, Oratoria, nec non alia quaecumque iis adiuncta ad exteros non transferatur, sed apud nostros Fratres integrum perseveret.*

3. Leges civiles Regni Siciliarum inhibere quominus Ordinarii quomodolibet se ingerant in piarum Sodalitatum administratione.

4. Concludit autem, praetensae visitationis scopum haud esse zelum domus Dei eiusque cultus, sed iactantiam et amorem proprium; quarum tamen assertionum non aliam exhibet rationem, nisi quod Confraternitas Teates pietate fervens extiterit 30 annorum spatio absque Archiepiscopi visitatione, dum in praesenti inertia tabescit eiusdem Antistitis qui eidem sacras interdixit functiones.

Ab examine porro et iudicio quod EE. PP. proferent quoad rationum pondus ex utraque parte prolatarum, prono veluti alveo fluet quid decernendum sit de interdicto, utrum nempe iustum vel iniustum fuerit; ideoque utrum revocandum vel retinendum sit.

Quibus praeiactis in Congregatione generali habita die 20 Septembris fuerunt proposita sequentia dubia:

1. Se e come possa Mons. Arcivescovo di Chieti visitare la Cappella di Maria SSma sotto il titolo della Concezione esistente nella Chiesa de' frati Minori Conventuali di quella città nel caso?

2. Se vi sia luogo a revocare il decreto d'interdetto emanato da Monsig. Arcivescovo di Chieti nel caso?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt: Ad 1. et 2. dilata, et adducantur probationes ad demonstrandum cuinam spectet actuale onus manutentionis Cappellae, de qua agitur, et iterum referatur; et scribatur secreto Archiepiscopo ad mentem: men est: che in seguito della dilazione decretata dovendo passare del tempo prima di potersi riproporre

la causa, la S. C. ha creduto espediente, che V. S. tolga l'interdetto, e la sospensione.

20 Septembris 1844.

MAURIANEN.

Cessionis iuris patronatus.

Episcopum Maurianensis an. 1842 Sacratissimo Principi per hanc S. C. haec exposuit: Michael Pera elapso saeculo, tribus dispositionibus vim testamentariam habentibus, Villaronis, parocciae Bassani, Cappellaniam mere laicalem fundavit eiusque iuspatronatus propriae familiae tribuit, eaque extincta, patribusfamilias Villaronis. Actualis porro patrona Maria Rosa Pera, ad removenda quaedam incommoda, quae ex huiusmodi dispositione oriri possent, a viro suo facultate obtenta, die 21 Septembris 1842, declaravit, se velle cedere in perpetuum, etiam nomine suorum successorum, praefatum iuspatronatus Ordinario Maurianensi, sub conditione tamen, ut de eiusdem Cappellaniae bonis ei donentur duo millia libellarum.

Eidem Antistiti per hanc S. C. remissus fuit supplex libellus *pro informatione et voto, qui audiat omnes interesse habentes, et deputet idoneam personam in defensorem futurorum vocatorum in iurepatronatus, eiusque votum transmittat, ac referat in specie de valore fundorum cappellaniae, deque oneribus infixis, ac de statu oeconomico patronae.*

Quibus S. C. mandatis morem gerens Episcopus transmisit elenchum redituum et onerum Cappellaniae, testimonium paupertatis actualis patronae, actum consensus a tribus patronae filiis, et a tribus patribusfamilias Villaronis emissi, sex aliis patribusfamilias propriam proferre opinionem renuentibus, et denique votum defensoris futurorum vocatorum. Ipse autem iterum enixis precibus postulat facultatem ad praedictam acceptandam cessionem ut in casu.

Ius commune non impedit quominus iuspatronatus transferri queat; et variis quidem modis, quos inter adnumerantur cessio et donatio. (Gloss. in Cap. *piae mentis* 26. Caus. 16, q. 7 in Cap. *cum saecul.* 43. de iurepatr.). Nequit tamen iuspatronatus in contractum deduci quia *est quid spirituali adnexum, pretio per se non aestimabile, ideoque in contractum non deducibile absque simonia* (Giraldi *Jus Pontif.* ad L. 3. Decr. C. *Quia Clerici*).

Factum in specie non praesefert contractum, in quo pretium interveniat. Pecuniae summa, quae a patrona postulatur tamquam conditio

cessionis, considerari potest uti subsidium quod patrona recipit *bonis fortunae destituta,* ut refert Episcopus; quaeque ad bonum publicum ius suum Ordinario renuntiat.

Ecclesia, benigna mater, patrono pauperi succurrere semper consuevit. Concilium Toletanum IV. can. 37. expresse iubet, *ut patroni eorumque filii ab Ecclesia suffragium vitae pro temporis usu recipiant.* Neque ad id requiritur paupertas extrema, sed sufficit relativa (S. C. Concilii; Asculana *Dispensat.* 20 Maii 1786; Aquen. *Cappellan.* 3. Febr. 1787).

Ceterum si in casu admittatur violatio mentis pii fundatoris, EE. PP. iudicabunt utrum ratio ab Episcopo allata ad cessionem peragendam, periculum nempe electionis ad cappellaniam iuvenis clerici vel parum idonei vel nondum probatae virtutis, spectari possit uti ratio iusta et necessaria qualis requiritur a Tridentina Synodo (Sess. 22. c. 6. de Ref.).

Quoad sex patresfamilias, qui renuerunt assensum praestare cessioni, animadvertendum est cum defensore futurorum vocatorum, ius eorum esse eventuale, et vix aut ne vix quidem eo unquam poterunt gaudere.

Porro circa huiusmodi ius patrumfamilias familiae Pera substitutorum, observandum est, quod licet Papa non deroget iuri certo, derogare tamen solet iuri eventuali, si iusta causa concurrat (Card. De Luca de Iurepatr. disc. 47. n. 7, 11).

Abs re demum non erit memoriae revocare causam Mutinen. *super cessione iurispatronatus* resolutam ab hac S. C. 13 Ianuarii 1843. In ea, dubiis: « 1. Se e come convenga permettere la cessione o rinunzia del » giuspatronato nel caso? *Et quatenus affirmative,* 2. Se e come si possa » permettere una qualche sovvenzione in favore del Patrono? » S. C. respondit: « Ad 1. Supplicandum SSmo pro cessione iurispatronatus tam » activi, quam passivi favore Episcopi Mutinensis pro tempore, ab Ora» tore, eiusque filiis in forma iuris valida emittenda, servatis servandis, » et accedente consensu Capituli, statuta congrua dote, et adimpletis one» ribus iuxta fundationem; Ad 2. Affirmative iuxta votum Episcopi, fa» cto verbo cum SSmo ». Quam resolutionem Summus Pontifex approbavit.

His praemissis in Congregatione generali habita die 22 Novembris 1844 propositum fuit dubium:

Se e con quali condizioni convenga approvare la implorata cessione del gius patronato nel caso?

Emi Patres, referente Emo Ferretti, rescripserunt: Affirmative, persoluta favore Patronae pauperis, titulo subsidii, summa lib. 1000 tantum.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI. in audientia habita eadem die, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et ne-

cessarias ac opportunas facultates Episcopo impertita est pro eiusdem resolutionis executione. Contrariis etc.

22 Novembris 1844.

VERONEN.

Indulti pro Monialibus recipiendi donationes et legata
– Disponendi et administrandi –
Et monasticae dotis recipiendae ante professionem religiosam.

Anno 1843, Theodora Campostrini fundatrix et Antistita Instituti Sororum Minimarum Charitatis Mariae Perdolentis Veronae erecti, et approbati, in quo vota simplicia emittuntur, tres supplices libellos huic S. C. porrexit.

In uno exposuit « che attese le leggi Austriache, a cui è soggetto » il Regno Lombardo-Veneto, se l'Istituto accettasse le donazioni fatte » a qualcheduna delle Religiose *inter vivos* o *causa mortis*, o per titolo » di eredità o di legato, si esporrebbe l'Istituto medesimo a difficoltà » di pendenze e pericoli. Ora ad evitare tutto ciò implora dalla S. Sede, » che ciascuna Religiosa, in favor di cui si faccia una tal donazione, possa » fare accettare in suo nome, ed amministrare la cosa donata dalla Su» periora pro tempore sempre però a vantaggio dell'Istituto medesimo, » eccettuato il solo caso di soppressione, in cui possa disporre la Re» ligiosa medesima in favore delle Consorelle bisognose, o in altro uso » pio. »

Episcopus Veronensis huic petitioni favebat.

In altero exponebat « che prima di fare la sua professione fece te» stamento di tutti i suoi beni sì mobili che stabili, azioni, crediti e » diritti, che allora le spettavano, ed in qualunque modo spettar le po» tessero, tutto inchiuso e niente eccettuato, disponendo a favore del me» desimo Istituto ». Addebat autem se eodem testamento variis consuluisse eiusdem Instituti vicibus, casibusque, et ideo penes se bonorum administrationem retinuisse. Modo tamen, ut sibi consulat ratione professionis a se emissae, postulat facultatem donandi sua bona Antistitae protempore; et cum ipsa in praesenti Moderatricis officio fungatur, facultatem petit, qua valeat hanc donationem facere « ad una Consorella di sua » elezione, approvata dall'Ordinario Diocesano, con alcune condizioni di» rette alla buona amministrazione, al buon uso, ed all'assicurazione » dei beni medesimi, con facoltà anche di modificare ciò che ha fatto nel » sopra accennato testamento, ed amministrando intanto ella stessa nella » qualità di attuale Superiora ».

Et alterae huic petitioni favebat Episcopus Veronensis.

Apostolica Sedes has facultates aliquando ob speciales circumstantias concessit. Ita pro Galliis post politicas vicissitudines indulsit: « Monialibus iam solemniter professis, ut bona, quae ad ipsas spectant, vel » pervenire successionis alioque legitimo titulo possunt, recipere, retinere, » administrare, deque iis contractus inire, atque in pios honestosque » usus per actus inter vivos sive causa mortis disponere valeant, non » obstante paupertatis voto, dummodo cum debita a superioribus legitimis dependentia haec faciant.-»

In tertio demum libello eadem praefati Instituti fundatrix exponit quod, iuxta regulas eiusdem Instituti, octo anni percurrere debent Tyrocinium inter et Probandatum antequam Sorores vota emittant. Ideo postulat ut eidem Instituto facultas fiat in perpetuum, qua iuvenum dotes percipere valeat antequam eaedem professionem emittant; et quoad praeteritum opportuna sanatione occurratur. Spondet autem oratrix Instituti nomine, omnem pecuniae summam, quae in posterum sub hoc titulo percipietur, scrupulose investitum iri favore monasterii, eamdemque restitutum iri cui de iure, casu quo aliqua ex alumnis e monasterio recederet antequam professionem emitteret. Hanc facultatem postulat oratrix, quia « o per la mutazione di volontà dei costituenti la dote, o per la di loro » morte riuscirebbe forse più difficile di percepire il convenuto ».

Laudatus Veronensis Episcopus expositorum veritatem confirmabat harum quoque precum, et suum addebat votum ut huic etiam praedictae oratricis petitioni satisfieret.

Quamvis autem S. C. decretis consultum sane fuerit incommodis ab oratrice quoad dotes expositis, ope depositi (Negri: *De Monialibus,* circa earum obligat. et privileg. P. 1. c. 2. §. V. quaest. 12.), nihilominus EE. PP. iudicabunt an in casu expediat ut excipiantur preces. (1)

Quare in Congregatione generali diei 20 Decemb. 1844 haec dubia proposita fuerunt:

1. Se e con quali condizioni convenga annuire, che le Religiose dell'Istituto di Verona sotto il titolo *delle Sorelle Minime della Carità di Maria Addolorata,* a cui si facciano donazioni, lascite ereditarie o legati, possano farle accettare in loro nome, ed amministrare dalla Superiora *pro tempore*?

2. Se e come convenga permettere che l'attuale Superiora del sud-

(1) S. Concilium Tridentinum Sess. XXV. de Reg. et Monial. cap. 16. statuit: *neque ante professionem, excepto victu et vestitu, novitii, vel novitiae illius temporis, quo in probatione est, quocumque praetextu, a parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius, monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat.*

detto Istituto di Verona possa fare donazione di quanto già dispose con testamento prima della professione Religiosa?

Et quatenus affirmative.

3. A favore di chi, e con quali condizioni, e cautele debba farsi, ed accettarsi simile donazione, ed a chi debba spettarne l'amministrazione?

4. Se e con quali condizioni convenga abilitare il lodato Monastero di Verona a ricevere la dote monastica delle aspiranti prima della loro professione, quando le rispettive famiglie amano di pagarla prima, che trascorrano gli otto anni di Noviziato, e condonare le irregolarità, che possono essere state commesse su questo punto in passato?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

Ad 1. cum agatur de votis simplicibus, Affirmative.

Ad 2. et 3. arbitrio et conscientiae Episcopi iuxta resolutionem ad primum.

Ad 4. Affirmative iuxta votum Episcopi, cauto tamen in forma iuris valida de restituenda Dote, in casu non secutae professionis.

20 Decembris 1844.

ROMANA

Praelationis in emphyteusis contractu.

Capitulum S. Mariae Reginae Coeli de Urbe tertium ordinem (piano) cuiusdam domus in Urbe possidebat, quem Augustino Vallati pluribus abhinc annis locaverat. Cum illum in emphyteusim concedere disposuerit, edicta ad oblationes recipiendas affigi mandavit. Augustinus Vallati annuum canonem scut. 180, et Benignus Tignani canonem annuum scut. 220 obtulit. Cum autem Vallati vellet oblationem usque ad scut. 220 augere, Emus Urbis Vicarius edixit procedi ad novam edictorum affixionem supra canonem scut. 220. Quo facto Vallati summam scut. 225, Tignani summam scut. 260, et Lopez Celli summam scut. 280 respective obtulerunt. Lopez in iudicio institit, et obtinuit, ut a data oblatione eximeretur. Hinc Capitulum oblationem Tignani acceptavit eo vel magis quod ille spondebat pro una vice persolvere summam scut. 315 in solutionem crediti, quod Vallati ob reparationes in dicta domo peractas praetendebat. Habito a S. C. Apostolico beneplacito edicta affixa fuere pro vigesima, et sexta. Cum nullus oblator comparuerit Capitulum in eo erat, ut stipulationem contractus cum Tignani perficeret. Verum Fratres Augustinus, et Petrus Vallati biduo post expirationem termini pro vigesima, et sexta per intimationem tam Capitulo, quam Tignani denunciarunt se ut-

pote Inquilinos velle uti iure praelationis, nam praelatio eis a Capitulo in syngrapha locationis concessa fuerat, eisque etiam spectare autumabant vi Constit. Gregorii XIII. incipien. *Quae publice utilia.*

Rogatus Emus Urbis Vicarius, ut auditis partibus votum suum panderet, emphyteusim fratribus Vallati concedendam esse existimabat. Nam, inquiebat cum emphyteusis instrumentum confectum minime sit, Capitulum nullam cum Tignani obligationem contraxit, nec obstat eius maior oblatio quia Vallati eam acceptant. Licet, prosequebatur, praelatio Vallati non competat ratione pacti, quia in syngrapha locationis haec tantum verba leguntur: « In fine..... il Capitolo promette al Sig. Vallati conduttore di averlo in considerazione nel nuovo affitto a preferenza di qualunque altro, » tamen eam ex Const. Gregorii XIII exigere potest, quamvis enim in dicta Constitutione de *venditione* tantum mentio fiat, tamen ad emphyteusim quoque praelatio extendi potest nam emphyteusis est vera alienatio et idem est pro venditione, et pro emphyteusi finis intentus a Pontifice idest iuxta Corradino *de praelatione quaest. 33.* ne Inquilinorum, eorumque familiarum tranquillitas turbetur. Nec iuri praelationis Vallati aliquid detractum iudicabat ob oblationem ab eo datam, quia oblatio praeiudicat praelationi in venditionibus iudicialibus tantum, quae per licitationem fiunt.

At Tignani contendebat constitutionem Gregorii XIII litteraliter intelligendam esse, cum agatur *in odiosis;* quod confirmabat ex decisione Rotae 8 Iulii 1808 coram Isoard in *Romana praelationis,* in qua legitur: « Sicuti in odiosa praelationis materia rigida interpetratio tenenda est, » nec licet de uno casu ad alium inferre, ita et in specie indulta in » casu venditionis praelatio, nequaquam ad alium longe diversum em» phyteusis fas est traducere. » Insuper addebat Vallati non incolere totam domum, prout a Constit. requiritur, sed tantum partem ad Capitulum spectantem; et dato etiam sed non concesso, Vallati ius praelationis habuisse, ab eo omnino decidisse ob exhibitam oblationem. Tandem falsum est Capitulum nullam cum Tignani obligationem contraxisse ex defectu stipulationis, etenim cum beneplacitum Apostolicum expeditum fuerit, Capitulum nullo modo sese retrahere potest ad stipulationem contractus cum Tignani.

Auditis igitur partibus tam voce quam scripto Emi Patres in Congregatione generali habita die 29 Ianuarii 1845, referente Emo Ferretti dubio: Se ed in qual modo si debba preferire Agostino Vallati nel contratto di enfiteusi, di cui si tratta, pel quale era stato rilasciato il rescritto a favore di Benigno Tignani? rescripserunt *Negative.*

29 Ianuarii 1845.

INCERTI LOCI

Emendationis damnorum.

Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis N. N. *ex officio* promovere existimaverat inquisitionem contra Parochum N. N. hisce titulis nempe « di » calunnia con subornazione di testimoni a danno del Vicario Foraneo: » di violazione di sepoltura con remozione di cosa preziosa, e d'insu- » bordinazione ai Superiori con mancanza in officio ». Ex quo factum est, ut processus contra Parochum conficeretur. Perfectis actis processualibus, illius Curiae criminale Tribunal tribus Iudicibus constans die 9 Septembris 1843 parochum inquisitum damnavit « pel delitto di calun- » nia il Tribunale appoggiato alle canoniche disposizioni contenute nel » Cap. *cum fortius* 1. *de calumniatoribus* in forza della presente sen- » tenza l'ha privato, e lo priva dell'officio di Parroco, e della prebenda » parrocchiale..... e di più lo dichiara esiliato perpetuamente *(ex oppido* » *in quo officium Parochi gerebat),* e suo territorio... E per gli altri de- » litti... lo ha dichiarato e dichiara bastantemente punito ». Parochus ab hac sententia ad S. C. EE. et RR. appellavit, ideoque praeviis actis, et perpensis allegationibus a Promotore fiscali Curiae et a Patrono eiusdem Parochi exhibitis servatisque aliis, quae in causis criminalibus agendis servari solent, Emi Patres in generali conventu diei 10 Maii 1844 rescripserunt: « Sententiam esse infirmandam, et appellantem esse dimit- » tendum uti repertum non culpabilem, et ad mentem: mens est: che » si ammonisca gravemente la Curia per la irregolarità, ed animosità della » procedura, e si astenga a similibus. »

Hac sententia partibus communicata, Parochus causam civilem penes S. C. super reparatione damnorum contra Curiam promovit innixus formulae, qua declarabatur constare de innocentia per illa verba « dimittendum, uti non repertum culpabilem » et dolo, quo, ut ipse existimabat, Curia processerat.

Auditis in scripto partibus patronus Procuratoris fiscalis Curiae reiiciendam prorsus esse damnorum actionem contendebat, nam promotor fiscalis inquisitionem promoverat *ex officio,* ut ministri Curiae rite, et prout de iure ad inquirendam veritatem procederent: quod reapse factum fuisse nemo ambigere poterat. Et re quidem vera inquisitus ad praescriptum iuris constitutis suppositus fuit, peracta deinde communicatio, legitimatio, et publicatio processus, certus terminus inquisito ad suam defensionem praefixus. Acta omnia Iudicibus exhibita fuerunt, nulla ab Inquisito, vel ab eius Patrono de nullitate, et illegitimitate processus data exceptio, nec contra iudices recusatio: quae exceptiones ante causae propositionem

producendae erant, ut vim, ac robur habere possent: hinc admittendae minime erant extraiudiciales attestationes, quas Inquisitus deinde expiscaverat, et S. C. exhibuerat.

Non probatur a Parocho Curiae culpa; et iuxta regulam *Si culpa abfuit a facto, quod damnis causam praebuisse dicitur, cessat actio damnorum.* Nec quaevis culpa sufficit, sed *talis esse debet culpa, ut nulla iusta excusationis causa supersit. Rota in Narnien. 16 Februarii 1816 coram Serlupi.* Quin imo demonstrare deberet Parochus Curiam processisse *ex manifesta calumnia,* ut docet Rota *in Alatrina 10 Iunii 1839 coram Alberghini,* in confirmatoria *diei 23 Martii coram De Cursiis,* et in tertia confirmatoria *14 Martii 1842 coram De Retz*, ubi legitur « Nisi enim de » pura putaque calumnia ipse actor doceat evidentissime, fieri numquam » poterit, ut damnorum actionem ex passa inquisitione sibi asserere va- » leat. Quod si semper firmissimum habitum et pro omnibus secutum » est: multo magis teneatur oportet pro Curia, et Fiscali Ministerio, cum » Fiscus damnari non possit, nisi ob manifestam calumniam, et eviden- » tem improbitatem. »

At vero Parochi defensor in sua allegatione exorditur a narratione integerrimae vitae Parochi quem, ait, commendabant viri Principes, et locorum Antistites. Deinde addebat per summam iniuriam persecutionem passum fuisse ex improborum invidia, et ex conniventia praeventae Curiae: hinc singula delicta, a quibus purum et innocentem S. C. declaravit, ei attributa fuisse; hinc a Curia ipsa ante prolationem sententiae suspensione a suo ministerio, sequestro redituum, carcere inter limites Civitatis mulctatus fuit; hinc post prolatam a S. C. sententiam absolutoriam ad suam Paroeciam reversus, a Curia vexabatur.

Prosequitur deinde Gregorium IX *in cap.* 1. *de calumniat.* culpabiles decrevisse Iudices, qui etsi calumniatum innocentem declaraverint, calumniatorem tamen debitis poenis non subiicerint: et Ulpianum *leg. 32 ff. de ini.* docuisse: *nec magistratibus licet aliquid iniuriose facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit..... iniuriarum poterunt conveniri*: et ipsum Gregorium IX. *cap. 24 eod.* prohibuisse « ne idem sit accusa- » tor, et iudex; sed quasi, denunciante fama, vel referente clamore, of- » ficii sui debitum exequatur » et paulo post « ut iam clamor ascendit, et » diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, » ad inquirendum et puniendum eius excessus, non ex odii fomite, sed » charitatis procedatur effectu: » ac Bened. XIV. in Const. *Ad coercenda* §. 21 statuisse ne damnarentur « all'emenda dei danni, e delle » spese, la Curia, e il Fisco Vescovile, *nisi quando adsit* l'animosità, e » il dolo ».

Conatur vero Patronus pro viribus demonstrare adfuisse improbita-

tem, seu malum animum in casu, tum ex mente S. C. expressa in sententia: scilicet « Si ammonisca gravemente la Curia per la irregolarità, » ed animosità della procedura » tum ex aliis rationibus ex iure et ex facti adiunctis, deductis, quas singulas referre minime necessarium est.

Emi Patres auditis partibus tam voce, quam scripto in generali conventu diei 14 Februarii 1845, referente Emo Amat, ad propositum dubium « An, et in qua summa sit locus emendationi damnorum, et taxa- » tioni expensarum? » rescripserunt: « Ad Emos Praefectum, et Ponentem ad mentem: mens est: che Sua Santità si degni imporre perpetuo silenzio sulla questione presente, e di ordinare un equo compenso al Parroco per le spese sofferte nel presente giudizio ».

14 Februarii 1845.

FLORENTINA

Ordinis Carthusiani super voto paupertatis.

Prior monasterii Carthusiae Florentiae, uti etiam visitator Ordinarius Hetruriae provinciae supplicem huic S. C. libellum porrexit pro resolutione obtinenda dubiorum quorumdam, quae respiciunt observantiam voti paupertatis in Carthusiano Instituto emissi.

En autem dubia:

1. Se la bolla di Clemente VIII. *pro reformatione Regularium*, massimamente i §§. 3 e 7, concernent, l' osservanza del voto di porvertà, sia obbligatoria sotto pena di peccato grave; e se i Certosini sieno obbligati di osservarli *ad unguem?*

2. Un Certosino secolarizzato con breve pontificio, ed autorizzato a testare de' suoi beni, tornato poi in Religione con alcuni mobili di valore, potrà disporne in virtù di quel breve, indipendentemente dal superiore; o dovranno quei beni incorporarsi con gli altri del Monastero?

3. A tale Religioso tornato in Religione potrà quanto ai beni seco portati, applicarsi quel principio de' ss. canoni: *Quidquid acquirit monachus, non sibi, sed monasterio acquirit?*

4. Un Religioso Certosino translatato da uno in altro monastero dell' Ordine, potrà portar seco più di quello che gli viene accordato dal n. 5 del Cap. 21 dello Statuto Certosino?

5. E ove lo stesso Religioso abbia portato seco più di quello che gli si accorda dallo Statuto al cap. e num. citato solamente per suo uso, fondato però, sulla licenza tacita o presunta non esplicita del superiore, che dopo il fatto gli mostrò una qualche approvazione, dovrà il Religioso essere ammonito come trasgressore della citata regola dello Statuto?

6. Se il Superiore avendo esortato l' illuso Religioso a domandare il beneplacito Apostolico di sanazione per i mal ritenuti oggetti, ed indulto pel legittimo godimento di essi in futuro, abbia agito prudentemente, temendo di aver forse non a proposito citato testi di legge canoniche al Religioso per indurlo a mettersi in regola?

Transmisso hoc supplici libello cum dubiis p. *Procuratori generali Ordinis Carthusiani pro informatione et voto*, ut Constitutiones transmitteret, ille et votum suum dedit et necessaria opportunaque documenta adnexit. Adest et votum Consultoris huius S. C.

Ad primum itaque dubium quod attinet, recolenda est Constitutio Clement. VIII. die 20 Martii 1601 pro *reformatione Regularium*, quoad numeros 3, 5, 7. En autem verba Const. « 3. Quo Tridentini Concilii » decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, praecipi- » tur, ut nullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona immobilia vel » mobilia, aut pecuniam, proventus, eleemosynas, sive ex concionibus, » sive ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam » ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, et causa, et quo- » cumque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut pio- » rum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam PROPRIA, » aut etiam nomine conventus possidere possit, sed ea omnia statim Su- » periori tradantur, et conventui incorporentur, atque cum coeteris illius » bonis reditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo commu- » nis inde victus et vestitus omnibus suppeditare possit. 5. Eorum vero, » quae ad necessitatem concessa erant, nullus quidquam possideat UT » PROPRIUM, neque ut PROPRIO utatur. 6. Nulla quorumcumque su- » periorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel » mobilia, fratres excusare possit, quominus culpae et poenae ab eisdem » Concilii decretis impositae, et ipso facto incurrendae, obnoxii sint, » etiamsi Superiores asseverent, huiusmodi dispensationes, aut licentias » concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus ».

Recte vero animadvertit huius S. C. Consultor, Clementem VIII. negare tantummodo Superioribus facultatem concedendi eorum subditis circa mobilia licentiam ea secum habendi *ut propria;* non vero quod nequeat ab iisdem Superioribus concedi monachis, qui ab uno ad aliud monasterium migrant, usum rerum quarumdam, quae ipsis necessariae sunt, prout statutum, vel ipsa consuetudo sinit. Et quoniam Carthusianum statutum et ad rem nostram quod attinet, eiusdem statuti caput XIX a n. 1 ad 11 inclusive, Clementino illi decreto conforme omnino est, ideo praefatus huius S. C. Consultor opinatur, respondendum esse ad 1 dubium: « Affir- » mative quoad utramque partem et standum in omnibus Capitulo XIX » statuti Carthusiani de vitio proprietatis ».

2. Dubium facile diluitur, ut animadvertit Procurator generalis Ordinis Carthusiani, eique consentit S. C. Consultor, per decretum Concilii Trid. Sess. 25. c. 2. *de Regularibus:* nemini Regularium liceat bona immobilia vel mobilia cuiuscumque qualitatis fuerint, *etiam quovis modo acquisita* tamquam propria, aut nomine Conventus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, conventuique incorporentur. Huic decreto consonat num. 1 Cap. XIX Statuti Carthusiani. Quare praefati Procurator et Consultor proponunt ad 2. sequens responsum: *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Pro 3. dubio animadvertendum est quod Religiosus, de quo quaestio, cum nuntium remiserit beneficio permanendi in statu laicali, iterumque susceperit sui Ordinis habitum, intentionem habuit, aut habere debuit, se iterum subiiciendi Canonicis Legibus super statu Regularium. Ideo ad 3. dubium rescribendum esse censent laudati Procurator et Consultor *Affirmative.*

Gradum faciens ad 4. dubium Procurator generalis putat, Religiosum illum laedere votum paupertatis si proprio marte secum ferat ultra id quod ei permittitur a statuto c. XXI n. 5; non vero si Superioris licentia id agat quoad necessaria mobilia. Superior autem ea pollet facultate vi ordinationis Capituli Generalis Ordinis Carthusiani habiti an. 1602, quam infirmare nequit ordinatio anni 1648, quippe nullam vim legibus habens. Quare Consultor voto Procuratoris subscribens, proponit responsum ad 4. « Se posse stare omnino Ordinationi Capituli generalis Ordi- » nis Carthusiani an. 1602, dummodo non permittat mobilia superflua, » et multo minus praetiosa ».

Ratio agendi Carthusiani Monachi in 5. dubio proposita haud probanda videtur. Communi enim Doctorum sententia exploratum est, Superioris licentiam tacitam vel praesumptam excusare Religiosum subditum a vitio proprietatis eo tantum casu, quo illa rationabilis et prudens sit: duae conditiones quae in casu proposito non apparent.

Pro 6. tandem dubio animadvertendum est ad ea quae iuri communi statuuntur, quae a Trid. Synodo cit. sess. 25. c. 2. *de Regularibus* confirmantur.

Quibus positis, in Congregatione generali diei 14 Febr. 1845 fuerunt proposita haec dubia:

1. Se e come convenga rispondere al 1. dubbio proposto dal padre Priore della Certosa di Firenze nel caso?
2. Se e come al secondo?
3. Se e come al terzo?
4. Se e come al quarto?
5. Se e come al quinto?
6. Se e come al sesto?

Emi Patres, referente Emo Bianchi rescripserunt:

Ad 1. 2. 3. 4. iuxta votum Consultoris.

Ad 5. Affirmative quoad admonitionem.

Ad 6. Laudandum esse superiorem, et in reliquis acquiescat. – 14 Februarii 1845.

AMALPHITANA

Inhibitionis usus privilegiorum.

Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Mariae ad Mare civitatis Maiorensis olim *Nullius*, nunc autem dioecesis Amalphitanae, se induunt etiam extra chorum caligis violaceis, et digito gerunt annulum gemma contextum; et eorum Praepositus, praeter ea, gerit et floccum et collare itidem violacei coloris. Ipsemet autem Archiepiscopus pro tempore, in actu possessionis Canonicatum, formali ritu Canonico noviter cooptato praedictum annulum praebet.

Archiepiscopus Amalphitanus licet pluries hanc peregerit coeremoniam quin unquam reclamaret suo longo decem annorum gubernio adversus usum horum privilegiorum, nihilominus formali libello sub die 28 maii 1841 inhibuit, quominus praefati Canonici praedicta honoris insignia deferrent sub poena *suspensionis a divinis ipso facto incurrenda*.

Promptam Antistitis voci obedientiam praestituerunt Canonici; et cum interim penes illum inutiliter adlaboraverint, ut praefata inhibitio revocaretur, hanc revocationem a S. C. unanimiter postularunt.

Transmissis precibus Apostolico Nuntio apud Regem Neapolis cum opportunis instructionibus, ille huic S. C. documenta remisit, quibus constat, Capitulum praedictae Collegiatae Ecclesiae frui *ab immemorabili tempore* dictis privilegiis.

Immemorabilis consuetudo vim habet iuris et privilegii. *Inest quippe,* ait Bened. XIV de Synod. Dioec. c. 8, n. 21, « immemorabili ipsa » etiam Apostolica auctoritas, quoniam is qui eiusdem praesidio fulcitur » potest quodcumque Apostolicum privilegium allegare. » Et idem Pontifex Constit. quae incipit *Apostolicae servitutis officio* ait: « Certi iuris » est iurisdictionem acquiri, deficiente privilegio expresso ex vi con- » suetudinis immemorabilis, stricte cum suis conditionibus comprobatae. » Continuata enim et pacifica, atque hominum memoriam longe excedens, » omnium actuum iurisdictionalium exercita possessio, ipso vidente et » acquiescente Episcopo, tantae virtutis et efficaciae esse censetur, ut » iurisdictio ordinaria privilegio praesumpto videatur referenda. » Et S. Rota coram De Veri ait: « Ea est vis consuetudinis centenariae ut

quemcumque meliorem titulum praestet. » Ita docent communiter omnes Expositores iuris Canonici, et S. C. Concilii in pluribus decisionibus.

Quapropter in Congregatione generali habita die 9 maii 1845, propositum fuit dubium :

Se e come convenga sostenere, o piuttosto revocare la inibizione fatta dall' Arcivescovo di Amalfi ai Canonici della Collegiata di Maiuri nel caso?

Emi Patres, referente Emo Amat, rescripserunt : Negative ad primam partem ; Affirmative ad secundam ; et ad mentem : mens est : *Che si scriva a Mons. Nunzio di Napoli, acciò nella sua prudenza faccia eseguire la presente risoluzione.* (1)

9 Maii 1845.

LUGDUNEN. ET TAURINEN.

Super Congregatione Sororum a S. Ioseph nuncupatarum.

In Congregatione generali diei 1 Augusti 1844 proposita fuit Consultatio sub eodem titulo iisdemque dubiis, eaque superius relata est.

Quinque itaque dubiis in ea propositis, ab EE. PP. responsum fuit : *Dilata, et audiantur sorores capitulariter per secreta suffragia in singulis domibus ab Ordinariis locorum.* Denunciata ex officio fuit huiusmodi resolutio Episcopis in quorum dioecesibus pium Institutum reperiebatur. Quorum nonnulli deinde ipsamet acta capitularia Sororum S. Ioseph ad hanc S. C. transmiserunt ; alii vero dumtaxat earumdem sententias retulerunt.

Ex acceptis Episcoporum relationibus haec summatim colligi possunt. Omnes Instituti domus italicae in eo conveniunt, ut quae separatae existunt, ita maneant, et aliae quae unitae reperiuntur, separentur tum a domibus, tum ab Antistita generali Galliarum. Quoad Moderatricem vero constituendam italicis domibus, et quoad tyrocinii domum, praefata Sororum Capitula in contraria studia scinduntur, iuxta peculiares domorum circumstantias, earumque praesentem vivendi rationem. Quaedam enim vellent Antistitam generalem italicam auctoritati Cardinalis Protectoris totius Instituti subiectam, vel Episcopi, in cuius dioecesi degeret Antistita generalis ; quaedam Moderatricem pro qualibet dioecesi Episcopi auctoritati subditam ; quaedam vero moderatrices locales tantum ad formam Constitutionum ; cupiebant nonnullae unicam tyrocinii domum pro toto Italiae Instituto ; aliae unam pro qualibet dioecesi. Fere autem omnes optant quotannis apud tyrocinii domum exercitia spiritualia peragere.

(1) Haec causa iterum proposita, fuit, et nova resolutio inferius legi potérit.

Observatu porro digna sunt quorumdam Episcoporum rationum momenta, quae in medium afferunt, ut nempe Instituti domus Episcopali auctoritati subiectae maneant.

Quibus relatis, in Congregatione generali habita die 13 Iunii 1845, iterum proposita fuerunt sequentia dubia:

1. Se e come convenga separare le case delle Suore di S. Giuseppe esistenti negli Stati d' Italia da quelle di Francia, e sottrarle dall' autorità della Superiora generale Francese?

Et quatenus affirmative

2. Se e come per le Case suddette d' Italia si debba stabilire una Superiora generale; o piuttosto una Superiora in ciascuna diocesi; o lasciare le sole Superiore locali a forma delle Costituzioni?

3. Se costituendosi una Superiora generale, quale debba essere la Casa di sua residenza, e quali i rapporti e le dipendenze coi respettivi Vescovi?

4. Se e come si debba stabilire una sola Casa di Noviziato in ciascuna Diocesi?

5. Se e come si debbano stabilire gli annuali esercizi spirituali per tutte le Suore esistenti in ciascuna Diocesi?

Emi Patres, referente Emo Patrizi, rescripserunt:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative ad primam et tertiam partem; affirmative ad secundam.

Ad 3. Provisum in praecedentibus.

Ad 4. Affirmative in omnibus arbitrio et prudentiae Episcopi, et quatenus una tantum domus existat pro facultate aperiendi ibidem Novitiatum ad formam SS. Canonum.

Ad 5. Affirmative arbitrio et prudentiae Episcopi.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI. in audientia habita die 20 Iunii 1845, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit.

13 Iunii 1845.

NULLIUS S. PAULI

Cappellaniae.

Coniuges Luca Moretti et Angela Alei, loci *Leprignano* Nullius S. Pauli communibus testamentariis tabulis diei 15 Maii 1823 ex bonis haereditariis, praelevatis nonnullis legatis, instituendam mandarunt Cappellaniam mere laicalem ad nutum amovibilem in altari maiori Ecclesiae

Parochialis cum annua celebratione Missarum quinquaginta, et in primum Cappellanum nominarunt Nepotem Benedictum Betti, et pro futuris nominationibus ius nominandi concesserunt Angelo Alei Testatricis nepoti eiusque descendentibus, dummodo Angelus in uxorem duceret *una onesta zitella;* secus nominandi ius ad Angelum, et Paulum Moretti Testatoris nepotes spectaret. Benedictus Betti post testatoris obitum, quod die 28 Decembris 1828 accidit, professionem in Congregatione Passionis D. N. I. C. emisit, assumpto nomine Aloisii a S. Benedicto; et Angelus Alei viduam in matrimonium duxit. Deinde Testatrix die 4 Ianuarii 1843 e vita migravit. Die 23 Martii 1843 Ordinarius Cappellaniam erexit, et P. Aloisius, annuentibus eius Superioribus, Cappellaniam acceptavit, et deputavit patrem suum Antonium Betti, ut Cappellaniae possessionem caperet, eumque nominavit in procuratorem, et administratorem universasalem bonorum eiusdem Cappellaniae.

Angelus, et Paulus Moretti prius in iudicio obstiterunt, eo quod autumarent Lucam Moretti absque testamento obiisse. Deinde Angelus Moretti Summum Pontificem deprecabatur ut, ei suisque haeredibus indultum concederet retinendi dictam Cappellaniam, adimpletis oneribus, donec P. Aloisius in praedicta Congregatione permaneret. Ille vero, ut in possessionem immitteretur, expostulabat, cum sui Instituti regulae non obstent. Re a Sacratissimo Principe ad S. C. EE. et RR. ablegata, Sacer Ordo votum Ordinarii exquisivit, quod Aloisio favebat. At Angelus Moretti opponebat, quae a S. Concilio Tridentino *Sess.* 25 *de Regularibus, cap.* 2. praescribuntur, addebatque Angelum Alei in uxorem viduam duxisse, ideoque a iure nominandi decidisse, et sui favore locum substitutioni factum esse. Verum P. Aloisius, et Praepositus generalis animadvertebant in eorum Congregatione vota simplicia tantum emitti, et iuxta Const. Clementis XIV incipien. *Supremi Apostolatus* « a ciascuno dei Re» ligiosi sarà lecito di riservarsi il regresso ai propri beni, in caso, » che.... ritornasse alla condizione di secolare: e però prima di fare i » voti semplici rinunzieranno l' usofrutto, che posseggono nel secolo in » favore di qualche consanguineo, o affine, oppure di qualche altra per» sona secondo verrà loro suggerito dalla carità o pietà. Inoltre se men» tre essi perseverano in Congregazione passeranno da questa all' altra » vita, allora i detti beni, e diritti in ogni maniera, e senza disposi» zione testamentaria, o altra dichiarazione, s' intendono assegnati, con» ceduti, e lasciati in favore di quelli, ai quali spettano de iure.... » Deinde P. Aloisius contendebat ius nominandi, si ipse dictae Cappellaniae incapax foret, devolvi ad Angelum Alei, quia conditio apposita a Testatore *di contrarre matrimonio con zitella onesta,* respicit dumtaxat honestatem mulieris, non vero eius virginitatem.

Quibus praemissis in generali conventu diei 13 Iunii 1845 proposita fuerunt dubia :

1. Se, e come possa ritenersi dal P. Luigi da S. Benedetto Sacerdote Passionista la Cappellania controversa , cosicchè sia luogo all' immissione, e da qual giorno alla restituzione de' frutti nel caso?

Et quatenus negative

2. Se, e come debba annuirsi alle preci di Angelo Moretti nel caso?

Et Emi Patres, referente Emo Orioli, rescripserunt: Ad 1 Affirmative in omnibus favore P. Aloisii a S. Benedicto, et immissionem ei dandam esse, et fructus restituendos a die apertae successionis. Ad 2 Provisum in primo.

15 Iunii 1845.

VITERBIEN.

Reintegrationis.

Cum Parochus Ecclesiae S. Ioannis Vetrallae in dioecesi Viterbiensi vectigalia, seu *dativam* pro praediis parochialibus solvere noluerit, plurium annorum debitis satisfaciendis, duo praedia praebendae parochialis vendita fuerunt sub-hasta annis 1804, et 1808. (1)

Ad occurrendum huic aliisque similibus damnis in bona ecclesiarum praedicti oppidi illatis, haec S. C. die 18 Decembris 1808 scripsit epistolam Episcopo Viterbiensi « perchè ordini ai sopraddetti parrochi e » canonici che in avvenire sieno puntuali al dovuto pagamento dei dazi » non permettendo che segua altra esecuzione e subasta di fondi, ed » inoltre ingiunga ai medesimi, per reintegrazione delle passate aliena- » zioni, un annuo deposito in rate , da fissarsi da V. S. medesima a » proporzione del quantitativo alienato e delle rendite, sotto le pene » canoniche, esortandoli anche a provvedere alla loro coscienza ».

Praefatus itaque parochus, exponens Ordinario fundos alienatos suae paroeciae fuisse sub-hasta venditos pretio scut 191 postulavit « di vo- » lergli accordare un congruo tempo per eseguire con esattezza il depo- » sito sino al compimento della sudetta somma » Et pro-Vicarius Generalis Viterbien. die 1 Martii 1809 rescripsit : « Iniungimus et stricte » mandamus Oratori, et quatenus etc., successoribus suis, ut pro re- » integratione bonorum alienatorum deponere teneantur in posterum quot-

(1) Hic non quaerimus an a Fisco iure, et legitime fundi paraeciae divenditi fuerint, cum bona ecclesiastica alienari nequeant ob beneficiati debita: vide superius resolutionem S. C. p. 125, in Spoletana *expensarum litis*, praesertim cum indemnitati Fisci per fructuum sequestrum provideri possit.

» annis rata scutorum quinque monetae, sub poenis.... et hortamur ».

At idem parochus nullum vivens peregit depositum ad formam huius rescripti, et cessit vita ann. 1832.

Eius itaque in paroecia successor in ius vocavit defuncti parochi, haeredem apud Curiam Episcopalem Viterbien. ut, praevia deputatione periti agrarii, qui fundos venditos aestimaret, ille indemnem faceret paroeciam de eorum valore. Episcopalis Curia sententiam tulit petitioni actoris consentaneam taxando valorem fundorum pro reintegratione ad summam scut. 520. 46 inxta aestimationem periti agronomi ab se deputati. A qua sententia appellatum fuit ad S. Auditorium, quod ferme eamdem sententiam tulit.

Repertis interim duobus documentis, epistola nempe huius S. C. mox relata, et pro-Vicarii Generalis Viterbien. rescripto, reus conventus a Signaturae tribunali petiit restitutionem in integrum; actor vero parochus recursum interiecit apud hanc S. C. contra rescriptum diei 1 Martii 1809 emissum a pro-Vicario Generali Viterb.

Praecipuus huius quaestionis cardo in eo est ut decernatur utrum obligatio reintegrandi paroeciam de valore fundorum per fiscum divenditorum fueritne personalis parochi, et ad haeredes ipsius progressiva, an vero affecerit ita parochum, ut, eo defuncto, obligatio illa transierit ad eius successores in paroecia.

Ex relato decreto 1 Martii 1809 videbatur illa obligatio personalis quidem parochi, sed eo defuncto, transitoria ad eius successores in parochia. Decretum enim illud emissum fuit vi ordinationis huius S. C. superius relatae, cuius est veluti decretum executorium; istud autem clare decernit: mandamus Oratori, et quatenus etc., *Successoribus suis* ut pro reintegratione bonorum alienatorum deponere teneantur.

Ex alia vero parte rescriptum huius S. C. debebat interpretari secundum ius, et sic se gerere debebat qui illud executioni mandaverat. Ita *textus in Cap.* 18 *de rescriptis*, et ibi ait Glossa: « Hic est argu» mentum quod verba rescriptorum secundum ius commune intelligenda » sunt. » Decius in idem cap. ait: « Rescripta sunt stricti iuris, et stricte » debent interpretari secundum dispositionem iuris. » Et Rota dec. 558, n. 5 part. 1 rec. « Verba rescriptorum reducuntur ad ordinem iuris ».

Iam vero Ecclesiae, et pro ea successori ad beneficium duplex competit actio vindicatoria super fundis ab antecessore quomodolibet alienatis vel damnificatis, et haec contra tertios, quae in casu exerceri nequit; altera personalis contra haeredes beneficiati, cuius culpa damnum ecclesiae bonis obvenisse constet, ut reintegrent quanti interest. Et ut plures ad rem auctoritates omittamus, referimus verba Pichler., Ius Canonic., lib. 3, tit. de rebus Eccl. non alienandis 28: « Quan-

» do alienatio est invalida, Ecclesiae competit ius revocandi res male » alienatas per actionem realem et vindicationem a quocumque possessore. Insuper habet actionem personalem adversus eum qui alienavit, » ut resarciat damnum Ecclesiae illatum, ex suo patrimonio, si quod » habet. Atque haec actio transit quoque adversus haeredes male alienantis. » Ceterum neque antecessor, neque eius haeres debet locupletari cum Ecclesiae et successoris iactura, ut eveniret in casu si successor parochus teneretur ad reintegrationem.

Attentis autem circumstantiis temporis venditionis fundorum praedictorum, et temporis subsequentis quo aestimati fuerunt, et perpenso valore fructuum, quos successor amisit ob deperditos fundos nec non mala et bona fide prae oculis habita, erit EE. PP. decernere quid de valore eorumdem fundorum pro reintegratione, deque fructuum valore pro compensatione si locum habere iudicaverint, et in qua summa.

His positis, in Congregatione generali habita die 19 Decembris 1845, sequentia dubia, in partium contentione, proposita fuerunt:

1. An indultum reintegrationis per ratas annuales concessum per epistolium S. C. diei 19 Decembris 1808 fuerit personale, seu potius censeretur progressivum etiam ad Parochi haeredes in casu?

2. An constet de nullitate, inefficacia, aut resolutione decreti pro-Vicarii Generalis Viterbii diei 1 Martii 1809 in casu?

Et quatenus negative

3. An rata debuisset definiri in scutis quinque, seu potius in maiori summa in casu?

Et in omni casu

4. An reintegratio locum habere debuerit pro solis scutis 191, seu potius pro valore ab Ecclesia deperdito, et liquidando in casu?

5. An, quomodo et in qua summa debeantur fructus a die successionis in paroecia in casu?

Emi Patres, referente Emo Acton, rescripserunt:

Ad 1. Reformato dubio, nempe an reintegratio fuerit personalis, et progressiva ad haeredes: Affirmative in omnibus.

Ad 2. Provisum in primo.

Ad 3. Potuisse Vicarium generalem statuere ratas scutorum quinque.

Ad 4. et 5. Ad praecidendas quaestiones inter partes summam debitam ab haeredibus taxari in scut. 300, ex quibus summa scut. 250 investienda favore Ecclesiae, et scut. 50 cedant Parocho actuali.

19 Decembris 1845.

CIVITATIS CASTELLI

Super dubio an liceat Clericis acquirere actiones societatis vulgo dictae di Accomandita.

Episcopus Civitatis Castelli huic S. C. exposuit instituendam esse ea in civitate societatem argentariorum, vulgo dictam *Banca o Società di Accomandita*. Cum porro institutores, ad fiduciam, nomenque eidem societati conciliandum, cupiant etiam ecclesiasticos viros eidem societati cooptare, eos nempe invitando ad acquirendas actiones, idcirco idem Episcopus animadvertens, quod sacri canones prohibeant Clericos in sacris ordinibus constitutos vel beneficia ecclesiastica retinentes, quamlibet exercere negotiationem, huic S. C. dubium proposuit an liceat dictis clericis huiusmodi societatis actiones acquirere. Societatis institutum et finem exponebat, nempe *art. 3.* « La Società farà il commercio del denaro, o » della carta, presterà sopra derrate, sopra mercanzie, e sopra ogni al» tro oggetto . . . . s'incaricherà inoltre di ordini, commissioni, riscos» sioni, e negoziazioni di effetti commerciali mediante una provigione. » *Art. 18.* Al 1. Marzo di ogni anno dovrà essere compilato il bilancio, » e gli amministratori metteranno i dividendi a disposizione degli azio» nisti ».

Huius S. C. Consultor de sua sententia rogatus, definitione, divisioneque istius societatis praemissa, concludit, eamdem nil aliud esse, quam veram negotiationem; ideoque relate ad Clericos subiici censuris omnibus a sacris canonibus et a summis pontificibus comminatis, imprimis a Bened. XIV. in bulla *Apostolicae servitutis* « contra Clericos, » etiam per interpositam personam, illicitam negotiationem exercentes ». Idem consultor concludit Clericis in Sacris ordinibus constitutis, vel beneficia ecclesiastica obtinentibus illicitum esse huius societatis actiones acquirere.

In Congregatione itaque generali habita die 30 Ianuarii 1846 sequentia dubia fuerunt proposita:

1. Se sia permesso ai Chierici promossi agli ordini maggiori, o possessori di beneficii di acquistare le azioni della banca accomandataria di Città di Castello nel caso?

Et quatenus negative

2. Se si abbia a supplicare Sua Santità per un benigno indulto?

Emi Patres, referente Emo Orioli, rescripserunt:

Ad 1. Non licere.

Ad 2. Provisum in primo.

30 Ianuarii 1846.

ALBANEN.

Cessationis onerum Missarum.

Capitulum cathedralis Ecclesiae Albanensis duos supplices huic S. C. porrexit libellos, quibus exonerari postulabat ab onere celebrandi quotannis nonnullas missas pro piis legatis Falciola et Cherubini.

Ad primum quod attinet, sciendum est, Carolum Falciola supremis tabulis diei 11 Iunii 1652 reliquisse praefato Capitulo annuum reditum scutorum octo, quibus celebrarentur 40 missae quolibet anno: qui reditus percipiendus erat ex cuiusdam officinae locatione. Capitulum ad annum usque 1674 pacifice percepit praedictam summam, et legato satisfecit. Tractu temporis fundus, ex quo percipiebantur scutata octo, fuit sub hasta publica divenditus; et cum Capitulum neque haberet directum eiusdem dominium, neque hypothecae subsidio in tuto collocaverit ius percipiendi praedictam summam ex fundo divendito, non potuit ulterius eam percipere ab ultimo emptore, qui se libere fundum emisse respondebat.

Cum interim Capitulum pendentibus precibus apud hanc S. C., non satisfecerit oneri huius legati pro annis 1844 et 1845, de hac omissione absolvi postulabat.

Quoad alterum legatum a Cherubinio relictum idem ferme accidit. Hic enim cappellaniam reliquit semiquotidianam, quae a sodalitio legatario cessa fuit eidem Capitulo Cathedralis, et cum inter bona huius legati adnumeraretur etiam census annui reditus scut. 1. 10 impositus super quadam domo, Capitulum neglexit inscriptionem facere hypothecariam super eidem praedio. Quare cum postremus emptor praedium hoc acquisierit post alias venditiones de eodem peractas, quin ulla unquam fieret mentio praedicti census, renuit et ipse huius census fructus legatario solvere.

Actuales Canonici exponebant, huius negligentiae culpam in eorum antecessores, non vero in ipsos esse refundendam; et ideo eximi petebant ab omnibus missis celebrandis pro primo, et proportionalem diminutionem pro altero legato. Emus Episcopus favebat precibus.

His tamen obstare animadvertebatur principium a Card. De Luca relatum (T. 12, de Capit. et Canon. disc. IX): nempe « Capitulum tam» quam universitas seu corpus politicum semper dicitur unum et idem, » neque mutatur ex mutatione Canonicorum. » Tota igitur quaestio in eo erat ut decerneretur utrum tenerentur successores de iactura bonorum, quae culpa accidit antecessorum Canonicorum, ea ratione quod Capitulum

sit semper unum *et numquam moriatur* (S. Rota cor. Merlin dec. 663), salva tamen Canonicis successoribus actione contra haeredes antecessorum pro reintegratione damnorum.

In Congregatione itaque generali diei 30 Ianuarii 1846 proposita fuerunt haec dubia:

1. Se, e come abbiasi a dichiarare cessato l'obbligo delle messe del pio legato Falciola nel caso, anche per rapporto alle Messe non celebrate dal 1844 in poi?

2. Se, e come abbiansi a diminuire le messe del legato pio Cherubini per la perdita dell'annua rendita di scudo 1. 10 nel caso?

Emi Patres, referente Emo Castracane, rescripserunt:

Ad 1. Negative; et quod futurum onus 40 Missarum adimplendum erit a Capitulo, distributis missis inter singulos Canonicos, habita ratione reddituum singularum praebendarum, reservato iure Capitulo agendi contra haeredes defunctorum Canonicorum; quoad praeteritum pro absolutione et condonatione, celebratis Missis numero beneviso Emo Episcopo.

Ad 2. Negative ad formam praecedentis (1).

30 Ianuarii 1846.

SPOLETANA

De confirmando vel revocando decreto expulsionis.

Sacerdos N. N. anno 1822 ab Urbe discedere coactus ob quasdam processuales conclusiones, se contulit ad oppidum Montisfalchi, ubi moratus est annis circiter decem. Ex illo se transtulit ad contiguum oppidum Cannaiolae, ubi iugiter degit usque ad mensem Septembris an. 1843.

Archiepiscopus Spoletanus, cuius iurisdictioni illa oppida subiiciuntur, die 12 Augusti 1843 formali decreto mandavit praefato Sacerdoti, ut « ab illa Archidioecesi discederet non serius die 15 Septembris eius» dem anni, sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda in trans» gressionis casu ».

Presbyter, hoc accepto decreto, secum reputans se domicilium ea in dioecesi pacificum habuisse viginti circiter annorum spatio, in arce Cannaiolae proprietates ac etiam domum acquisivisse, nulloque suam conscientiam pulsari crimine, licet praecepto obtemperaverit petens Fulgina-

(1) Quamvis S. C. EE. RR. saepe saepius de absolutione, et reductione Missarum, ac de commutatione piarum voluntatum agat, tamen brevitatis gratia huiusmodi consultationes, et resolutiones non referuntur.

tensem dioecesim; tamen eodem tempore petiit, ut ad sui defensionem admitteretur, et hoc tum apud Curiam Spoletanam, tum apud S. Congregationem EE. et RR.

Super petitione Sacerdotis NN. requisitus Archiep. Spoletanus, respondit, hunc qui iam ab alma Urbe eiectus fuerat, frustra conqueri de lato contra eum praecepto, « cum non sit dioecesanus, non habeat in » Spoletana dioecesi domicilium, et sit scandalosus ».

S. C. bis monuit Archiepiscopum ut praefatum Sacerdotem in sua Dioecesi toleraret, cum ex transmissis actis de eius scandalosa vitae ratione non constaret. Quod si ipse graviores causas ad expulsionem haberet, suae Curiae mandaret ut processum conficeret, et prout de iure procederet. Verum neutrum Archiepiscopo placuit; ideoque S. C. per rescriptum indulsit Sacerdoti N. N. ut absque incursu in suspensionem, in Dioecesim Spoletanam redire, et in eadem per duos menses remanere possit: addiditque clausulam « Interim vero sua iura quoad meritum causae » deducat penes S. C. »

Archiepiscopus vero altum servavit silentium non obstantibus S. C. admonitionibus.

At Presbyter N. N. sua iura deduxit penes S. C., et documenta exhibuit quibus demonstrabat ipsum in dicta Dioecesi domicilium revera habere; nec tam in iure, quam in facto sustineri, quae contra dictum Sacerdotem ab Archiepiscopo obiiciebantur; et a iure absonum esse Civem privari suo domicilio sine gravibus rationibus prout de iure comprobandis.

Quibus omnibus cum documentis atque partium rationibus Emorum Patrum iudicio perpendendis exhibitis, in Congregatione generali habita die 6 Martii 1846 propositum fuit hoc dubium:

Se si debba confermare, o piuttosto revocare il decreto di espulsione, che si legge in sommario numero 1. contro il Sacerdote N. N. nel caso?

Emi Patres, referente Emo Acton, rescripserunt:

Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam partem, et amplius.

6 Martii 1846.

S. IACOBI DE CHILE

Erectionis Collegii a Religiosis Ordinis Praedicatorum perficiendae.

Prior et Vicarius Generalis Conventus Ordinis S. Dominici S. Iacobi De Chile Sacratissimo Principi exposuit, se de consensu Religiosorum sui

Conventus, magna civium gratulatione, ac demum auctoritate illius Archipraesulis cogitasse operam dare erectioni Collegii seu Seminarii prope hortum praefati Coenobii, ut inibi ultra centum iuvenes pietate, litteris, et scientiis imbuantur. Exponebatur, quod huiusmodi pius locus Oratorium habebit pro Alumnis ceterisque addictis, quod et extranei poterunt interdum adire Missae praecepto satisfaciendi causa. Praeceptores et Lectores docebunt gramaticam, rethoricam, philosophiam, theologiam, utrumque ius, canonicum nempe et civile, geographiam, variasque linguas. Unus ex Religiosis Coenobii exclusive fungetur Rectoris officio. Praeceptores et Lectores eligentur ex eadem religiosa familia, et in ea deficientibus idoneis viris, eligentur extranei, quibus Coenobium honorarium praestabit. Alumni solvent annuam pensionem expensis pii loci congruam. Admittetur gratis notabilis numerus ex coetu nobilium pauperum. Rector demorabitur semper in Collegio una cum comite Religioso Sacerdote, ac uno vel duobus Religiosis laicis; Praeceptores vero et Lectores morabuntur in aedibus Collegii donec inibi detineantur ad instituendos alumnos; ad pernoctandum iterum ad Coenobium se conferent. Ad haec igitur perficienda Orator postulat necessarias et opportunas facultates.

P. Magister Generalis Ordinis Praedicatorum votum dedit in omnibus petitioni consonum. Consultor itidem huius S. C. quoad substantiam petitioni favet; admonet autem excludendum esse titulum *Seminarii,* et publicitatem Oratorii, et alia huiusmodi. Ipsemet Ordinarius Dioecesis, pro informatione et voto requisitus, opus commendat.

Recolendum hic erat, etiam Urbanum VIII. fel. rec. permisisse erectionem Collegii D. Thomae Limae in Conventu SS. Rosarii Ordinis Praedicatorum, et plura eidem operi perficiendo indulsisse.

In Congregatione itaque generali habita die 6 martii 1846 propositum fuit hoc dubium:

Se ed in qual modo possa annuirsi all'istanza del R. P. Maestro Francesco Alvarez Priore e Vicario Generale dei Domenicani in s. Jaco del Chili nel caso?

Emi Patres, referente Emo Orioli, rescripserunt:

Affirmative et ad mentem: mens est: 1.° Quod Collegii tantum et non Seminarii nomine donetur. 2.° Quod ita stabiliatur Collegii existentia, ut iurisdictionis collisio evitetur, suumque ius cuilibet Ordinario, scilicet Parocho et Religiosis, sartum, tectumque servetur. 3.° Quod domesticum, non autem publicum intra aedificii septa erigendi Oratorium facultas concedatur.

Et facta praemissorum relatione SS. D. N. Gregorio PP. XVI. in audientia habita die 13 Martii 1846, S. S. resolutionem S. C. confirmavit;

ac propterea necessarias et opportunas facultates ad illius executionem benigne impertita est. Contrariis etc.

6. Martii 1846.

MELITEN.

Super restitutione in integrum et super nullitate professionis.

Frater Ioseph Gambin Religiosus Augustinianus provinciae Melitensis anno 1843 Sanctitati D. N. exponebat: quod ipse contra propriam voluntatem die 29 Septembris 1833 emiserat professionem religiosam in Conventu Augustinianensium civitatis Notabilis in insula Melitae inductus timore ipsi incusso gravibus minis matris suae et sui fratris percussionibus; quod in ipso tyrocinio suam patefecerat contrarietatem ad amplectendum statum religiosum, et quam Magistro Novitiorum aperte declaraverat: quod post emissam professionem contra suam voluntatem, ipse non habuit unquam pacem, et ordines non receperat; quod nil intentatum reliquerat apud suos Superiores Regulares, ut nulla declararetur sua professio; at cum nonnisi blanda verba reciperet, eius animus fuit desperatione correptus, seque dederat gravibus et scandalosis excessibus; ita ut et ipsa politica regia Curia in ipsum animadverteret. Ad haec probanda supplici libello uniebat veluti processuales deductiones in unum collectas die 13 Ianuarii 1843 a p. Provinciali una cum suo Definitorio confectas. Hinc postulabat, ut Sanctitas Sua dignaretur ipsi concedere restitutionem in integrum, cum quinquennium ad recurrendum habile decurrerit, et designare Tribunal seu S. Congregationem apud quam posset suam causam agere. Sanctitas Sua remisit preces huic S. C.

Requisitus Ordinarius Melitensis de informatione et voto, audito etiam Superiore Conventus, respondit confirmando exposita. Quare attentis peculiaribus circumstantiis rescripto diei 7. Iulii 1843 « SSmus facultates » necessarias, et opportunas concessit Ordinario Meliten. ad effectum con- » ficiendi processum super causis restitutionis in integrum, et nullitatis » professionis, auditis Superioribus Regularibus, et servata in substan- » tialibus Const. Benedic. XIV. *Si datam,* cum potestate subdelegandi » quoad testes absentes, Ordinarios dioecesum, in quibus iidem commo- » rantur. Sanctitas vero Sua mandavit remitti processum ad hanc S. C. » EE. et RR., cui indulsit, ut non obstante lapsu termini canonici cau- » sam tam super restitutione in integrum, quam super nullitate profes- » sionis in plenario conventu summarie cognoscat et definiat. Contra- » riis etc. » Confectus et huic S. C. remissus processus traditus fuit,

una cum Episcopi observationibus, Rmo P. Consultori pro voto, et deinde Defensori ex officio religiosae professionis, et Advocato reclamantis frat. Gambin communicatus.

Consultor suum pro veritate votum pandidit, quo Oratoris precibus favebat. Sed religiosae professionis Defensor ad illius validitatem tuendam totis viribus enitebatur: 1. De processus defectibus loquebatur: nempe incoeptus fuerat cum Gambin extra claustra morabatur: defensor Conventus non deputatus; loco Prioris adscitus Provincialis, qui uti testis admissus, nec dum processus conficeretur, praesens fuerat; Mater Religiosi unica intimatione vocata non comparuit, licet fuerit causa praetensi metus incussi, et filii donataria; Religiosus Gambin formaliter examinatus minime fuerat: auditi tantum testes inducti, nullus ex officio. 2. Cum pene decennium a professione elapsum fuerit autumabat professionem ob temporis spatium ratificatum fuisse, ut enim docet Card. De Luca discept. 41. n. 11 de Regul. *ubi lapsus quinquennii accidit per quod Concilium Tridentinum inducit, seu praesumit quamdam tacitam professionem seu revalidationem cuiuscumque defectus, quo emissa professio laborat.* Cum autem in casu quasi decennium lapsum sit praesumptio ratificationis augetur: Navarro in cap. *Statuimus* de Regul. num. 37. Nullum vero impedimentum ad reclamandum Gambinius proferebat. 3. Defensor insuper contendebat metum gravem minime probari in casu illatum fuisse, quia de minis tantum praesertim fratris agebatur. Tandem dispensationi ab emissis votis Defensor acriter adversabatur, nam huiusmodi dispensationes raro admodum concedi solent, et nisi ob causam publicam.

Verum Religiosi Patronus mordicus appositas difficultates dissolvere conabatur in suis allegationibus typis editis, quae Emis Patribus distributae fuerunt.

Quod vero ad dispensationem pertinebat in Consultatione casus dispensationis referebatur concessae a S. C. EE. et RR. die 16 Decembris anni 1831 cuidam Religioso Converso, qui in concubinatu vivebat, quinque liberos procreaverat, et in loco, in quo ipse cum muliere commorabatur, uti legitimi coniuges reputabantur. Sed prius actum fuerat summarie, et oeconomice de nullitate professionis ex defectu legitimi Superioris religiosam professionem acceptantis; et quamvis Emi Patres autumarent professionem irritam fuisse, tamen ad omnem dubitandi rationem removendam auctorante S. Pontifice commiserunt *Ordinario N.N. ut Fr. . . . laicum professum in ordine . . . ab emissis solemnibus votis . . . quatenus opus sit, dispenset.* In casibus enim, in quibus ad nullitatem declarandam gravia habeantur argumenta, et nonnisi aliquod dubium remaneat, ad omnimodam conscientiae tranquillitatem dispensatio ad cautelam aliquando concedi solet.

Propositis igitur in Congregatione generali habita die 3 Aprilis 1846, dubiis:

1. Se debba accordarsi la restituzione in intero nel caso?

Et quatenus affirmative

2. Se costi della nullità della professione nel caso?

Et quatenus negative

3. Se abbia almeno a supplicarsi il Santo Padre per una benigna dispensa dai voti nel caso?

Emi Patres, referente Emo Acton, rescripserunt:

Ad 1. 2. et 3. Attentis peculiaribus circumstantiis supplicandum SSmo pro gratia dispensationis cum solitis clausulis et conditionibus.

Et facta praemissorum relatione SSmo D. N. Gregorio PP. XVI in audientia habita die 24 Aprilis 1846, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit; ac propterea Ordinario Militen. facultatem benigne concessit, Oratori, praemissa dispensatione super aliis votis in sua professione emissis, commutandi votum castitatis ad effectum dumtaxat matrimonii, servatis servandis, legitime contrahendi, in sacramentalem confessionem semel quolibet mense, et in alia pietatis vel poenitentiae opera a praelaudato Ordinario definienda, ita tamen ut si mulieri, cui nupserit, supervixerit, eodem castitatis voto ut prius obligatus remaneat. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

3 Aprilis 1846.

ROMANA EMPHYTEUSIS

Super oblatione vigesimae.

Apud theatrum Pompei extollitur domus, quam anno 1610 Benignus Benigni reliquit patriae suae *Vissi* municipio, ut eius reditus in causam piam impenderentur. Quamvis haec domus satis ampla, et apothecis instructa, tamen locata fuerat Vincentio Pericoli annua pensione scut. 80. Conductor Municipibus Roma absentibus nunciavit domum undequaque rimas agere, et ruinam minari, et illius domus incolas festinanter expellisse. Municipes exterriti ab immani impensa reparationum consilium coeperunt alienandi prorsus domum, vel in emphyteusim concedendi. Ut hoc suboluerunt Fratres Prosperi, quorum aedes dictae domui ex utroque latere adhaerent, sese paratos exhibuerunt ad emphyteusim ineundam ad tertiam generationem masculinam annuo canone scut. 90, salvo iure vigesimae, et sextae. Conductor vero Pericoli illarum aedium possessionem inhians suasit Municipibus, ut sibi domus in emphyteusim concederetur cum pactis, et oneribus a Fratribus Prosperi propositis, sed sine lege vigesimae, et sextae.

Procurator Municipii S. C. EE. et RR. nulla facta mentione oblationis Fratrum Prosperi, adiit, ut contractum cum Pericoli incundum Apostolico beneplacito firmaret. S. C. supplicem libellum remisit Emo Urbis Vicario *pro informatione, et voto, praeviis edictis, et peritorum aestimatione.* Peritus deputatus canonem constituit in summa scut. 80, et Emus Urbis Vicarius de evidenti utilitate contractus ex periti iudicio suasus, omissa edictorum affixione, ad S. C. retulit, contractum evidentem praeseferre utilitatem, ideoque approbari posse. Interim Procurator Municipii aliis precibus instabat, reparationum necessitatem urgere, Oblatorem Pericoli posse a contractu resilire, ideoque enixe dispensationem super experimento vigesimae, et sextae expostulabat.

S. C. rescripto diei 20 Decembris 1844 *annuit arb. Emi Urbis Vicarii, constito de evidenti utilitate pro emphyteusi ad tertiam generationem masculinam favore Vincentii Pericoli cum dispensatione a vigesima et sexta, si ita Emus Urbis Vicarius in Domino iudicaverit, non minori annuo canone scut. 90 cum expressis pactis, et conditionibus, dummodo ob praefatum contractum, vel illius occasione nullus ex inquilinis ab Emphyteuta e dicta domo eiiciatur idque Emphyteuta ipse in forma iuris valida promittat. Per Bullas* (1). Litterae igitur apostolicae *sub plumbo* su-

(1) Ut agnoscatur praxis S. Cong. circa expeditiones litterarum Apostolicarum, quas in suis rescriptis praescribere solet quando agitur de emphyteusis contractibus, haec notanda sunt. Primo quidem omnibus constat speciali modo prohibitam esse concessionem bonorum Ecclesiae in emphyteusim perpetuam, ut liquet ex *auth. de non alien. aut permutan. reb. Eccles. Auth. de alien. et emph.* relata ab Irnerio *in Auth. hoc ius porrectum C. de Sacros. Eccl.* et etiam collata fuerunt a Gratian. *in eius decreto 10. q. 2. can.* ea enim §. *hoc ius et seq.;* et confirmata a SS. Canonibus, ut habetur in *cap. final. de reb. Eccles. non alienand.* Gonzalez *ad cap. 1. de his, quae fiunt a Praelatis.* Etiam in Concilio Romano 1725 celebrato idem statuitur *titut. 19. cap. unic.,* quod referre praestat una cum aliis scitu necessariis circa emphyteusis, et locationis contractus bonorum Ecclesiae, et locorum piorum nempe decernit: *Ne immobilia . . . a quovis sive ordinaria, sive apostolica auctoritate ad longum tempus ultra triennium vel quatriennium uti oliveta, locentur, vel in emphyteusim, NUNQUAM TAMEN PERPETUAM, concedantur, nisi evidens plane, in eorum* (nempe Episcoporum) *curia probanda concurrat utilitas et alia serventur, quae in Extravagante AMBITIOSAE . . . demandantur, his insuper clausulis . . . quod scilicet concessio fiat absque spe renovationis; et concessionis tempore expleto, bona ipsa cum suis membris, iuribus, et pertinentiis, nec non et meliorationis, desuper pro tempore quomodolibet factis, ad Ecclesias, et loca pia . . . ad eorum dispositionem pleno iure, atque omnino libera, vacua et expedita relinquantur.*

Ne, huius occasione locationis, vel in emphyteusim concessionis, aliquid, sub contractus nullitatis poena, pro laudemio, seu pro primo, ut aiunt, ingressu, a quoquam recipiatur, ex quo Ecclesiis, piisque locis praeiudicium fiat, vel iustus annui canonis valor decrescat, aut imminuatur.

Ne, completo concessionis tempore, aliove casu adveniente devolutionis, locatio, seu in emphyteusim concessio ad eiusdem conductoris, vel emphyteutae, suaeve fa-

per relato rescripto expeditae ac Emo Urbis Vicario ad illarum exequutionem obtinendam exhibitae fuerunt, qui paulo post decretum executorium subscripserat, et in eo erat, ut illud Tabellioni suae Curiae traderet ad effectum decretum ipsum partibus tradendi; cum Fratres Prosperi, qui frustra edictorum affixionem pro vigesima, et sexta expectaverant, ad

miliae, vel haeredum favorem renovetur (iis tamen locis exceptis, in quibus non asserta, sed vite, ut recte probata, legitima adsit consuetudo renovandi; vel apostolica ad hoc indulta, aut privilegia expresse concessa reperiantur) . . . Reliqua legi possunt in eiusdem Synodi actis. Hinc Card. Petra in *Comm. ad Constit. Apost. Tom. 5. pag. 428* edit. romana anni 1726 habet: *Verum in hac re praxis est, ut non concedatur beneplacitum pro concessione in perpetuum etiam cum minimo canone, sed recurritur ad Sedem Apostolicam, imo neque datur per Sacras Congregationes, sed per Papam ex Dataria cum litteris Apostolicis.*

S. Cong. EE. et RR. in expediendo beneplacito Apostolico pro concessionibus in emphyteusim hanc metodum servare solebat. Quoad emphyteusim, vel locationem perpetuam quando agitur de canone, qui non excedit summam scut. 12 monetae romanae in rescriptis dispensat ab expeditione litterarum Apostolicarum: si canon dictam summam superet, sed non excedat summam scut. 18 indulgebat, ut loco litterarum Apostolicarum *sub Plumbo* expediantur litterae Apostolicae in *forma Brevis;* ultra vero dictam summam scut. 18 praescribebat expeditionem litterarum Apostolicarum *sub Plumbo.*

Quoad emphyteusim, aut locationem ad tertiam generationem vel ad annos 99 fit expeditio beneplaciti per simplex rescriptum usque ad canonem scut. 12 inclusive; pro canonibus vero maioribus praescribebatur expeditio litterarum Apostolicarum respective prout supra expositum est pro emphyteusi perpetua. Relate ad locationes ad 29 annos expeditio fit per simplex rescriptum. Huiusmodi praxis confirmata fuit a Bened. XIV. per rescriptum diei 26 Februarii 1744. Vide in Arch. *regestrum Monialium sub die 31 Ianuarii 1744,* et *tom. I. Mon. num. 791;* nec non rescriptum *diei 20 Ianuarii 1745 in regestro Episcoporum Rom. 15 Ianuarii 1745.*

Verum Leo XII. S. M., ut faciliores huiusmodi contractus redderet, licet firmum enunciatum usum, et dispositionem voluerit, tamen facultatem tribuit S. Cong. EE. et RR. in rescriptis expediendis pro casibus peculiaribus ex speciali gratia concedendi dispensationem super expeditione quarumlibet litterarum Apostolicarum quando canon summam scut. 25 non excedat; commutandi expeditionem litterarum Apostolicarum *sub Plumbo* in litteras Apostolicas *in forma Brevis,* si canon non excedat summam scut. 50; firma obligatione pro canone maioris summae apponendi in rescriptis clausulam quod expediri debeant *Bullae,* seu *litterae Apostolicae sub Plumbo.* Vide rescriptum *diei 20 Ianuarii 1826 in regestro Episcoporum* « *Roma* » *Tassa da stabilirsi.* — Exinde tamen non sequitur S. Cong. posse quemcumque emphyteusis contractum approbare; nam emphyteusis perpetua transitoria ad quoscumque raro permittitur, et praevio oraculo SSmi beneplacitum expeditur: contractus emphyteusis ad lineam masculinam, aut etiam foemininam expediri potest iuxta extraordinarias facultates usque ad canonem scut. 500, secus ad SSmum referri debet.

Sed ab expeditione litterarum Apostolicarum exempti sunt Regulares quorum contractus per simplex S. Cong. rescriptum approbantur ex decreto Urbani VIII diei 7 Septembris 1624. Exempti pariter sunt S. R. E. Cardinales, nam S. Cong. *die 19 Septembris 1738 decrevit supplicandum SSmo pro extensione indulti, quo gaudent Regulares, ad Sacrum Collegium, et die 20 eiusdem mensis SSmus benigne annuit:* vide regestrum Episcoporum verbo « *Roma* » *Esenzione dei Cardinali dalla spedizione de' Brevi, e Bolle nei contratti enfiteutici.*

Emum Virum convolarunt, et patefactis iis, quae occultata fuerant, sese promptos declararunt ad augendum canonem usque ad summam scutatorum centum quadraginta cum iisdem pactis, et oneribus ab oblatore Pericoli assumptis. Emus Urbis Vicarius haud haesit, ut novam hanc oblationem reciperet, atque interim inhiberet ne decretum executoriale litteris Apostolicis oppositum priori oblatori traderetur. Verum oblator Pericoli acriter restitit, et ad Summum Pontificem reclamavit, ut Litterae Apostolicae executioni omnino mandarentur. Re ad S. C. ablegata iuris ordine servato dirimenda, Emi Patres commiserunt Emo Urbis Vicario, ut alium peritum deputaret, qui de aedium statu, eorumque praesertim reditu referret; atque iustum canonem praefiniret. Novus peritus de omnibus accurate retulit, et detractis omnibus detrahendis, annuum canonem in scutatis 120 et obul. 50 praefinivit. Municipium relictis Pericoli partibus, oblationi Prosperi favebat.

Quibus peractis sequens dubium in partium contentione concinnatum fuit:

An sit locus executioni litterarum apostolicarum, seu potius oblationi vigesimae in casu?

Patronus Municipii contra oblatorem Pericoli plura, quae hic summatim referuntur, deducebat.

In casu ipse aiebat, deficit *evidens utilitas,* quin imo adest laesio; canon enim non ex fundi valore prout in prima peritia factum est, sed ex annuo eius fructu seu reditu desumi debet: ita S. Rota in Romana laesionis 1 Iunii 1840 coram Alberghini « Nam ex iure novissimo canon » ecclesiasticus non pretio rei emphytheuticae desumi debet, sed a re» ditu, sexta dumtaxat parte detracta » et « ex locationibus non proba» tur verus annuus fructus, et affictus, cum fieri possit, ut quis locet » pro minori pretio ratione amicitiae » . . . Gratian. discept. 600 n. 4. Reditus iustus est is, qui peritorum iudicio communiter percipi potest, ita ut a perito « ob oculos haberi debeat locus, et regio » S. Rota *in Romana laesionis* 21 *Ianuarii* 1782 *coram Riminaldi.* Reprobanda ergo erat prior peritia, quae desumpta fuerat ex responsione locationis sine alia investigatione; et canon minor iusto cum loci pii damno perciperetur contra doctrinam traditam a Card. De Luca de alien. disc. 1 num. 44: « Debet enim esse utilitas certa, non autem incerta, et adeout Ecclesia » plus percipiat alienando, quam retinendo, unde non sufficit quod non » sit in damno, nisi lucrum percipiat ».

Quae quidem, prosequebatur Patronus, maiorem vim habent in casu, in quo non agitur de contractu rescindendo, sed ineundo tam ob illius naturam, qui scripturam *de substantia* requirit; quam ob peculiare privilegium Loci pii, cuius contractus nulli ipso iure sunt, ac *pro infectis*

habentur, donec superaccedat, atque executioni beneplacitum Apostolicum demandetur. Hinc Fulgineus de iuris emphyt. praed. quaest. 14 num. 26 habet « Infertur etiam quod licet resilire a contractu emphyteutico, et » poenitere ante confectum instrumentum, quia cum iste contractus de » necessitate legis requirat scripturam, ante eam confectam, licita est » poenitentia ».

Insuper deest legitimum decretum executoriale, quod omnino requiritur, ut res *non amplius integra* dicatur, etsi ageretur de contractibus, qui *de substantia* scripturam non requirerent. S. Rota in Forolivien. vigesimae 22 Martii 1784: « Certe de Ecclesiis obtinet, ut illae intelligan- » tur rem non reliquisse integram melioribus dandis, recipiendisque obla- » tionibus, si aut venditionis celebraverint instrumentum auctorante de- » creto exequutionis beneplaciti apostolici antea impetrati ad eamdem » venditionem; seu postquam ab Ecclesiis venditionis instrumentum ini- » tum est, huic accesserit non modo Apostolicum beneplacitum, verum » etiam ipsius beneplaciti rite, ac solemniter per Delegatum gesta exe- » quutio . . . Quum exequutio eiusdem beneplaciti adhuc superest im- » plenda, res ideo integra esse non desinit; et proinde Ecclesiae possunt » meliores recipere oblationes ex privilegio . . . Nam eis perutile est » tempus quod intercedit inter Apostolici beneplaciti impetrationem, ce- » lebrationemque illius exequutionis ».

Rotae decisionibus consonat S. C. C. in *Firmana emphyt.* 10 *Maii* 1794, in *Pisauren. emphit.* 18 *Martii* 1820, et in *Placentina deliberationis, ac praelationis* 9 *Septembris* 1786, in *Senogallien. emphyt.* 15 *Septembris* 1792.

Addebat Patronus Municipii non solum in themate non esse stipulatum publicum instrumentum, sed ne latum quidem decretum executoriale litterarum Apostolicarum. Licet enim Emus Vicarius illud iam exaraverat, atque etiam subscripserat; nondum tamen illud publicaverat, seu adversario tradiderat cum nova Fratrum Prosperi oblatio supervenit; imo nondum a Secretario subscriptum fuerat, igitur adhuc erat actus privatus, et imperfectus, qui ideo nil ponit in esse, nam docente Card. De Luca part. 1 de Iudiciis disc. 36 num. 8. « Non sufficit autem scriptura, nisi » quoque Iudex sedendo pro Tribunali atque in forma iudicii, eam ore » proprio legat, et proferat, cum alias scriptura futurae sententiae prae- » parationem continere valeat ».

Sed etiam ex damnata hypothesi admissa legitima executione litterarum Apostolicarum, beneplacitum Apostolicum in casu habendum est uti simplex habilitatio ad contrahendum, nullum enim intercesserat instrumentum, ideoque adhuc deerat partium consensus sine quo actus perfectus minime dici potest.

Fratres Prosperi libellum exhibuerunt, quo non solum scripturae defensionali Municipii adhaerebant, verum contendebant in casu non agi *de gratia facta*, sed *de gratia facienda*, litterae enim Apostolicae expeditae fuerunt *in forma commissaria*, ideoque tantum post legitime editum decretum executoriale vim habent, et sortiuntur effectum; et insuper easdem litteras subreptionis, et obreptionis vitio laborare, si enim vera exposita fuissent, Pontifex profecto minime annuisset, nisi supponi velit, Pontificem quae damnum, et detrimentum loco pio afferrent, esse probaturum.

At Patronus Pericoli omnino siluit, nec ullam allegationem distribuit; ideoque uti informantes coram S. C. institerunt dumtaxat Patroni Municipii, et Fratrum Prosperi.

Proposito igitur superius enunciato dubio in Congregatione generali diei 19 Decembris 1845, Emi Patres, referente Emo Acton, auditis informantibus tam voce, quam scriptis, rescripserunt *Pro informante*. Hac edita resolutione Patronus Pericoli novae audientiae beneficium obtinuit, suasque allegationes exhibuit, quas in summa capita perstringimus. Negat suum Clientem ingentis lucri captandi causa egisse; contendit iustum canonem vix in annuis scut. 58. 30 iuxta prioris periti aestimationem constitui posse; Municipes petiisse, et obtinuisse beneplacitum Apostolicum; quo expedito praesumi debere evidentem utilitatem loci pii, nisi contrarium probetur: et revera utilem esse canonem, qui respondet reditui, qui percipiebatur, detracta sexta parte; Iustin. Novell. 7 cap. 3. Authent. *Perpetua leg.* 14 *cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*. Zanchius *de laesione part.* 1 *cap.* 8 *num.* 97. decretum executoriale vim habere, nam actis traditum erat, et una tantum secretarii subscriptio deficiebat: Clientem omnibus conditionibus in litteris Apostolicis expressis sese conformasse: ne sit poenitentiae locus, sufficere beneplacitum Apostolicum etsi nondum executioni demandatum sit. « Aut beneplacitum apostolicum est » impetratum, quia nimirum supplicatio non modo signata est, sed etiam » registrata; et tunc neque Ecclesiae . . . licet poenitere, quamvis re» scriptum adhuc non fuerit per commissarios delegatos debitae execu» tioni demandatum »: Corrado *in praxi dispens. apost. lib.* 9 *num.* 40, Marescotto lib. 1 cap. 14 *variar. resolut. num.* 1, Gratiano *in discept. forens. cap.* 514 *num.* 7, Card. De Luca *Part.* 3 *de alien. dist.* 1 *num.* 113, S. Rota *Decis.* 372 *part.* 14 *Recent. num.* 8: oblationem a Fratribus Prosperi ad aemulationem datam fuisse, quae non debet admitti, nam Ecclesia *numquam se locupletare cum aliena iactura patitur*. Card. Petra *in Const. Apost. tom.* 1 *pag.* 85 *num.* 47: nihil in casu obstare contractum emphyteusis *de substantia* requirere scripturam ad eius validitatem, nam aliud est aliquem contractum perfectum esse, aliud par-

tes teneri ad illum perficiendum, emphyteusis enim sine scriptura stare non potest; possunt tamen partes sese obligare ad contractum rite ineundum, et perficiendum: tandem frustra Municipes vitium obreptionis, et subreptionis proferre, cum preces eorum nomine conscriptae fuerint ideoque illud allegare non possunt ne propriam allegent turpitudinem. S. Rota *decis.* 1034 *num.* 11 *coram Molines.*

Patronus Municipii novas exhibuit allegationes ad refutanda rationum momenta, quae Defensor Pericoli produxerat. Haec tamen praetermittenda censemus cum ad ea facile reduci possint, quae in priori scriptura producta fuerant, hinc unam vel alteram tantum animadversionem Patroni Municipii proferremus.

Negat ipse validam esse promissionem contrahendi contractum emphyteusis, quin instrumentum conficiatur, nam: « Nullum pactum, nullam » conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, » qui contrahunt lege contrahere prohibente; » lege 5 Cod. de legibus. Hinc Fulgineus quaest. 14 num. 26: « Infertur etiam quod licet resilire » a contractu emphyteutico, et poenitere ante confectum instrumentum, » quia cum iste contractus de necessitate legis requirat scripturam, ante » eam confectam licita est poenitentia ».

Allegat insuper decisionem Rotae *in Viterbien. emphyteusis coram Muzzarelli diei 9 Decembris 1839*, et ad eam explicandam mentionem facit de alia decisione in eadem causa *coram Alberghini* 4 Martii 1839, in qua legitur « sed quum gravate id Princeps tulisset, in eam demum » venit sententiam, ut existimaverit, se iudicio compellere renuentem homine posse ad instrumenti stipulationem. Hinc vadimonio indicto apud » Iudices Viterbii . . .. petiit, ut terminus Ioanni praestitueretur ad sti» pulandum instrumentum emphyteusis . . . Cessit porro res iuxta Prin» cipis vota. At diversum fuit hodie iudicium Sacri Nostri Ordinis. Quae» renti enim –

» An sit locus stipulationi instrumenti emphyteusis in casu? Patres » responsum dederunt: *Negative.* »

Ad conciliandas autem auctoritates hinc inde allatas quoad necessitatem exequutionis beneplaciti Apostolici, ut actus perfectus dici possit, aiebat, sufficere ad perfectionem actus ne locus detur vigesimae, et sextae, beneplacitum Apostolicum etsi non exequutum quando super aliquo contractu a loco pio instrumentum stipulatum est cum reservatione beneplaciti, quod deinde obtentum fuerit: non vero quando beneplacitum impetratum sit ante stipulationem instrumenti; tum enim ad contractus perfectionem exequutio Apostolici beneplaciti omnino requiritur, prout docet Card. Petra ad Const. 1. D. Leonis Magni tom. 1, sect. 3, pag. 84, num. 40. « Circa actus perfectionem certum est post perfectum actum, non esse locum

» poenitentiae, nec novae oblationi, sed ista perfectio nunquam datur in hoc » casu *(nempe subhastationis)*, nisi sit alienationis instrumentum cum beneplacito Apostolico iam obtento: nam si beneplacitum reservetur, tunc » semper erit locus addictioni, donec sequatur dictum beneplacitum, quod » dat formam, et robur actui: si autem beneplacitum fuerit concessum, » et non executum ab Executore, erit etiam locus novae oblationi, ita » etiam quoad actum factum cum legitimis solemnitatibus, intelligi debet quatenus actus sit perfectus cum beneplacito Apostolico executo ». Igitur sententiam Gratiani, et decisio Rotae ab adversario allata respicit alienationem factam cum reservatione beneplaciti Apostolici, Gratianus enim habet: « Nam si illa alienantur salvo, et reservato beneplacito Apo» stolico » et in decisione Rotae 372 pag. 14 ex recentioribus legitur: « Unde quamvis ante impetratum beneplacitum ab initio reservatum Ec» clesia possit poenitere, illo tamen obtento, non est amplius locus poe» nitentiae ».

Haec omnia proposita fuerunt in Congregatione generali habita die 3 Aprilis 1846, Emis Patribus, qui auditis partibus tam ore, quam in scriptis, referente Emo Acton, dubio:

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.?

Rescripserunt *In decisis.*

Huius causae prolixior relatio facta est cum agatur de quaestionibus, quae passim occurrunt, et quaedam exponantur generalia principia ad agnoscendum quando actus perfectus dici possit, ne locus poenitentiae admittatur, atque de publicatione, et efficacia decreti executorialis, deque regula iusti canonis praefiniendi, nec non de vi promissionis ad ineundum contractum, qui *de substantia* scripturam requirit.

Caeterum praxis, quam S. C. in alienationibus permittendis adamussim servat, continetur in decreto superius relato p. 67.

3 Aprilis 1846.

URBEVETANA

Beneplaciti Apostolici.

Episcopus Urbevetanus huic S. C. exponebat, in sua dioecesi usu receptum esse in emphyteusim dare ad tertiam generationem masculinam praedia ad beneficia et loca pia spectantia cum titulo *coloniae partiariae;* ac insuper huiusmodi contractus, utiles piis locis, auctoritate dumtaxat Ordinarii perfici. Porro dubitans ipse utrum liceat Episcopis Urbevetanis huiusmodi contractus *coloniae partiariae* iuxta illius Dioecesis usum approbare, an vero necessarium sit Apostolicum beneplacitum, postulabat

sanationem praeteritorum contractuum; et ob varias rationes, quas in medium affert, postulabat speciale indultum, saltem ad tempus, vi cuius valeat permittere huiusmodi contractus sine beneplacito apostolico. Episcopus a S. C. requisitus, ut referret « de qualitate praefatorum contra» ctuum, de consuetudine servata, et de aliquo privilegio fortasse suis » praedecessoribus concesso, » plene satisfecit S. C. postulatis. Exposuit scilicet naturam talium contractuum, et conditiones quibus perficiuntur nempe « Sogliono i Luoghi pii dare a colonía i rispettivi fondi rustici ai » Contadini coll'obbligo 1. di coltivarli da buoni e diligenti Coloni: 2. di » avere ogni dipendenza anche nella stessa coltura dai Padroni: 3. di » dividere il prodotto a metà, o a terzo, ed anche a quarto secondo la » diversità del terreno: 4. che tale Colonía abbia luogo a terza genera» zione mascolina . . . Per questi contratti si stipulano istromenti colla » clausola, che mancandosi dai Coloni ad alcuno degli obblighi assunti, » s'intendano rescissi *ipso facto* . . . Quindi pel decadimento non vi ha » bisogno di giudizio. . . . ma lo stesso padrone, provata la mancanza » de' patti, torna *propria auctoritate* al possesso del fondo ». His autem valde gravibus conditionibus, ipse asserit, libenter subiiciuntur agricolae intuitu conventae durationis contractus ad tertiam generationem. Ad consuetudinem quod spectat, declarabat, tales contractus fieri ab immemorabili tempore sola Ordinarii approbatione, absque ullo Apostolico beneplacito. Quoad privilegium aliquod fortasse concessum Episcopis Urbevetanis, fatebatur nullum reperiri vestigium; at decretum proferebat an. 1690 huius S. C., quae pro ferme simili specie contractuum, declaravit opus non esse Apostolico beneplacito (1).

(1) Ex facti specie. Parochus Dioecesis Urbevetan. exponebat « che tanto lui che i suoi antecessori, come anche i Padroni di terre sodive Laici hanno *ab immemorabili* date le dette terre ai particolari di monte Rabiaglia a migliorare con rispondere la quarta parte del frutto, che ritraggono da detti stabili, nei quali piantano le viti, e se il Padrone vuole poi levare la detta terra ai Lavoratori, può farlo a sua libertà quando gli piace con pagar loro solo li bonificamenti fatti, nè si costuma fare scrittura, o stipolazione alcuna, ma solo in parole si danno, e pigliano a coltivare. Inoltre se nelle dette terre nascono alberi de' frutti, questi sono del Padrone, nè vi ha che fare il Lavoratore, ma solo esso ha il frutto delle viti. Parimenti tutta l'erba, che vi nasce è del Padrone; se il Lavoratore vuole vendere il bonificamento, lo suol fare, ma colla licenza del Padrone. I Lavoratori non possono vendemmiare senza licenza del Padrone, ed in caso, che venga deteriorato il bonificamento fatto nel sodo, questo immediatamente senza costumarsi atto alcuno giuridico ritorna in potere del Padrone. Se il terreno migliorato riceve danno nel miglioramento per colpa del Lavoratore, allora il Padrone lo fa stimare, ed il Lavoratore ne paga il danno: onde non pagandosi canone dai lavoratori, o risposta fissa, come nell'enfiteusi, o affitto, non pare abbia titolo di concessione a migliorare, o di alienazione di concessione a migliorare, o di alienazione, enfiteusi, o affitto, ma pare che solo il padrone venga a permettere che le terre si migliorino, e coltivino per avvantaggiare la sua condizione, restando sempre presso

Si in his contractibus ageretur de fundis comprehensis in cap. *Terrulas*, nulla esset quaestio. Non agitur enim de emphyteusi perpetua, et Ordinarii facultatem habent permittendi, servatis servandis, alienationem rerum non excedentium valorem 25 scut. aureorum (consule Giraldi: Expos. Iur. Pontif. ad lib. 3. decret. sect. 444., c. V). At in casu quilibet fundus cuiusvis valoris comprehenditur.

Verum consuetudo tales perficiendi contractus in dioecesi Urbevetana, sola auctoritate Episcopi, ab immemorabili servata, ut idem Episcopus certo asserit, praesumptionem inducit privilegii specialis, aut plusquam centenariam consuetudinem supponit, vel saltem indicat non agi in casu de vera alienatione in Extravag. *Ambitiosae* comprehensa.

Ad quaestionem dirimendam, in Congregatione generali habita die 24 Aprilis 1846 proposita fuerunt tria dubia:

1. Se per i contratti di colonía parziaria, che si fanno nella Diocesi di Orvieto nel modo indicato, sia necessario il beneplacito Apostolico?

Et quatenus affirmative

2. Se si abbia a supplicare il S. Padre per una generale sanatoria de' contratti stipolati con la sola autorità dell' Ordinario?

3. Se convenga supplicare Sua Santità a degnarsi di concedere un indulto speciale, e con quali condizioni, e per quanto tempo a Monsig. Vescovo di Orvieto per permettere i contratti medesimi senza essere obbligato a ricorrere nei casi particolari?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

Ad 1. 2. et 3. Attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus non indigere.

24 Aprilis 1846.

AESINA

Super ingressu Confessariorum Sanctimonialium Virginum in clausuram; et super approbatione Superiorum Regularium Conventuum ad confessiones Christifidelium.

Eminentissimus Corsi Episcopus Aesinus huic S. C. haec dubia solvenda proposuit: 1°. Observat quod Ferraris verb. *Moniales* art. 5. n. 55. docet vetitum esse Confessores Sanctimonialium manere intra claustra ad

di lui l'assoluto dominio, ripigliandosi da chi le ha migliorate quando vuole, col pagargli però le fatiche, che vi ha fatte nel piantare le viti. Così non potendosi tal modo di contratto considerare come alienazione, non è stato mai solito d' impetrare il beneplacito Apostolico. Ciò non ostante il Parroco Oratore implora una dichiarazione. » Huic dubio responsum fuit die 1. Septembris 1690: « S. C. audita relatione Vicarii generalis Urbevetani, referente Emo Carpineo, censuit, ac declaravit, Oratorem in casu, de quo agitur, non indigere Beneplacito Apostolico. »

pernoctandum ingruente mortis periculo alicuius Monialis: quod e converso in civitate Aesina mos sit omnes Confessores Monialium pernoctare intra claustra cum medicus iudicaverit infirmam esse in mortis articulo; — quod novitas quaelibet hac in re aditum suspicionibus aperiret, quum nihil in contrarium extet. In alia epistola addebat Episcopus, praedictos Confessarios nedum manere, sed et solere somnum capere intra monasterii septa, quum aliquando necesse sit inibi diu manere. Quaerebat itaque utrum debeat servari solitum? — 2. Animadvertit quod idem Auctor ibidem num. 63 docet, Confessarium regularem numquam debere sine socio ingredi claustra; quod e converso in sua dioecesi existit *ab immemorabili* contraria consuetudo, et ferme impossibile sit habere semper socium religiosum. Quaerit utrum possit haec consuetudo retineri? — 3. Exponebat in nonnullis ordinibus Regularium, ad studia promovenda statutum esse, nullum Religiosum in Superiorem alicuius domus aut Conventus electum posse in suo officio permanere, nisi infra tempus praescriptum obtineat ab Ordinario facultatem seu approbationem ad audiendas Christifidelium confessiones. Quaerebat itaque quid Episcopo agendum sit cum illum inhabilem invenerit, et ex alia parte talis exclusio eius famam laedat, quippe excidat officio iam obtento?

Quoad duo priora dubia recolenda erant plura huius S. C. decreta, et Summorum Pontificum constitutiones, praesertim vero constit. Alexandri VII, quae incipit *Felici*, quae omnia ad illum finem edita fuerunt ut e claustris ea pericula prorsus amoverentur, quae tristis experientia, non esse tantummodo possibilia, ostenderat.

Consuetudo porro quae in contrarium affertur, praesefert ne omnes verae et legitimae consuetudinis characteres, an potius abusus existimanda? Consuetudo ab abusu discernitur ex hoc quod illa rationabilis sit, hic autem irrationabilis Cap. *Cum tanta*. Irrationabilis autem est consuetudo, *quae peccandi licentiam, aut occasionem praebet:* Layman l. I. tract. 4. c. 24.

Gravia nihilominus erant, quae Emus Episcopus in casu animadverterat quoad usum ibi introductum.

Quare in Congregatione generali habita die 29 Maii 1846 proposita fuerunt quatuor sequentia dubia:

1. Se possa l'Emo Vescovo di Iesi tollerare, che i Confessori tanto Secolari, che Regolari de' Monasteri pernottino, e dormano ne' Monasteri medesimi secondo il solito per assistere una qualche Monaca, che si trova in articolo di morte?

2. Se possa tollerare la consuetudine, che i Confessori Regolari entrino nei Monasteri senza socio?

Et quatenus negative

3. Se convenga supplicare Sua Santità, affinchè, attese le particolari circostanze, si degni concedere all' Emo Corsi uno speciale indulto?

4. Come debba regolarsi l'Emo Vescovo di Jesi allorchè non trova idoneo per essere approvato *ad Confessiones* un Religioso Superiore di un Convento, il quale se non fosse approvato, dovrebbe con pregiudizio della sua fama decadere dal proprio officio di Superiore?

Emi Patres, referente Emo Ostini, rescripserunt:

Ad 1. et 2. Ad Emum Praefectum, qui scribat Emo Episcopo Aesino ad mentem; mens est: che con una lettera privata gli scriva, che tolleri la consuetudine.

Ad 3. Provisum in antecedentibus (1).

Ad 4. Fungatur officio suo iuxta canones.

29 Maii 1846.

CONVERSANEN.

Institutionis et elationis ad dignitates.

Extat in *Rutigliano* oppido dioecesis Conversanensis quaedam Collegiata loci iuris-patronatus regii, quae pluribus Canonicis et Praebendatis coalescit. Episcopus Conversanensis, praevio regio assensu, in ea instituit *praebendas Canonici theologi et Canonici poenitentiarii* ex redditibus duorum Canonicatuum tunc temporis vacantium, et ex aliis proventibus ad communem massam pertinentibus Canonicum autem *theologum ad quartam, poenitentiarium ad quintam Capituli dignitatem evexit.* Decretum insuper edidit quo poenitentiario permisit audire *confessiones fidelium utriusque sexus nostrae* (ait ipse) *iurisdictioni subiectorum.* Huic decreto, seu Bullae Episcopi acriter sese opposuit Capitulum Cathedralis Ecclesiae, non quidem in ea parte, quae institutionem Canonici Theologalis respicit, sed dumtaxat relate ad reliquas partes; autumabat enim iura et praeeminentiam Capituli Cathedralis laedi per institutionem Canonici Poenitentiarii eo vel magis, quod Praebenda Poenitentiarii ad dignitatem evecta fuerit.

Post plures eiusdem Capituli recursus etiam ad Regis administros quaestio ad hanc S. C. delata est, quae audiri mandavit tum Episcopum, eiusque Promotorem Fiscalem, tum Capitulum Cathedralis et Collegiatae, quae scripto iura sua coram S. C. protulerunt.

Haec quoad factum, relate vero ad ius iuvat tantum referre quid iuris constituerit Innocentius III. cap. « Praecipimus tam in Cathedrali-

(1) Vide etiam instructiones quoad Confessarios, qui ad assistentiam Monialium vocantur pag. 301, 329, et 347.

» bus, quam in allis Conventualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos » Episcopi possunt coadiutores et cooperatores habere, non solum . . . . . » verum etiam in audiendis confessionibus, et poenitentiis iniungendis ».

Porro auditis partibus tam voce quam scripto in Congregatione generali habita die 18 Septembris 1846 sequens propositum fuit dubium:

An et quomodo servanda sit bulla Episcopi Conversanensis in casu?

Emi Patres, referente Emo Polidori, rescripserunt:

Ad 1. partem affirmative quoad erectionem poenitentiariae, facto verbo cum SSmo. Ad 2. partem quoad elevationem officiorum ad dignitatem, non expedire. Ad 3. partem, quoad facultatem, reformandam esse bullam ad instar poenitentiariae Ecclesiae Cathedralis, sublata nempe limitatione, qua poenitentiarii facultas audiendi confessiones restringitur ad fideles Episcopi iurisdictioni subiectos.

Et facta praemissorum relatione SSmo D. N. Pio PP. IX. in audientia habita die 25 Septemb. 1846, SSmus resolutionem S. C. approbavit et confirmavit.

19 Septembris 1846.

VERULANA

De confirmando vel infirmando decreto edito quoad servitium chorale.

Cum Verulanus Episcopus sacram suae dioecesis visitationem perageret; et in Ecclesia Frusinonis controversiam invenerit quoad epistolae lectionem in Missa conventuali cum cantu, quae absque ministris celebrari solet, et quoad sacras lectiones in horarum canonicarum recitatione, ut paci, et tranquillitati illius Capituli consuleret, hoc edidit decretum: « Lectiones primi nocturni Canonicus ultimus, seu recentior in canoni- » catus possessione ex iis, qui actu choro intersunt; illas secundi nocturni » Canonicus penultimus; et Canonicus penultimo proximior illas tertii no- » cturni semper perlegat. Ab ultimo Canonico pariter perlegenda erit epi- » stola in Missis Conventualibus, aliisque Missis cum cantu sine Ministris. » Hac super re animadvertendum est quod Canonicus coadiutor respectu » aliorum Canonicorum semper ultimus sit censendus, quamvis antiquior » ratione servitii, et nonnisi in alios Canonicos Coadiutores recentiores » praeeminentiam obtinere poterit ».

Contra huiusmodi decretum Angelus Marini Canonicus Coadiutor apud hanc S. C. quaestus est, quippe quod aiebat, gravia sibi onera ad se non pertinentia imponeret.

Rogatus Episcopus de informatione et voto respondit, decretum il-

lud in immemorabili Collegiatae Frusinonis consuetudine fundamentum habere: quod a cunctis Canonicis et a Promotore fiscali confirmatur.

Episcopus igitur, et Capitulum immemorabili consuetudini innitebantur. At Coadiutor Marini quoad cantum Epistolae proferebat rubricam Missalis, in qua legitur « Si quandoque celebrans cantat Missam sine » Diacono, et Subdiacono, Epistolam cantat in loco consueto aliquis Le» ctor superpelliceo indutus ». Et relate ad lectiones confugiebat ad Caeremoniale Episcoporum L. 2 cap. 6, in quo habetur: *Lectiones leguntur a Canonicis incipiendo a iunioribus ad seniores.* Ipse autem arbitrabatur inter Canonicos recenseri non posse, nam S. C. C. *in Colimbrien.* 16. Septembris 1606, habet « Coadiutor efficitur vere Canonicus » solummodo post mortem Coadiuti » et S. R. C. in Trullen. 21. Martii 1609. « Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum, licet teneatur » ad onera sui Coadiuti . . . Canonicus iunior iuxta consuetudinem » Ecclesiae debet supplere vices hebdomadarii absentis, vel impediti, et non » Coadiutor, licet sedeat post ultimos Canonicos ».

Iusuper Marinius consuetudinem reiiciebat, quia Bened. XIII. in Concilio Romano damnavit « contraria omnia . . . contra praescriptum » Pontificalis et Caeremonialis Episcoporum . . . non obstante im» memorabili consuetudine. . . . » Verum circa consuetudinem, quae in casu abusus dici nequit, quidquid in contrarium edicatur, legimus in Trident. sess. 22. De celebr. Missae: « Caveant ne Sacerdotes ritus alios, » aut alias coeremonias et preces in Missarum celebratione adhibeant » praeter eas, quae ab Ecclesia probatae, ac *frequenti* et *laudabili usu* » receptae fuerint ».

Itaque in Congregatione generali habita die 20 Novembris 1846 sequens propositum fuit dubium:

Se debba confermarsi, o piuttosto revocarsi il decreto emanato in Sacra Visita da Monsig. Vescovo di Veroli nel caso?

Emi Patres, referente Emo Simonetti, rescripserunt:

Affirmative ad 1. partem iuxta modum, nempe quoad lectiones officii servetur consuetudo; quo vero ad epistolam servetur rubrica Missalis sub num. 8.

20 Novembris 1846.

SARSINAT.

Super mediis providendi inopiae Ecclesiae parochialis.

Franciscus Ricchi, parochus S. Stephani in *Montejottone* Sarsinatensis dioecesis, S. C. exponebat existere in sua paroecia Cumulum tritici a pio quodam fundatore relictum in beneficium pauperum paroeciae, quod hieme

distribuitur familiis indigentibus, et aestate ab iisdem recipitur una cum augmento octo librarum pro centum et decem libris. Exponebat insuper quod opera italici gubernii factum sit, ut societas SSmi Sacramenti despoliaretur bonis, quibus providebatur vestibus sacris comparandis, oleo lampadis et Ecclesiae parochialis restaurationibus. Qua facta despoliatione oportuit, ut parochiani consulerent necessitatibus praedictis, cum parochus, deductis oneribus, congruam scut. 50. tantum possideat. Quapropter parochus, nomine etiam patrumfamilias eiusdem parocciae, postulabat, ut praefatus frumenti cumulus convertatur in fundum permanentem, atque fructiferum favore praedictae sodalitatis, quae sic valeat consulere necessitatibus fabricae Ecclesiae et sacris suppellectilibus.

Requisitus Vicarius generalis de informatione et voto, confirmabat exposita, sed referebat patresfamilias mutasse consilium, et modo omnes in eo convenisse, ut nulla facta cumuli alienatione, triticum quolibet anno iuxta primaevam praxim pauperibus distribuatur, percepto consueto auctuario, et constituatur sub dependentia parochi et sub Ordinarii auctoritate regularis huius legati pii administratio, annui reditus in praefatas suppellectiles sacras et Ecclesiae restaurationes erogentur, et si quid ex iis reditibus supersit, in augmentum ipsius cumuli cedere debeat.

Cumulus, de quo agitur, absque dubio, uti Mons Frumentarius reputandus erat. Inusitatum porro non est, ut necessitate urgente permittatur erogari fructus, qui ex huiusmodi Montibus proveniunt, in restaurandis Ecclesiis et in sacras suppellectiles comparandas, prout penes S. C. actum est in *Ferent. erect. Montis Frument.* die 20 Martii 1846 superius relata p. 82.

His prae oculis habitis in Congregatione generali diei 14 Decembris 1846 propositum fuit dubium:

In qual modo convenga provvedere ai bisogni della Chiesa parrocchiale di Montejottone nel caso:

Emi Patres, referente Emo Orioli, rescripserunt:

Affirmative iuxta votum Vicarii, et ad mentem: mens est: che si faccia conoscere, che tutto il lucro, oltre le spese, si ritenga come oblazione alla Chiesa.

Et facta praemissorum relatione SSmo D. N. Pio Papae IX in audientia habita die 8 Ianuar. 1847, SSmus resolutionem S. C. confirmavit et approbavit.

14 Decembris 1846.

SPOLETANA

Super iure retinendi scamni in Ecclesia.

Dominicus Baglioni ex Villa *di Azzano* dioecesis Spoletanae huic S. C. exposuit, propriam familiam semper retinuisse scamnum in parochiali Ecclesia. Cum autem omnia scamna ex dicta Ecclesia remota fuerint eam restaurandae causa, omnia tamen, praeter suum, restauratione peracta, in pristinum locum restituta fuere. Quapropter quum parocho et Archiepiscopo suum gravamen frustra exposuerit, ad hanc S. C. confugiebat, ut suum scamnum intra praefatam Ecclesiam reponeretur. Requisitus a S. C. Ordinarius, et Parochus, primus licet apertam claramque sententiam non pandidisset, tamen ex contextu contrariam proferre videbatur. Parochus vero adversabatur, quia scamnum Baglioni nullam inscriptionem praeferebat; Ecclesia reparata fuerat ad evellendos abusus, qui ex multitudine scamnorum irrepserant: reparata Ecclesia nova scamna simmetrice elaborata praescripta sunt, et decem assignata decem primariis familiis, inter quas familia Baglioni recenseri non poterat; alia sex assignata nonnullis familiis, ut iis in communi uterentur, usum tamen communem Baglioni respuerat, nec eius scamnum restitui poterat ob difformitatem, quae locum haberet; insuper non amplius locus existit, in quo illius scamnum reperiebatur; et absonum a iure omnino est ipsum dicti loci in Ecclesia dominum fuisse. At Baglionius acriter contendebat manutenendum esse in possessione scamni, quod semper habuisse testibus probare conabatur.

In iure vero cautum esse animadvertebatur, quod « usus sedilium, » quem laici habent in Ecclesia, provenit ex benignitate, tolerantia, et » gratia revocabili eiusdem, non autem iure, ex quo valeant, ipsa Ec- » clesia nolente, servitutem, seu quasi possessionem manutenibilem ac- » quirere. » S. C. Rit. in Fundana 5 Octobris 1697. Vid. Ferraris verbo *Ecclesia* art. 5. Et S. C. EE. et RR. die 28 Iunii 1583 declaravit: « Non si deve permettere quella proprietà dei luoghi, che alcuni si credono » avere nelle Chiese, quasi che loro fossero creditarî, come sono le cose » e le possessioni, che si comprano. » Vid. etiam Pignatelli T. 9. Consult. 447. num. 12.

E contra favere Baglioni videbantur quae docet Ferraris loc. cit., nempe « Si antiqua forma Ecclesiae immutetur in aliam structuram, se- » dilia, seu scamna laicorum in illa existentia reponi debent eodem or- » dine, quo reperiebantur, ante mutationem fabricae, vel in loco aeque » digno. » Quod etiam docet Ursaya T. 7. § 1 discept. 18; *Forosempronien. Scamni;* et alii tradunt.

Quare in Congregatione generali habita die 19 Decembris 1864 propositum fuit sequens dubium :

Se, e come, ed in qual luogo convenga permettere alla famiglia Baglioni di Azzano di riportare il banco nella Chiesa parrocchiale nel caso? »

Eñi Patres, Eño Polidori referente, rescripserunt.

Scribatur Archiepiscopo iuxta mentem : mens est : Che se si può dare al Baglioni un banco separato, si dia ; non potendosi, si dia il banco in comune con altri.. E ricusandosi il Baglioni, negative.

19 Decembris 1846.

TRAPPENSIUM GALLIAE

DECRETUM

Licet Monachi Cistercienses iam a saeculo XII. strictiores constitutiones profiterentur, tamen lapsu temporis eorum fervor ita remissus fuit, ut mitiorem disciplinam prosequerentur. Sed saeculo XVII. Ioannes Armandus de Bouthillier de Rancé Abbas Monasterii de Trappa nuncupati, monasticam in eo disciplinam reformavit, ut Monachi in Dei servitio, et antiqua Monastici instituti observantia ferventiores evaderent, et ad huiusmodi reformationem, quam Apostolica Sedes laude dignam tractu temporis declaravit, constabiliendam suas constitutiones concinnavit.

Verum plurimos post annos Monachus Augustinus de Lestranges e Gallia aufugiens ob perturbationes anno 1792 excitatas una cum viginti quatuor sociis confugit apud Vallem Sanctam in ditione Friburgensi, ibique rigidiorem reformationem invexit, suasque pariter Constitutiones adiunxit, quae tamen Apostolicae Sedis placito ratae minime fuerunt. Hinc exortae sunt duae Observantiae, quarum unaquaeque sua Monasteria habebat, suisque superioribus regebatur. Sed deinceps nonnullis visum est utrique observantiae profuturum si una constitueretur Congregatio, ac unius Superioris regimini subiiceretur, ut huiusmodi nexu melius consisterent, et facilius dilatari, augerique possent. Quapropter supplices preces ad Apostolicam Sedem datae fuerunt ad unicae Congregationis institutionem sub certis legibus impetrandam, et Monachi reformationis Vallis Sanctae profitebantur se a Constitutionibus Abbatis de Lestranges recessuros, et regulam Sancti Benedicti unice servaturos. Cum igitur rationes ex unitate regiminis instituendi desumptae non parvi momenti viderentur, atque exempla huiusce unionis in aliis etiam Regularibus Ordinibus praesto essent, unio utriusque Observantiae profecto probanda erat (1) : hinc auctorante Summo Pontifice ab hac S. Congregatione Eminentissimorum,

(1) In exordio huius decreti facta accuratiori modo relata sunt.

ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Negociis et Consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita latum est decretum die 3 Octobris 1834, quo Monasteria omnia Trappensium in Gallia in unam Congregationem constituebantur.

Hoc autem decreto executioni demandato, quaestio de qualitatibus et natura votorum exorta est, qua sedulo perpensa, Gregorius XVI. S. M. edixit vota Trappensium, quae a die 1 mensis Martii 1837 in posterum intra fines Galliarum Regni emitterentur tamquam simplicia habenda esse, donec aliter a Sede Apostolica statuatur. Ad vota vero antea emissa quod attinebat gravissimis ductus rationibus abstinendum censuit a quocumque iudicio circa eadem proferendo.

Rebus omnibus ita compositis nil aliud decernendum plane videbatur. Sed cum decreta Apostolicae Sedis non secundum eorum genuinum sensum accepta fuerint, et quaedam acta prolata, quae a nonnullis observantiae Abbatis de Rancé adversa putabantur, aliquot post annos factum est, ut nonnulli Monachi enixe peterent separationem utriusque observantiae in duas Congregationes. Horum votis interea temporis omnium Trappensium consensus accessit, haerebat enim eorum animis hoc tantum remedio pacem servari posse.

Haec quidem magni ponderis visa sunt, ut diligenter perpendi deberent, nam etsi unio utriusque Observantiae expetenda prius fuisset, tamen cum commoti deinceps fuerint animi, neminem latebat ea media adhibenda esse, quae ad pacem tuendam, et animorum unionem ac tranquillitatem fovendam magis conducerent, posthabitis aliis, quae antea meliora putabantur,

Auditis igitur Episcopis singularum Dioecesum, in quibus Monasteria erecta sunt, attentoque consensu Vicarii Generalis, et communi Trappensium suffragio, nec non inspectis peculiaribus circumstantiis, quae post unionem supervenerant, Emi Patres Cardinales ex Sacra Congregatione Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita speciatim deputati in conventu habito die 23 Augusti 1846 censuerunt ea quae sequuntur, decernere, et statuere:

1. Monasteria omnia Trappensium in Gallia duas Congregationes efformabunt, quarum una antiquioris reformationis B. Mariae de Trappa, altera vero recentioris Reformationis B. Mariae de Trappa appellabitur. Utraque erit Monachorum Cisterciensium Congregatio, sed *antiquior* Constitutiones Abbatis de Rancé observabit, altera vero non Constitutiones Abbatis de Lestranges, a quibus ab anno 1834 recessit, sed regulam S. Benedicti cum primitivis Cisterciensium Constitutionibus a S. Sede approbatis observabit, salvis praescriptionibus, quae hoc decreto continentur.

2. Utrique Congregationi Moderator Generalis Ordinis Cisterciensis praeerit, et singulos Abbates confirmabit.

3. In Gallia utraque Congregatio suum habeat Vicarium Generalem omni potestate praeditum ad eam recte administrandam.

4. Id muneris in Congregatione recentioris Reformationis perpetuo coniunctum erit cum Abbatia antiqui Monasterii B. Mariae de Trappa, ita ut singuli illius Monasterii Abbates canonice electi potestatem simul, et munus Vicarii Generalis consequantur. Nihil autem in praesens decernitur de perpetuitate huiusmodi Abbatis in suo munere, sed Apostolica Sedes, defuncto hodierno Abbate, id statuet quod magis in Domino expedire iudicaverit, ac proinde in prima vacatione, suspensa electione Abbatis, statim certior fiat Apostolica Sedes, eiusque iudicium expectandum omnino erit. In Congregatione vero antiquioris Reformationis, singulis quinquenniis Vicarius Generalis a proprio Capitulo generali eligatur inter Abbates eiusdem observantiae.

5. Quotannis uterque Vicarius Generalis tum Capitulum celebrabit, reliquis suae observantiae Abbatibus, vel Prioribus Conventualibus accitis: tum singula Monasteria per se, vel per alium Abbatem visitabit. Monasterium vero Beatae Mariae de Trappa a tribus Abbatibus Monasteriorum Mallerariensis, Bellefotensis, et Aquebellensis visitabitur. Monasterium item, ex quo alterius Congregationis Vicarius Generalis assumptus fuerit, visitabitur a duobus Abbatibus in capitulo generali eligendis.

6. Quoad vota satis provisum est per Apostolicae Sedis decretum diei 1 Martii 1837.

7. Pareant decreto Congregationis S. Rituum diei 10 Aprilis 1822 super Rituali, Missali, Breviario et Martyrologio, quibus uti debebunt.

8. Labor manuum ordinarius aestivo tempore ultra sex horas, et ultra quatuor et dimidium reliquo anni tempore non producatur. Quod vero ad ieiunia, precationes, et cantum chori pertinet, aut S. Benedicti regulam, aut Constitutiones Abbatis de Rancé ex recepto more cuiusque Monasterii sequantur.

9. Quae articulo octavo constituta sunt, ea Praesides Monasteriorum moderari possint, et mitigare pro iis Monachis quos ob aetatem, aut valetudinem, aut aliam iustam causam aliqua indulgentia dignos aestimaverint.

10. Quamvis Monasteria Trappensium a iurisdictione Episcoporum exempta sint, ea tamen ob peculiares rationes, et donec aliter statuatur, iurisdictioni eorumdem Episcoporum subsint, qui procedant tamquam Apostolicae Sedis delegati.

11. Licet Monachi Trappenses per se ipsos eleemosynas ostiatim quaeritare nequeant, collectae tamen minime vetitae sunt, dummodo col-

ligantur a viris probis ab Episcopis delectis, vel saltem ipsis benevisis, exclusis Monachis.

12. Moniales Trappenses in Gallia ad has Congregationes pertineant, et earum Monasteria a iurisdictione Episcoporum non erunt exempta; cura tamen spiritualis uniuscuiusque Monasterii Monialium uni, aut alteri Monacho proximioris Monasterii committatur, prout hucusque committi consueverit. Monachos autem, quos idoneos ad illud munus iudicaverint, Episcopi deligant, atque approbent, et confessarios extraordinarios e clero etiam saeculari deputare poterunt.

13. Constitutiones, quas Moniales servare in posterum debebunt, iudicio S. Sedis subiiciantur.

Hoc decretum quod SSmus D. N. Pius Papa IX. in audientia habita a Domino Secretario S. Congregationis negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae die 28 Augusti 1846 approbaverat, in nova audientia habita die 5 Februarii 1847 in omnibus confirmavit, et servari mandavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium die 25 Februarii 1847.

5 Februarii 1847.

PARMEN.

Indulti pro Diacono incedendi in habitu laicali.

Titius a Parma anno 1833 professionem in Ordine Minorum Cappuccinorum Sancti Francisci experientiae expers inconsulto emisit. Ob mentis levitatem graviter animo angi coepit ita, ut aliquid detrimenti in intellectuali facultate praeseferet, et saepe saepius maniae signa exhiberet. Attamen hisce non obstantibus anno 1837 ad Sacrum Diaconatus Ordinem promotus fuit. Quin ipse solamen acciperet, necesse fuit eum anno 1838 in manicomium detrudere. Deinde anno 1842 indultum perpetuae saecularizationis consequutus est, et penes Canonicum fratrem suum confugit, sed frustra, nam paulo post in amentiam iterum incidit.

Ut fratri suo pene dementi Canonicus aliquo modo consuleret S. Congregationem adiit, eique exposuit praefatum iuvenem ob eius infirmae valetudinis causam viribus esse prostratum, et studiis omnibus ineptum, ac hanc incapacitatis ideam, quam Titius fixam in mente habet, obstare quominus ipse valetudinem consequatur: quod si negociis saecularibus vacare posset, id ei quammaxime profuturum Medicos existimare: ideoque Orator enixe S. Congregationem deprecabatur, ut fratrem suum Diaconum ad exercitium alicuius honestae professionis in statu, et habitu

saeculari retinendum habilitare dignaretur. Audito Ordinario, et voto medicorum tum circa statum valetudinis dicti Diaconi, quam circa spem recuperandae valetudinis, et utrum habilitatio admirationem populo afferre posset, exposita Ordinarius, et Medici confirmarunt, et primus etiam retulit nullum admirationis periculum pertimescendum esse cum infirmi status omnibus innotesceret.

In consultatione relatum fuit exemplum similis concessionis factae Subdiacono NN. Dioecesis Meliten. qui fraude et timore Patris Subdiaconatus Ordinem susceperat, eique requisita Ordinarii sententia, inspectisque peculiaribus adiunctis die 2 Martii 1838 sequens indultum concessum fuit « Sanctissimus annuit arbitrio Ordinarii, praevia etiam per » subdelegandum absolutione a censuris, et poenis ecclesiasticis ob praemissa incursis cum poenitentia salutari, pro petita facultate incedendi » in habitu modesto et decenti absque tonsura, et habitu clericali ; firma » tamen lege castitatis, et cum prohibitione exercendi Ordines receptos » et ecclesiastica beneficia retinendi, vel assequendi ; concessa eidem commutatione horarum canonicarum in alias pias preces ; et facta potestate exercendi licita et honesta negotia familiae suae nec non exercendi » aliquam decentem artem, vel professionem ; ita tamen ut renunciare » statim debeat titulo participationis in Ecclesia receptitia loci Filandari, » subrogato alio titulo congruae substentationis, super qua subrogatione » praelaudatus Ordinarius etiam dispensare poterit, constito de sufficientibus mediis substentationis. Contrariis quibuscumque etc. »

Proposito igitur dubio in plenario conventu diei 23 Aprilis 1847:

Se e come debba concedersi la grazia, che si domanda a favore del Diacono ex-cappuccino nel Caso ?

Emi PP. referente Emo Orioli, rescripserunt : Affirmative cum conditionibus expressis in causa Meliten. facto verbo cum SSmo.

Et facta de praemissis relatione in audientia habita die 30 Aprilis 1847, Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit. Contrariis etc.

23 Aprilis 1847.

VENETIARUM

Praecedentiae in Processionibus.

Patriarcha Venetiarum S. C. exponebat processioni Corporis Christi interesse utrumque Clerum Saecularem nempe, et Regularem ; et cum restituti fuerint in illa Civitate Religiosi Ordinis S. Dominici, et approbata a S. Sede Congregatio Clericorum Saecularium Scholarum charitatis,

exortam esse quaestionem circa praecedentiam inter praedictos Religiosos, et Alumnos memorati Instituti; illos quidem praecedentiam sibi vindicare, quia in omnes regulares ordines eam obtinent; alios vero ius praecedentiae habere eo quod sint Clerici saeculares, ideoque de clero Saeculari, qui prae Regularibus praecedendi iure potitur.

Auditis partibus Alumni dicti Instituti in medium proferebant sese, antequam Religiosi Ordinis S. Dominici restituerentur in processione locum habuisse immediate ante clerum saecularem, et post regulares familias cum veste talari nigri coloris super imposito scapulari a S. Sede approbato, nec non indutis superpelliceo, et bireto ad instar cleri saecularis, ac propterea in eodem loco manutenendos esse. E contra Religiosi S. Dominici cum ante suppressionem in processione incederent in loco, quem nunc dicti Clerici Scholarum charitatis tenent, contendebant in pristinum locum restituendos esse.

Verum cum dubium videretur praefatos Clericos ad Clerum saecularem spectare, utpote qui vota simplicia tantum emittunt, et ex ipsa institutione *Clerici Saeculares* appellantur nulloque exemptionis privilegio gaudent, et habitum Clericorum saecularium gestant, de illis quoad praecedentiam iudicandum arbitrabatur prout de Clero Saeculari. Porro S. R. C. die 3 Augusti 1602 decrevit « ut in generalibus Processioni» bus Fratres, seu Monachi, vel Ordines Regulares antecedant, et Pre» sbyteri seu Clerici Saeculares subsequantur, et ultimum locum tene» ant, nec mixtim cum Regularibus incedant »; et Clem. VIII in Const. incip. *Quae ad removenda* 5 Novembris 1603 declaravit « Cle» rum Saecularem in omnibus locis etiam in propriis Ecclesiis, Con» ventibus Patrum, Monachorum, et Religiosorum quorumcumque prae» ferendum esse, et praecedere debere. Hanc Clem. VIII Const. obser» vari mandavit Gregorius XV. an. 1622. »

Proposito igitur in generali Congregatione diei 3 Decembris 1847 dubio:

Se, ed in qual rango debbano incedere nelle pubbliche processioni in Venezia i Chierici secolari delle Scuole di carità?

Emi Patres, referente Emo Della Genga Sermattei, rescripserunt: Cum agatur de Clericis Saecularibus iis deberi praecedentiam prae omnibus Regularibus, quatenus ipsi intersint publicis processionibus cum superpelliceo, et bireto clericali.

3 Decembris 1847.

AMALPHITAN.

Usus privilegiorum.

Hac super re actum est in Consultatione superius relata proposita in Congregatione generali diei 9 Maii 1845. Verum Archiepiscopus S. C. significabat Canonicos abuti eius resolutione cum utantur etiam iis insigniis, quae iuxta S. C. rescriptum Dignitas Capituli Amalphitan. tantum deferre poterat: insuper rescriptum ipsum obreptionis et surreptionis vitio laborare cum Canonici factum a veritate absonum exposuerint, sibique ad falsitatem detegendam tempus defecisse. Et re quidem vera de asserto privilegio neque ex aliqua concessione, neque ex legitima consuetudine constare autumabat; non ex concessione, nam Bened. XIV in Bulla incipien. *Romanus Pontifex* anni 1742 statuit quod « Dignitates, » et Canonici rochetum, et mozzettam cum caputio nigri coloris... qua» libet alia habitus delatione sub poena nullitatis praesentis gratiae eis « interdicta » deferre possent nulla facta mentione de aliis insigniis, quae Canonici gestare praesumunt: non ex consuetudine, quam Capitulum non probat; et perperam Capitulum exponere sese afferre non posse documenta ob incendium tabularii Capitularis, quia incendium ipsum falso assertum est ex ipsa confessione Primicerii eiusdem capituli, qui Curiae testatus est Archivium, quod nunc existit, originem ducere ab anno 1414 Caligis coloris violacei, et annulo gemmato unus tantum Canonicus Stabioni temere usus est. Canonicus Antonius Corrado, qui in praesens decanus est, supplicem libellum S. C. datum, ne Capitulo displiceret, invitus subscripsit, sed falsitatis conscius indulto a S. C. obtento haud uti posse existimavit. Falsum est Canonicos in sacris visitationibus cum praedictis insigniis ad Archiepiscopum accessisse. Haec et alia Archiepiscopus exponebat. E contra Canonici totis viribus nitebantur colligere testium depositiones ad eorum asserta privilegia comprobanda; et instabant, ut resolutio S. C. eorum favore ampliaretur. Nuntius S. Sedis a S. C. hac super re requisitus animadvertebat, quod si causa ad tramites iuris definienda esset, iuridicus processus confici oporteret, ut de veritate depositionum, quae hinc inde afferuntur, rite iudicari posset, ex quo ob partium studia contentiones, et scandala orirentur: ideoque opinabatur prudentius fore, ut res aliquo modo componeretur nempe « di concedere in » via di grazia ai Canonici l' uso delle calze violacee, del fiocco, e col» laro di simile colore, facendo però loro deporre l' anello gemmato sic» come proprio dei Prelati maggiori, e concedendolo alla sola Dignità del » Capitolo. » Et deinde prosequebatur se confidere hunc conciliationis modum utrique parti fore satisfacturum.

Proposito igitur in generali conventu die 7 Aprilis 1848 dubio:

Se convenga revocare secondo il reclamo di Monsignor Arcivescovo il decreto de' 9 Maggio 1845 sull' uso dei privilegî del Capitolo di Majori; o piuttosto confermarlo, ed ampliarlo a forma della nuova dimanda di quel Capitolo; ovvero conciliare la questione nel modo proposto da Mons. Nunzio nel caso?

Emi Patres, referente Emo Orioli Praefecto, rescripserunt: Ex noviter deductis ad primam partem dubii « Affirmative iuxta modum inferius exprimendum: ad secundam Negative: ad tertiam iuxta modum: nempe Emus Praefectus scribat Archiepiscopo: tollendum prorsus esse abusum quoad omnes Capitulares gestandi annulum gemmatum, quod proprium est solummodo Praelatorum maiorum; in reliquis concedi ex speciali gratia tum Canonicis, tum Dignitatibus usum collaris violacei, et flocci eiusdem coloris in pileo, concesso etiam usu Caligarum violacearum infra fines Archidioeceseos. »

7 Aprilis 1848.

FULGINATEN. ET SPOLETANA

Reportationis rescripti.

Constantina Gentili Spinola Fulginatensis probanda in Monasterio S. Mariae a Monte loci Bevagna dioecesis Spoletanae summopere cupiebat in eodem monasterio religiosam professionem emittere; sed deficientia dotis ob familiares angustias obstabat. Hinc eius Pater Caietanus Gentili, et Caesar illius filius S. C. exposuerunt ipsos haud posse monasticam dotem in summa scut. 300 statim persolvere, sed paratos esse ad constituendam dotem sine numerata pecunia cum obligatione Monasterio annuum fructum persolvendi.

Deinde Constantina Gentili supplicem libellum eidem S. C. exhibebat exponens patrimonium paternum oeconomo suppositum esse, matremque suam in Manicomio reperiri, ideoque de eius bonis dotalibus minime disponi posse; quapropter enixe Sac. C. deprecabatur, ut loco dotis cedere valeret Monasterio iura, quae in paternam, et maternam haereditatem sibi competere possunt cum sola matris dos ad summam scut. 1500 pertingat, ad quam Oratrix, et eius frater tantum ius habent. Petitioni oratricis consensus monialium accesserat; quapropter die 9 Iulii 1839 « S. C. attenta relatione Archiepiscopi Spoletani benigne eidem commi- » sit, ut veris existentibus narratis, et dummodo nullum detrimentum » patiatur status oeconomicus monasterii, ac in oratrice omnia necessa- » ria requisita concurrant, petitam facultatem pro suo arbitrio, et con-

» scientia impertiatur, ad hoc ut eamdem ad habitum peracta probatione » et suo tempore ad professionem admitti possit absque effectiva solu- » tione dotis, iuribus reservatis favore Monasterii Oratricis super bonis » patrimonialibus patris, et matris, ita tamen ut monialium consensus » capitulariter per secreta suffragia praestandus accedat, et in reliquis » omnia pro monachandis religiose serventur ». Hoc rescriptum exequutioni demandatum fuit, et dein stipulatum a Constantina servatis solemnitatibus, instrumentum cessionis iurium favore Monasterii: quo facto professionem emisit. Postea die 20 Iulii 1841 eius mater mortua est.

Monasterium in ius Caietanum Spinola, et eius filium vocavit coram Tribunali laicali Fulginatensi ad assequendam medietatem dotis matris defunctae, et fructus a die illius obitus. At rei conventi uti volebant exceptione contra relatum rescriptum quasi obreptionis, et subreptionis vitio laboraret; quapropter anno 1847 veniam expostulabant a S. C., ut hanc exceptionem coram tribunali proferre valerent (1).

Probare autumabant vitium obreptionis, et subreptionis hisce rationibus. Rescriptum emanatum fuit insciis prorsus instantibus, qui demonstrare poterant petitionem falso inniti fundamento, nempe falso assertum fuisse patrimonium paternum par non esse ad dotem scut. 300 subministrandam; etenim res antea concordata fuerat cum Monasterio ad persolvendam dotem. Addebant Constantinam esse iuvenem inexpertam, quae fortasse decepta eo adducta fuit, ut summam dote maiorem in familiae damnum Monasterio concesserit; ideoque ut rescriptùm e medio tolleretur enixis precibus efflagitabant.

E contra Monasterii defensor contendebat nullum in themate vitium irrepsisse. Et revera Constantina supplex S. C. adiit non ut ei venia concederetur cedendi sua iura Monasterio; ad hoc enim nulla indigebat facultate, sed ut Monasterium cessionem iurium pro dote, et expensis acceptare posset. Nec patris consensus requirebatur cum ex iuris dispositione iura Novitiae, nisi eis renunciaverit, Monasterio, emissa professione, cedant. Patrimonium vero paternum impar esse ad dotis solutionem ex supplici libello Caietani, et Caesaris Gentili constabat, nam ob

(1) Nemo potest cognoscere an litterae apostolicae obreptitiae, vel subreptitiae sint sine venia Summi Pontificis, nempe sine *aperitione oris;* nam in iisdem litteris solet apponi *decretum irritans,* et clausula *sublata.* Etiam rescripta Sacrarum Congregationum obstaculum ponunt, quominus Iudices possint contra illorum tenorem iudicare. Hinc quando rescriptum aliquo vitio laborare potest, petitur a S. C. *reportatio,* uti aiunt, *rescripti,* idest ut rescriptum revocetur, et e medio tollatur. Hac super re proponitur quaestio in plenario conventu S. C. auditis partibus, nam agitur de iure tertii, et debet probari causa obreptionis, et subreptionis. Aliquando S. C. cognoscit etiam causam quoad meritum pro qualitate rei, de qua disceptatur; aliquando annuit pro reportatione rescripti, et cognitionem causae quoad meritum Iudici Ordinario remittit.

statum oeconomicum familiae dilationem ad dotis traditionem expostulabant; idque confirmabatur ex supplici libello Caesaris, et Constantinae, quo anno 1836 a SSmo petebant dari curatorem matri ut eius dos a Patris patrimonio ad inopiam vergente separetur. Tandem contendebat instantes nullum reclamandi ius habere, cum res inter Monasterium, et Constantinam dumtaxat acta fuerit.

Quibus positis tota controversia eo reducitur, ut decernatur an Monasterio ius tantum ad dotem scut. 300 cum fructibus et compensatione expensarum, quae a Monasterio pro novitiatu, et professione Constantinae factae sunt, prout Episcopus Fulginaten. Saltem ex aequitate opinatur, vel ad idem Monasterium omnia iura spectent, quae Constantina in patrimonium paternum, et maternum habebat.

Proposito igitur in Congregatione generali diei 9 Iunii 1848 dubio:

Se vi sia luogo alla riportazione del rescritto del 9 Luglio 1839 per vizio di orrezione, e surrezione all' oggetto, di cui si tratta; o piuttosto per porre un termine alla lite si abbia ad approvare il progetto proposto da Monsig. Vescovo nella sua relazione?

Emi Patres, referente Emo Vannicelli, rescripserunt:

Negative ad utramque partem, et ad mentem: mens est: quod res deferatur ad Emum Ponentem pro conciliatione ineunda cum facultatibus necessariis, et opportunis.

9 Iunii 1848.

SPOLETANA

Erectionis fontis Baptismalis.

Parochus loci « *Cantalupo* » Dioecesis Spoletanae exposuit S. C. erectam fuisse anno 1729 Paroeciam eo in loco, eoquod illud oppidum ab alio, quod Bevagna nuncupatur, nimis distaret, et difficile praesertim hyeme esset iter. Deinde enixe postulabat, ut in sua Paroecia fons Baptismalis erigeretur, cum id populus summopere desideret; periculum vitae immineat infantibus, si ad Baptisma suscipiendum ad Bevaniam transferri debeant; et graves difficultates occurrant ad fides baptismatis, et aetatis habendas. Archiepiscopus Spoletanus de obitu testabatur nonnullorum infantium ob accessum ad fontem baptismalem Bevaniae, et erectionem fontis in loco *Cantalupo* necessariam existimabat, ac propterea illius erectionem in sacra visitatione decreverat. Etiam Prior Capituli Bevaniae, qui curam animarum exercebat, et Vicarius foraneus precibus Parochi favebant. At Capitulum erectioni adversabatur, licet, ut aiebat Parochus, nullum se se opponenedi titulum haberet praesertim cum in erectione no-

vae paroeciae nullum ius quoad fontem baptismalem favore Ecclesiae Bevaniae reservatum fuerit.

Haec in facto: in iure vero fontem baptismalem non esse de essentia paroeciae, docet Pignat. Consul. 3. n. 13. Tom. IV; verum Fagnan. in Cap. *Cum contingat num. 59. de decimis* habet « in omnibus Eccle» siis parochialibus debent esse fontes baptismales, nisi extent in aliqui» bus Ecclesiis, quae matrices vel baptismales vocantur ». *Et S. C. C. in Urbinaten.* 15 *Iunii 1624* « censuit in Ecclesiis Parochialibus debere » esse Fontem Baptismalem ». In Leodien. 7 Iunii 1692 ob distantiam loci a matrice Ecclesia, et periculum infantium approbavit erectionem. Quod etiam decrevit in *Fulginaten. 22 Iunii 1720.*

Hac super re quisque consulere potest, quae traduntur a Gloss. in *Clem. I. circa med. verb. Matricem de sent. excomm.* Innoc. in cap. *Dilectis de cappellis Monac.* Card. Petra *in Comment. ad Const. 2. Gregorii XI. num. 5. et seq.*

Proposito igitur dubio in Congregatione generali habita die 9 Iunii 1848:

Se, e con quali condizioni debba permettersi l'erezione del fonte Battesimale in Cantalupo nel caso?

Emi Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt: Affirmative iuxta votum Archiepiscopi emissum in sacra visitatione.

9 Iunii 1848.

PARMEN.

Exemptionis a iurisdictione parochiali.

Inter limites Paroeciae a Sepulcro nuncupatae in dioecesi Parmensi extat Collegium ducale, cui nomen a *Maria Aloisia,* et cuius directio Clericis Regularibus S. Pauli, quos Barnabitas vocant, commissa est. In hoc Collegio commorantur praeter religiosos etiam Alumni saeculares, qui operam dant studiis, aliaeque personae eorum servitio addictae. Parochus contendebat in hoc collegium usque ad diem 7 Aprilis 1847 plenam iurisdictionem pacifice semper exercuisse.

Verum Episcopus praefata die Parocho epistolam misit, quae eidem significabat, ut attentis privilegiis Congregationis S. Pauli, se se abstineret « Da questo momento, e per lo innanzi dall'esercitare nel ducale » Collegio Maria Luisa, come casa di esclusivo diritto, ed abitazione sta» bile della prelodata religiosa Comunità sotto il titolo di Congregazione » de' Chierici Regolari, qualunque diritto parrocchiale, quindi dal pren» der parte alla stessa amministrazione dei SSmi Sagramenti, non tanto » nello stesso tempo pasquale, quanto ancora *in articulo mortis* ».

Quin imo ipse Episcopus die 11 Augusti 1847 sequens edidit decretum: « Visis precibus . . . Visis Bullis . . . et sic Constitutionibus » Pauli III. an. 1555, et 1542: Constit. Pii V an. 1567, atque speciali Bulla Gregorii XV. an. 1621, visis . . . Tenore praesentium declaramus eamdem Congregationem Clericorum Regularium S. Pauli, eiusque » individuos nunc, et pro tempore existentes, qui tamen Presbyteri fuerint, » et in hac nostra Civitate intra fines Paroeciae Sancti Sepulcri, vel quacumque de causa etiam in Dioecesi nostra degerint, posse libere, ac licite absque » ulla dependentia a Parocho, nec non dempto onere ipsi petendi veniam, » vel quomodolibet obtinendi licentiam ab eo, Sacramenta administrare » Eucharistiae, Poenitentiae, atque Extremae unctionis 1. Omnibus, et » singulis caeteris Clericis, et fratribus huiusmodi Congregationis: 2. Adolescentulis in loco et habitatione eiusdem Congregationis studiorum, » et educationis causa degentibus: 3. Mercenariis famulis, operariis, et » servis servitio ipsiusmet Congregationis addictis; et in eadem domo » manentibus: 4. Hospitibus quibusvis etiam saecularibus, et extraneis, » quos in eiusdem Congregationis habitationibus reperiri contigerit: 5. Quibuscumque aliis personis in supradicto, vel quovis alio Collegio . . . . » futuro, improviso morbo correptis in casu, quo propter repentinam necessitatem non daretur spatium licentiam a Parocho petendi: 6. Exequias » eorum omnium, qui inter ipsos decesserint, faciendi ad formam in Ecclesia seu Oratorio sito intra domum dictae Congregationis, sive in hacmet civitate existente, sive etiam in nostra Dioecesi . . . . cadavera » autem eorum, supra num. 5. descriptorum . . . . . Volumus, ut exequiis peractis Parocho ad Collegii ianuam renuncientur, ipsique integrum remaneat ius illa associandi ad publicum sepulcretum, prout solet » cum aliis eius Parochianis (1) ».

(1) Quid de hoc decreto sentiendum sit ex sequentibus animadversionibus apparet. In cap. 1. *Religiosi Tit. de Privilegiis in Clementinis* plura Regularibus prohibentur. Hic commemorare satis sit, quae ad rem hanc referuntur.

1. Ne Religiosi tam Clerico, quam laico praesumant ministrare extremam unctionem sine licentia parochi sub poena excommunicationis ipso facto Papae reservatae. Possunt tamen eam, et alia Sacramenta administrare suis familiaribus domesticis, aut pauperibus in eorum hospitalibus degentibus. Verum quoad familiares tres conditiones copulative concurrere opus est iuxta praescriptum S. Conc. Triden. cap. 11 sess. 24 de reform., et Const. Gregorii XIII incipien. *Circumspecta* edita die 25 Novembris 1580: nempe; I. Quod familiares iisdem Regularibus actu inserviant. III. Quod sub eorumdem Religiosorum obedientia vivant: scilicet non sub obedientia religiosa, sed servili, qualem profitentur famuli dominis suis.

Hinc S. C. C. *in Uratislavien. iurium parochialium* proposito dubio:

An P. Abbati Ordinis Praemonstratensis incivitate Uratislaviae, sive Religiosis ob eo deputatis competat exercitium omnimodae iurisdictionis parochialis quoad personas inservientium eidem monasterio, eorumque familias degentium infra, quam extra illius septa in casu? Respondit: Negative; et p. Abbatem, seu Religiosos ab ipso deputatos

Parochus contra haec decreta reclamavit. At Episcopus hac super re requisitus sua decreta privilegiis, et exemptionibus Congregationis S. Pauli inniti existimabat, quod etiam Religiosi pro viribus domonstrare conabantur, ea praesertim de causa, quod Collegium veram domum religiosam constituebat, prout P. Procurator generalis testabatur. Paulus III. ann. 1535, et 1542, Clericos S. Pauli sub S. Sedis immediata subiectione, et speciali protectione constituit. Pius V. ann. 1567 eis indulsit, ut « Eu» charistiae etiam pro viatico, ac etiam constitutis in articulo mortis, et » extremae unctionis . . . . . Clericis, et fratribus Congregationis . . . » ac etiam mercenariis, famulis, operariis, et servis eorumdem Congre» gationis, ac quibusvis hospitibus etiam saecularibus et extraneis, quos » in locis et habitationibus Congregationis reperire contigerit etiam in » mortis articulo, et quoties de illo dubitare contigerit . . . . . quo» rumcumque licentia minime petita, nec obtenta . . . . Sacramenta . . . . » ministrare possint ». Gregorius XV. omnia privilegia Cler. Reg. Theatinorum Clericis Regularibus S. Pauli communicavit.

Sed Parochus putabat huiusmodi privilegia ad casum, de quo agitur, minime extendi posse. In casu, aiebat, agitur de Collegio Alumnorum saecularium, qui studiis vacant, quod a Presbyteris Saecularibus dirigebatur, et Parochi iurisdictioni ab immemorabili subiectum erat. Nihil igitur parochiali iurisdictioni detractum est, si deinde illius Collegii procuratio, et cura Clericis Regularibus S. Pauli commissa sit. Etiam Bononiae simile Collegium habetur, et Parochus pacifice suam iurisdictionem exercet. Prosequebatur Parochus « Da quattordici anni circa, ed è quanto » dire dalla venuta dei Barnabiti, il Rettore di S. Sepolcro ha sempre » avuto piena, e pacifica giurisdizione parrocchiale nel Collegio . . . . . » ad eccezione dei Religiosi . . . Quindi mi consegnavano nota dei loro » Convittori in occasione del registro de' parrocchiani; mi accompagna» vano nelle varie camerate per la benedizione delle case; m' invitavano

posse tantum laicis deservientibus intra septa monasterii, atque actu inservientibus ministrare Sacramenta Eucharistiae etiam tempore Paschatis, ac extremae Unctionis, nec non sepulturam dare in propria Ecclesia iuxta decretum editum in Mediolanen. sub mensem Iunii 1587.

Hospitibus vero, qui vere non sunt familiares, quamvis continuo degant intra septa Monasterii, ibique infirmentur, et moriantur, nullatenus dicta Sacramenta, irrequisito Parocho, ministrare possunt, eosque in propriis Ecclesiis sepelire prout S. C. C. declaravit in Asten. *Iurium Parochialium* die 27 Novembris 1717. Quod vero spectat ad superius nominatos familiares, Praelati Regulares, et alii Religiosi ab eis approbati ad audiendos suorum Religiosorum confessiones, posunt eorumdem familiarium confessiones sine approbatione Episcopi audire prout constat ex resolutione S. C. C. relata a Fagnano in Cap. *Omnis utriusque sexus*, de Poenit. et remission. n. 63; et ex Const. Clem. X. incipien. *Superna* II. Kal. Iulii 1670; quatenus suprascriptae conditiones in eis concurrant.

» in tempo pasquale a celebrare la Messa, e comunicare gli alunni ». Cum igitur Parochus in possessione suae iurisdictionis reperiretur ab ea turbari minime poterat, nisi evidenter de illius possessionis vitio constaret praesertim cum etiam Canonici Regulares Lateranenses, et Monachi Cassinenses in alio Collegio parochi auctoritate non contradixerint. Nec privilegia ultro quam par sit extendenda sunt. Clerici Regulares S. Pauli exempti sunt; Sacramenta administrare possunt familiaribus, qui in eorum domibus habitant, eisque servitium praestant, non vero Alumnis Collegii, qui tantum eorum directioni quoad studia, et disciplinam interiorem subsunt, sed sub ordinaria Parochi iurisdictione manent.

Proposito igitur in generali conventu diei 21 Iulii 1848 dubio:

Se, ed in qual parte debbano sostenersi, o piuttosto rivocarsi li decreti 7 Aprile, ed 11 Agosto 1847 emanati da Monsig. Vescovo di Parma a favore di quel Ducale Collegio denominato *Maria Luigia*, e diretti dai PP. Barnabiti nel caso?

Emi Patres, referente Emo Orioli Praefecto, rescripserunt: Decretum Episcopi esse reformandum iuxta mentem, scilicet firmo remanente tenore dicti decreti quoad omnes, et singulos Clericos, et Fratres Congregationis S. Pauli, et relate ad eorum domesticos et familiares, qui Religiosis actu inserviunt, expressique praefatae domus intra eius septa resident, et sub eorumdem Religiosorum obedientia vivunt iuxta praescriptum S. Concilii Tridentini cap. 11, sess. 24 de refor., et Constit. Gregorii XIII incipien. *Circumspecta* diei 25 Nov. 1580; pro alumnis, seu adolescentulis, hospitibus, perpetuis commensalibus, aliisque personis in memorato decreto enunciatis iura Parochi in casu mortis salva remaneant: ac insuper Superior dicti Collegii notulam religiosorum, alumnorum, hospitum, famulorum, et aliarum personarum in eadem domo degentium Parocho quotannis dare teneatur.

21 Iulii 1848.

MACERATEN.

Praestationis annuae pensionis super fructibus Rectoriae.

Familia Caccialupi a S. Severino et familia Raccamadoro a Firmo, utraque ex D. Simone Pancotti descendens, iure patronatus insimul fruuntur super Rectoria quam Borromeus Accursi in Oppido Montismilonis Maceratensis dioecesis instituit. Cum vacaret itaque hoc beneficium anno 1844, ex patronorum nominatione Sacerdoti Coelestino Venanzoli rite collatum fuerat; at vero eodem tempore expeditae fuerunt Apostolicae litterae sub die 15 Aprilis, quibus, accedente patronorum nec non rectoris

ipsius consensu, annua pensio scutatorum viginti Clerico Ioanni Baptistae Aloisi Caccialupi e patronorum familia solvenda imponebatur.

Cum autem non multis post annis factum fuisset, ut idem Ioannes Baptista in religiosum Benedictinorum Cassinensium ordinem reciperetur, in eoque iam esset ut solemnem in Monasterio Perusiorum S. Petri professionem eliceret, ab hac S. C. supplex expostulavit, ut, quoniam ob pessumdatam rei domesticae conditionem annuam a familia sua praestationem habere non posset, copia sibi ex gratia fieret, ut etiam in statu monastico, livelli nomine, concessa iam viginti scutatorum pensione frui prosequeretur.

Generalis religiosae illius familiae Procurator animadvertens, huiusmodi livellum iuxta illius congregationis instituta necessarium esse, cum ibidem vita privata in usu posita sit, Ioannis Baptistae precibus utroque pollice subscribendum censuerat. Consensus aeque utriusque Familiae patronae amplissime accedebat. Haud ita tamen Sacerdotis Venanzoli Rectoris; excipiebat enim, Ioannem Baptistam, quippe qui nec ex fundatione, neque e iure sanguinis, sed tantum ex haereditaria successione iure patronatus fruebatur, illis privilegiis, ac beneficiis iuvari minime posse, quae ex Sacrorum Canonum aequitate patrono egeno dilargiri solent. Subiiciebat insuper, causam, cur a Summo Pontifice reservata eidem pensio fuerat, eo spectasse, ut decentius substentari valeret. At vero Ioannes Baptista, utpote religiosae domo addictus habebat a Monasterio, unde viveret. Denique lapsam rei domesticae conditionem veritate minime inniti asserebat.

Episcopus Maceratensis ex S. C. instituto super precibus rogatus, referebat, paternum Oratoris patrimonium aere alieno usque adeo gravari, ut reditus expensis minime pares essent, eiusque familiam caeteroquin nihil aliud habuisse praeter quosdam fundos, qui pretio aestimabantur scutatorum bis millium: quibus ex causis propitiam et ipse sententiam proferebat.

Cum itaque preces in plenario auditorio proponerentur, adnotabatur minime admittendum esse, quod primo loco a Rectore obiectum fuerat; quandoquidem aequitas canonica super alimentis patrono tribuendis ad patronos sive ex fundatione, sive ex iure sanguinis minime coercetur, sed ad omne patronorum genus nullo discrimine ampliatur, ut docet *Fargna de Iur. Patr. p.* 1 *Can. III. Cas.* 3, *Rota in Salern. Aliment.* 12 *Ianuarii* 1712 *coram Scotto* ab eodem Fargna relata, qui narrat insuper eamdem sententiam, perorante causam Pitonio, post triplicem propositionem prodiisse. Huc accedebat, quod Rectoris dissensus ex regula *de iure tertii quaesito non tollendo,* nequaquam officeret; disertissime siquidem tradit De Luca *disc.* 6 *num.* 12 *de Regul.* in simili facti specie « ibi »

« In facultate transferendi pensiones iam reservatas iste consensus non » desideratur, quoniam eadem pensio continuat. Id non requiritur in in- » dulto, quod concedatur pensionario retinendi pensiones, matriomonio » vel Bigamia, seu militia aut professione in Religione non obstante; quo- » niam non est pensionem conferre vel reservare, sed solum removere » obstaculum futurae extinctionis, quae alias ex tali statu incompatibili » resultare debuisset etc. » Tandem Oratoris familiae paupertas ab Episcopo confirmatur. Itaque proposito dubio:

An et quomodo Ioanni Baptistae Caccialupi indultum concedendum sit, ut exigere valeat ac retinere in statu monastico annuam praestationem scutorum viginti in casu?

Emi Patres in generali conventu habita die 8 Martii 1850, Ponente Emo Card. Maio, rescripserunt:

Pro gratia titulo Livelli, facto verbo cum SSmo. Ac SSmus approbavit resolutionem S. C.

8 Martii 1850.

FOROSEMPRONIEN.

Approbationis administrationis, et erogationis crediti.

R. P. D. Episcopus Forosemproniensis volvente anno 1846, per generalem Episcopalis mensae procuratorem, huic Sacro Ordini tabulas aliquas obtulerat, quibus tota administrationis suae ratio ab anno 1824, quo Episcopatum iniverat, ad annum usque 1843 exhibebat; ex quibus colligere erat, ab ipso alienatam fuisse summam scutatorum 14468 45, at e contra in bonis stabilibus collocatam fuisse aut aliter in rem Episcopalis mensae versam vim scutatorum 14814 44, adeoque summam deberi sibi scutatorum 345 99. Itaque exorabat, ut Sedes Apostolica suam administrationem approbaret, seseque scut. 345 99 creditorem agnosceret tam ad suam, quam ad haeredum suorum penes Deum animi tranquillitatem. Porro multae causae huic petitioni officere videbantur, nimirum praecipue quia modum excessisse videbatur in instrumentorum expensis, ut alienationes, permutationes, aliaque id genus perficeret; et quia pecuniam exinde perceptam sive in restaurationes aut meliorationes impenderat, quas ex fructibus mensae ordinariis Episcopus exequi debeat, sive in nova erigenda aedificia, aliaque opera, quae non ex necessitate, sed ex commodo aut ornatu derivabant.

Cum igitur huiusmodi negotium in plenarii auditorii consultationem vocatum fuisset die 20 Ianuarii eiusdem anni per adiectam dubii formulam:

An et quomodo annuendum sit precibus Procuratoris Mensae Episcopalis Forosempronien. ita ut erogationes peractae pro veris reinvestimentis agnoscantur, et Mensae episcopalis creditor declaretur R. P. D. Ugolini pro summa scut. 343: 99: 3?

Emi Patres rescripserunt: *Non esse interloquendum.*

Anno 1848 iterum per R. P. D. Auditorem SS. causa ad Sacratissimum Principem eodem Episcopo instante, delata est, aliis exhibitis tabulis, quas a duobus Canonicis examinatas ac approbatas fuisse constabat, ubi totum id, quod in superius memoratis tabulis relatum fuerat, continebatur, nisi quod in hisce noviter oblatis rationum redditio de reliquis quinque annis usque ad Iunium accedebat. Elucebat inde sese creditorem esse scutatorum 154 49, quae scutata eo pacto mensae cedere in animo habebat, ut per ipsam scutatorum viginti depositum in singulos annos in Fabricae Cathedralis utilitatem perageretur.

Quae petitio cum ad hanc Sacram Congregationem a Sacratissimo Principe remissa fuisset, Episcopo Oratori significatum fuit eam rem, de qua sermo erat in precibus, ab hac S. C. disceptatam fuisse, ac definitivo responso peremptam. Tum Episcopus earum difficultatum certior factus, quae impedimento fuerant, ne preces a Procuratore suae Mensae oblatae benigne audirentur, scriptum concinnavit, quo non satis perspicue de S. C. declaratione constitisse sibi praemonebat; ac subinde iisdem difficultatibus articulatim propositis sua quibusque responsa multis fulcita rationum momentis singillatim opponebat; quae longum esset et inutile hic recensere. At vero tametsi universum huiusmodi negotium hisce novis additis iurium deductionibus sapientissimo Emorum Patrum iudicio propositum fuisset, per eam, quae sequitur, dubii formulam:

An et quomodo annuendum sit precibus R. P. D. Episcopi Forosempronien. ad hanc S. C. a SSmo D. N. remissis in casu?

Emi Patres die 8 Martii 1850 rescribendum censuerunt: *Non esse interloquendum.*

8 Martii 1850.

AESINA

Super concordia quoad emolumenta funeris nec non super suspensione privilegiorum Sodalitii « Sacconi ».

Cardinalis Ostinius cl. me., cum Ecclesiam Aesinam regeret, erectionem publici Coemeterii curavit, et a superiore auctoritate hac super re quasdam leges, et regulas obtinuit, quae statutis pro Coemeterio Urbis praescriptis pene respondebant. Verum huiusmodi regulae minime effece-

runt, ut omnes quaestiones relate ad funera e medio tollerentur. Hinc Emus Corsi eiusdem Dioecesis Antistes S. C. EE. et RR. exposuit quaestiones ad haec reduci; nempe: 1. Quid *iuris* si quis constituto Coemeterio eligit sepulturam in aliqua Ecclesia, quae iuxta SS. Canones, vel ex privilegio ius tumulandi habebat? 2. Qualis esse debeat taxa Parochis debita quando funus locum habet in alia Ecclesia praeter Parochialem? 3. An quoad Tertiarios servari debeant privilegia a Summis Pontificibus eis concessa, nempe ut in Ecclesia Ordinis, cui adscripti sunt, tumulentur? Deinde expostulabat, ut, ne tranquillitas in sua Dioecesi inter Clerum turbaretur, res de bono et aequo aliqua firmata conciliatione, componerentur. Cum autem haec minime conciliari possent, nisi aliquid ex Regularium privilegiis detraheretur, die 27 Augusti 1849 S. C. ei facultatem concessit « di convocare le parti interessate, e di combinare » le basi di una conciliazione, anche proponendo qualche deroga ai pri- » vilegî, che potessero alle parti competere; e quindi proporla alla S. » Congregazione per la relativa determinazione ».

Emus Episcopus prosequebatur existere quoddam Sodalitium, cui titulus *dei Sacconi,* quod tamen excepto casu, quo quis ex Confratribus moreretur, ad eius cadaver *more pauperum* cum Parochi praeiudicio tumulandum, numquam congregatur neque ad pias preces in communi coetu fundendas, neque occasione processionum, neque ex quacumque alia causa. Attamen aiebat, solet personas in *articulo mortis* constitutas sibi adscribere, ut earum funus in detrimentum iurium parochialium peragere possit, innixa fortasse privilegio aggregationis Archiconfraternitati eiusdem tituli Romae existenti.

Die vero 20 Februarii 1850 transmisit articulos, quos auditis interesse habentibus efformaverat; nempe: « 1. La elezione della sepoltura » è nulla perciò che riguarda la tumulazione, e rimane ferma in quanto » ai funeri, che dovranno celebrarsi nella Chiesa eletta. 2. La quota dei » Parrochi sul funere fatto in altra Chiesa è portata alla metà. 3. Que- » sta quota si detrae dalla cera soltanto, che arde attorno al cadavere, » e sugli altari della Chiesa. 4. I Terziari, e gli associati ad Ordini re- » ligiosi non godono di alcun privilegio nè in quanto ai funeri, nè in » quanto alla tumulazione. 5. Fintantochè la Confraternita dei Sacconi » non venga riordinata nei modi voluti dai regolamenti, i confratri alla » medesima aggregati dovranno essere soggetti come gli altri fedeli alle » leggi funerarie a forma di quanto si prescrive dalle disposizioni dio- » cesane ».

Super hisce propositis articulis haec animadvertebantur: quod in primo articulo edicitur conforme est resolutioni S. C. C. *in Portuen.* et *Centumcellarum die* 28 *Martii, et* 22 *Augusti* 1835 et in *Ariminen.* 14 *Maii* 1825,

nam cum ius funerandi plane distinctum sit a iure tumulandi, si secundum sublatum est a lege Coemeteria respiciente, primum firmum remanet, de eo enim nulla fit mentio, et nihil innovatur. Quoad secundum articulum licet taxa possit non solum ad quartam, sed etiam ad tertiam, et ad medietatem pro locorum adiunctis pertingere prout in *cap. Certificari* 9 *de Sep.* Gonzalez, aliique Doctores tradunt, tamen iuxta Dioecesanam Synodum Aesinam in quarta parte constituta est. Sed in casu interesse habentes laudabiliter annuerunt, ut usque ad medietatem augeatur. Relate ad tertium articulum Bened. XIII. in Const. *Pretiosus VII. Kal. Iunii* 1727, qua confirmavit aliam Const. incipien. *Romanus Pontifex* statuit: *retentis tamen sibi* (idest Regulares) *candelis manualiter per viam delatis una cum omnibus intorticiis, candelis, aliisque, de quibus in ea Constitutione mentio expressa facta non est.* In dicta Constitutione expressa mentio non fit cerae, de qua agitur.

At S. C. C. dividendam esse decrevit ceram, quae accensa est *in altaribus, columnis, et aliis locis Ecclesiae regularis tumulantis* in *Mediolanen. Quartae Fun.* 9 *Septembris* 1730, *et* 2 *Iunii* 1831.

Ad quartum articulum quod attinet perpendenda sunt, quae tradit Bened. XIV. in Instit. 105 §. 66: *Ac primum Tertiarios a Tertiariis mulieribus distinguendos Leo X decernit. Illi nullo gaudent privilegio, nisi coniunctim vivant, et cum ipsis claustralibus immorentur.* Collegialiter autem, seu cum Claustralibus habitantes. *Sed mulieribus Tertiariis quamvis suas aedes non dimittant, eadem privilegia Ordinis conferuntur.* Collegialiter autem (*de viris Tertiariis* sermo est), seu cum Claustralibus habitantes, ac Mulieres (*nempe Tertiarias, quae suas aedes nequaquam deserunt*) virginalem, seu caelibem, aut castam vidualem, expresso voto, et sub dicto habitu, vitam ducentes privilegiis quibus Fratres Ordinis cuius Tertiae Regulae habitum gestant gaudere debeant (1).

Verum circa Tertiarias privilegia eis concessa deinde imminuta a Romanis Pontificibus fuerunt; et videre praestat decretum S. C. C. (2), in quo limitationes continentur et relate ad sepulturam aperte edicitur « Prae-

(1) Plura de Tertiariis in dicta Instit. 105 disseruntur.

(2) Hoc decretum quod refertur a Nicolio in Flosculis verbo *Tertiariae* confirmavit, et inviolabiliter servari mandavit S. C. EE. et RR. die 20 Decembris 1616. Quin imo eadem S. C. EE. et RR. in epistola ad Episcopum Mutinensem diei 17 Iunii 1639 *Circa Tertiarias censuit permissum haud fuisse Fratribus eiusdem monasterii ob quodcumque privilegium Ordinis administrare ipsi Sacramentum divinae Eucharistiae, et Extremae Unctionis; neque eius cadaver domo efferre indicta funebri pompa sine Parocho, aut sine ipsius licentia. Nam haec revera ad Parochos pertinent, qui debent assiduo, sed hoc praesertim tempore, cognoscere, iuvare accuratoque studio fideles sibi traditos instituere. Accedit quod Tertiaria, licet nuncupatis votis, claustro non tenebatur, sed domi suae intra Parochi eiusdem ditionem habitabat.*

» terea si contingat aliquas ex praedictis Tertiariis sine sepulturae elec-
» ctione decedere, eas sic decedentes ita demum in Ecclesiis Ordinis,
» cuius habitum assumpserunt, si in ipsis communis sepultura reperia-
» tur; sin minus in ecclesiis parochialibus sepeliendas esse decernit ». Licet Bened. XIII dicta const. *Pretiosus* Tertiariis Ordinis S. Dominici priora privilegia restituerit, Clemens XII ea reduxit ad privilegia, quae ante praefatam Constitutionem Bened. XIII vigebant.

Ad quintum articulum quod spectat, omnibus patet Episcopum posse Confraternitates erigere, et iusta concurrente causa eas dissolvere: Rota *coram Durando Dec.* 291, nisi agatur de pio Sodalitio ab Apostolica Sede approbato. Notum pariter est Confraternitates non posse in suum coetum adscribere personas *in articulo mortis* constitutas, prout patet ex S.C.C. in *Reatina diei* 26 *Aprilis* 1788, hoc enim aliquam fraudis speciem praeseferret, et in Parochi detrimentum cederet.

Confratres, ut docet Bassi *in Tract. de Sodalitiis quaest.* 2 *num.* 5, possunt eligere sepulturam in proprio Oratorio habente ius sepeliendi. Si vero Confratres non eligant sepulturam, sepeliuntur in Parochiali. Idque procedit etiamsi ex capitulis, sive Statutis Confraternitatis etiam confirmatis auctoritate Ordinarii cautum sit, quod Confratres sepeliantur in loco seu Coemeterio Confratrum, qui huiusmodi statuta facere non possunt in praeiudicium Parochi.

Circa aggregationem vero idem auctor animadvertit, eam restringi ad privilegia indulgentiarum, et gratiarum spiritualium fori interni, non autem ad alia privilegia confraternitatis aggregantis. Quare concludi ex hac doctrina posset, quod etiam si Sodalitium *dei Sacconi in alma urbe* speciale privilegium quoad sepulturam haberet, hoc ad Confraternitatem Aesinam minime extendendum esse (1).

Propositis igitur in Congregatione generali habita die 31 Maii 1850 dubiis:

1. Se, e come debba darsi all'Emo Vescovo di Jesi l'approvazione per le deliberazioni espresse negli articoli 1, 2, 3, 4?

2. Se, e come debba darsi l'approvazione per la deliberazione contenuta nell'articolo 5?

(1) In citata Bened. XIV Inst. 105 § III. n. 91 et seq. agitur etiam de controversiis inter Parochos, ac Sodalitia, et refertur decretum *Urbis et Orbis* Sac. C. Rituum circa Iura Parochialia, Functiones et praeeminentias inter Parochos, et Confraternitates laicorum diei 10 Decembris 1703, approbatum a SSmo die 12 Ianuarii 1704. In dicto decreto legitur sub num. XIX.: *An in eisdem possit celebrari Missa sive lecta, sive cantata ante Missam Parochialem sive lectam, sive cantatam?* cum resolutione *Negative, nisi aliter Episcopus disponat*, quae prae oculis habenda est quando legitur resolutio S. C. EE. et RR. *in Clusin.* superius relata in hac Collectanea pag. 224, ne resolutio pro casu particulari generaliter extendatur.

Emi Patres, referente Emo Orioli Praefecto, rescripserunt: Ad 1. et 2. Affirmative, facto verbo cum SSmo.

31 Maii 1850.

PERGULANA

Refectionis aggerum et damnorum.

C. M. Cardinalis Albani, Abbatiae S. Laurentii in Campo Commendatarius, scripturam quamdam sua subscriptione signaverat, qua Philippus Viviani generalis eiusdem Cardinalis bonorum administer, eiusdem nomine mandatum dabat Antonio Nataluccio, ut valida repagula atque aggeres extrueret in ripis fluvii Cesani, qua nempe parte ille fluvius late abbatialia bona circumfluit. Cum enim Philippus Viviani nequiret loca tempestive praesens invisere, in quibus perniciem vastitatemque improvisa aquae vis inferret, idcirco Natalucci partes eae erant, ut illius vice undequaque suam vigilantiam continuo extenderet, ac opportuna remedia, ubi opus esset confestim adhiberet, ea tantum adiecta lege, ut ratiocinatores Cardinali addictos, qui Urbinii degebant, de inita quacumque providentia monitos faceret.

Cum itaque anno 1810 Cesanus amnis fundo in territorio Castri Leonis sito, et ad familiam Amatori pertinenti detrimentum ingens attulisset, unaque animadverteretur Molendino Abbatiali post Amatori praedium proxime extructo, progressu temporis damnum et ruinam ex flumine propagari posse, nisi validum aggeris firmamentum loco opportuno fabricaretur, haec inter Amatorios ac Nataluccium inita conventio est; nempe: « 1.° Che il detto ministro faccia un argine, o sperone, il quale arrivi » fino al confine verso ponente del Signor Amatori, e precisamente fino » al confine del Signor Ciuffolone (*cuius fundus postea in quemdam Gam- » bacinium devenerat*) e questo sia obbligato mantenere, così per patto ec. » 2.° Che il Signor Amatori sia obbligato di seguitare l'argine o fare » tanti argini con i quali respinga l'acque di modo che possano queste » nuocere al detto vallato sino al confine del detto Amatori dalla parte » di Levante, e questo mantenere per patto. 3.° Che nel caso si devastasse detto vallato il Signor Amatori sia tenuto di cedere quanto terreno occorrerà per fare un nuovo vallato senza che possa pretendere » cosa alcuna ». Haec autem conventio num Urbini ratiocinatoribus denunciata fuerit omnino ignorabatur. Certe vero defuerat tum beneplacitum Apostolicum, tum Cardinalis ratihabitio. Item num deinceps huiusce conventionis pacta servata fuissent, pacificum non erat; sed tamen illud in facto indubitatum admittebatur quod anno 1839, cum inundatio ad-

modum praepotens ex flumine facta fuisset, et non mediocris pernicies in Amatorii praedium derivata esset, Aloysius Amatori ad Patres Cistercenses quibus anno 1837 ex indulgentia Sa. Me. Gregorii XVI. Abbatialia bona in emphiteusim concessa fuerant, confugium habuit, ut qua Cardinalis Albani successores iuxta pacta conventa anni 1810 necessaria repagula in fundo Gambacini peragenda susciperent. At vero Religiosi illi viri eiusdem postulato satisfacere abnuerunt. Nihilominus identidem plures pecuniarias praestationes gratificationis titulo Aloysio largiti sunt.

Cum tamen anno 1843 ex Cesani inundationibus detrimenta ingentiora Amatorii praedio obvenissent, et Ordinis Cistercensis Procurator, spreta conventione anni 1810, quodvis opus in Gambacini solo perficere omnino detrectaret, Aloisius Amatori Sacratissimum Principem ope huius S. C. supplex adiit expostulans, ut comprobatis rite damnis, aggerem struere iuxta pacta conventa anni 1810 memoratus Procurator, unaque accepta eatenus damna, quae scutat. 1500 aestimabantur, emendare ac reficere cogeretur.

Duo viri artis agrariae periti locis coram inspectis retulerunt revera tot damnorum causam ex eo proficisci, quod in fundo Gambacini efficax munimentum desideraretur. Praesens locum recognovit et ipse Pergulanus Antistes, cui supplex Amatorii libellus pro instituto Sacri huius Ordinis reiectus fuerat. Hic vero renunciabat idcirco Ordinis Cistercensis Procuratorem conventioni memoratae stare prorsus nolle, quia eius iudicio ille contractus expresso, prout opus esset, Cardinalis mandato, atque insuper beneplacito Apostolico destitutus esset. Itaque idem Episcopus in procuratoris huius vota abibat, qnamvis extrema cera quamdam conciliationem, qua futuris etiam temporibus huic rei consuleretur proponendam censeret.

Ex rebus expositis quatuor erant questiones, quae ex huiusmodi controversia pullulabant; primum enim inquirendum erat, an Ordo Cistercensis suis impensis aggerem in fundo Gambacini condere; subinde an damna et expensas reficere cogendus esset; tertio an saltem pro futuris temporibus conventio anni 1810 a Cistercensibus esset observanda; quarto denique an iidem concurrere deberent in perferendis expensis, quae pro aggerum constructione erant necessariae.

Ad primum quod attinet illud menti occurrebat, obligationem a Nataluccio susceptam talem esse, qua servitus activa fundo Abbatiali imponeretur. Iamvero indubitati iuris est, servitutes, quibus bona Ecclesiastica subiiciuntur, alienationibus aequipollere, adeoque nullius certe roboris haberi, si beneplacito Apostolico firmatae non sint. Card. Petra *Const. Pauli II. Sect.* 2 *num.* 2; Urceolus de *Trans. c.* 23 *n.* 17. Quin ullius ponderis haberi posset argumentum ex eo petitum quod S. M. Pius VII. omnes contractus, grassante gallici militis imperio, sanctione

sua ratos habuisset. Summus enim ille Pontifex demaniales quidem alienationes publicae tranquillitatis causa confirmare adactus est, minime vero id extendi voluerat ad contractus privatorum de privatis alienationibus. *S. C. C. in Romana Emph.* 26 Apr. 1817. Congruit *S. Rota in Ferrar. Execut. contr.* 5 *Iulii* 1822, §. 4 *cor. Corsi, et Decis.* 122 *cor. Gamberini n.* 2. *et seq.* Neque etiam huius solemnitatis defectus confirmari poterat per posteriorem Cardinalis observantiam; exploratissimi enim iuris est factum autecessoris nullimode nocere posse successori S. C. C. *in Forol. Inst.* 1 *Iulii* 1837.

Illa conventio corruebat etiam, si ad civilis iuris trutinam revocata fuisset. Cum enim Beneficiatus usufructuario aequiparetur, et usufructuarius fundo, quo fruitur, nequeat in perpetuum passivam servitutem imponere, ut docet Pecchius in tractatu de Aquaeductibus apud Romagnosi in opere *della ragion Civile L.* 1. *C. III.*, facile erat arguere, quod nec Cardinalis commendatarius Commendae bonis huiusmodi onus in perpetuum affigere possit, quale nempe erat onus repagula construendi atque servandi. At Amatorius contrarium suadere studebat ex eo, quod beneplacitum Apostolicum necessarium non sit quando alienatio fieri debet *necessitate iuris*. Fagnanus *in cap. Nulli num.* 77. *De Reb. Eccl. non alien. S. C. Conc. in Romana Benep.* 24 *Nov.* 1804. Iamvero Cardinalis Albanus aggerem facere obstringebatur; etenim aequitas naturalis suadet, ut commoda cuiusque rei eum sequantur, quem sequuntur incommoda *L.* 10 *ff. de Reg. Iur.* Porro ex aggerum constructione magna etiam utilitas in Abbatiale Molendinum redundabat; aliter enim, aggeribus deficientibus, Cesani impetus postquam Amatori fundum late vastasset, in eamdem ruinam ipsum molendinum sine dubitatione rapuisset. Hinc ad expensas pro huiusmodi operibus necessarias pro virili concurrere ex iuris necessitate debebat, *ut docet S. Rota cor. Lancetta decis.* 965 §. 10, *decis.* 786 §. 1 *cor. Riminaldo.*

Super altera quaestione adnotabatur cum *S. Rota coram Malvasia de contract. Decis.* 36 « quisquis ab altero postulat damni emendationem » evidentissime ostendat necesse est non modo damnum sibi illatum fuisse, » sed etiam iniuria fuisse illatum, quia nimirum id fecerit, quod facere » non licebat, vel id omiserit ad quod tenebatur; siquid enim iure omis- » sum, etsi detrimentum alteri obvenerit, nulla tamen est damni que- » rela ». Itaque huius dubii resolutio a primi dubii resolutione omnino pendebat.

Ad tertiam quaestionem quod attinet, monebantur Emi Patres, eam esse S. C. Conc. ac Doctorum disciplinam, ut licet Apostolicum beneplacitum in contractibus de rebus Ecclesiasticis minime intervenerit, non ideo contractus ipse nullus haberi debeat, cum beneplacitum sequi postea pos-

sit, sive Apostolica indulgentia sanari. S. C. C. *in Recineten. Ref. Dam.* 29 *Iulii* 1837. *Giral. thes. poen. pag.* 72.

Pauca circa quartum dubium recolebantur; nam si (quod in primo dubio disputatum erat) admitteretur conventionem anni 1810 ideo observari debere, quia Commenda ex necessitate iuris ad aggerum aedificationem obstringeretur, huic obligationi, utpote rei insitae satisfaciendum erat etiam in illis operibus, quae praesens necessitas peragere compellebat.

Quibus rebus expositis, causa primum in conventu diei 7 Iunii 1850 proposita fuit; cum tam eam differri placuisset itemque audiri Emum Praefectum in Oeconomicis S. C. Propagandae Fidei, eadem causa distributis ab utraque parte allegationibus typis editis die 29 Novembris eiusdem anni, iterum proposita fuit cum hisce dubiorum formulis:

1. An Sacer Ordo Cistercensis, emphiteuta bonorum ad Abbatiam S. Laurentii in Campo, ex conventione diei 24 Martii 1810 inter Nataluccium et Fratres Amatorios teneretur ac teneatur ad executionem et expensas aggeris in flumine Cesano iuxta modum ibi conventum?

Et quatenus affirmative

2. An et in qua summa favore Aloisii Amatorii locus sit ex parte Ordinis Cistercensis refectioni damnorum, et expensarum fratribus Amatoriis illatarum in casu?

Et quatenus negative ad 1. *et* 2.

3. An et quomodo pro futuris temporibus exequenda sit cum Apostolico Beneplacito conventio diei 21 Martii 1810?

4. An et quomodo Ordo Cistercensis participare debeat expensis aggeris fluvii Cesani?

S. C. rescripsit Ad 1. *Negative.* Ad 2. *Provisum in primo.* Ad 3. *Negative.* Ad 4. *Quoad futurum utantur iuribus suis.*

7 Iunii 1850.

SENOGALLIEN.

Cathedratici.

Anno 1827, Cl. Mc. Cardinalis Testaferrata, meritissimus illius temporis Senogalliensis Episcopus, ex auctoritate per S. M. Leonem XII. sibi delegata, Capitulum Collegiatae S. Iustinae V. et M. oppidi *Mondolfo,* suae Dioecesis, quod anno 1810 ex gallici invasoris imperio abrogatum fuerat, novis datis institutis ac legibus iterum restituendum curavit. Cumque bona capituli eiusdem, iis exceptis, quae ad canonicales praebendas iuripatronatus obnoxias pertinerent, in Demanii potestatem venissent, ac

postea in R. C. Apostolicam transitum fecissent, ita ut aliqua patrimonium ex Pro Regis Eugenii, vulgo *Appannaggio*, constituerent, illud necesse fuit, ut nova reviviscenti capitulo dos assignaretur, cuius reditus ad scutata 880 quotannis ascendebat. Canonici, *a massa* nuncupati, quinque redintegrati sunt, totidemque Mansionarii. Eos inter Parochus Archipresbyter numerabatur. Beneficia Canonicalia iurepatronatus affecta, quae capituli cladem effugerant, velut antea, in Capituli gremium omnia reversa sunt.

In actu redintegrationis nulla de cathedratico episcopali mensae solvendo mentio facta est. Porro antiquitus cum opimo patrimonio, Capitulum potiretur, unum in commune a Canonicis Cathedralium, quatuor frumenti rublis, unoque rublo hordei coalescens pensitabatur. At vero in novo rerum statu laudatus Cardinalis delapsam canonicorum fortunam miseratus, consensum lubenti animo adhibuerat, ut Capitulum ab hac S.C. facultatem exposceret sex libras cerae quotannis cathedratici titulo Mensae Episcopali offerendi; quam facultatem ad vitam dumtaxat illius Cardinalis Episcopi Sacer hic Ordo coercendum censuit.

Quo vita functo, Emus ac Revmus Card. Cagiano, eiusdem successor, cera illa nequaquam contentus, in eo institit, ut antiqua Cathedratici solvendi ratio redintegraretur. Renuente Capitulo, siluit eo tempore Episcopus. Cum vero Episcopatu sese abdicaret, in suorum creditorum numero Capituli nomen inseruit pro viginti quatuor frumenti rublis, et sex hordei, quot videlicet ad rationem quatuor frumenti rublorum, et unius hordei in singulos annos sexennio responderent. Quamobrem episcopalis mensae procurator, cum Senogalliensis Ecclesia a Vicario Apostolico regeretur, diem Capitulo dixit, ut memoratam frumenti hordeique copiam solvere cogeretur. Ad expensarum iudicialium vim devitandam, Canonici causam in huius S. C. examen deduci maluerunt. Vicarius Apostolicus licet contra Capitulum sententiam premeret, ab aliqua diminutione concedenda non erat alienus.

Itaque caeteris documentis recollectis, quae ad rem facere cognita sunt, res in consultationem Eminentissimorum Patrum delata est. Principio autem recolebatur, omnem Ecclesiam, imo omnem beneficiatum in honorem Cathedrae Episcopalis et in signum subiectionis proprio Episcopo Cathedraticum contribuere debere. Porro quilibet beneficiatus singulatim huic oneri satisfacere tenetur, dummodo de beneficiatis minime agatur, qui de mensa communi participant; tunc enim unum pro singulis cathedraticum pendere satis est, salva tamen quavis contraria consuetudine. Iuxta Sacros canones ad duos solidos cathedraticum evehitur; minime vero convenit inter Doctores de certo horum solidorum valore; Concilium Romanum anni 1725 quodlibet solidum decem iuliis romanis constare edixit;

haec autem declaratio Dioecesim Senogalliensem, utpote Urbinati Archiepiscopi suffraganeam, non afficere planum erat. Cum vero certa et universalis regula praefiniri non posset, peculiaribus statutis ac moribus adhaerendum esse Doctores omnes consentiunt. Quae hactenus dicta sunt fusius a Benedicto XIV explicantur *L.* 6. *C.* 5. *et* 7. *De Syn. Dioec.*

Statuebatur insuper in praesenti causa praestationem Episcopo debitam *quartam decimariam* vocari minime posse, (id enim in suis litteris suadere voluisset Vicarius Apostolicus) sed merum Cathedraticum, tum quia semper Cathedratici nomine appellatum fuerat, tum quia ex communi Doctorum sententia Episcopi nequeunt iure canonico quartam illam exigere, nisi ex consuetudine S. C. C. *in Aesina Cathedratici* 23 *Februarii* 1771 §. *praeter;* haec autem legitime probanda est. Itaque in re simillima eadem S. C. annuam praestationem frumenti et hordei Cathedratici titulo deberi rescripsit, ut in citata *Aesina* videre est. Quamquam quocumque tandem titulo ea praestatio nuncuparetur, cum pacificum esset inter Capitulum, et Episcopalis mensae procuratorem in antiquo rerum statu sex frumenti rublos, et unum hordei ab Episcopo quotannis exactum fuisse, totus controversiae cardo in eo versabatur, an redintegrato capitulo antiqua obligatio prout antea revixisset.

Pro Episcopali mensa militabat ea ratio, quod Cathedraticum titulo beneficii, minime vero beneficii fundis adhaeret. Nam, si, sarto tectoque servato titulo, aliquod beneficium Monasteriis vel Seminariis coniungatur, haec Episcopo cathedraticum solvere tenentur *S. C. in Reat. seu Nucer. Cathed.* 14 *Mart.* 1840 §. *tandem,* aliter autem sancitum est, si secus se res habent videlicet, si titulus beneficii extinctus fuerit, S. C. C. *in Setina* 8 *Maii* 1765 §. *ad dub.* 1. Item si beneficii fundi in una diaecesi sita sint, titulus autem in altera prostet, huic non illi debetur Cathedraticum *cit. Reat. et Nuc.* Iamvero abrogatio Capituli S. Iustinae ab ea potestate perfecta fuerat, quae nullum poterat parere canonicum effectum; adeoque, si canonice loquendum sit, neque capituli titulus, neque Capitulum ipsum nunquam defecerat.

Quamvis autem defecisse concederetur, nihilominus ius decimandi, ex quo Cathedraticum solvi debebat, integrum omnino manserat, et, facta Capituli restitutione, Capitulo ipsi restitutum fuerat. Si igitur supererat fundus, onus etiam eidem inhaerens superesse dicendum erat. Quocirca cum Capitulum, Emo Testaferrata approbante, S. Congregationem adiisset, eadem S. C. veniam ad vitam illius Episcopi coercuit, obligationem antiquam extinctam non fuisse satis ostendit.

Perperam vero Canonicatuum tenuitas obiiceretur; nam ea frumenti, hordeique copia omnium Canonicorum nomine, qui quindecim numerabantur, conferri solebat. Ex quo constabat scutata duo circiter in singulos

computari posse, quot videlicet ex Concilio Romano anni 1725 praefiguntur. Praeterea cuilibet Canonico scutata 60, cuilibet mansionario scutata 30 praebendae titulo quotannis obveniebant; multo maior Dignitatum et Archipresbyteri proventus erat. At vero S. C. C. de praebendis canonicalibus sermonem habens docet in *Montis Alti Reduct.* 6 *Ian.* 1840 §. *porro: tenues dici ordinario fructus, qui summam scutorum triginta, vel quadraginta non exequant, centies repetitum est ut in Massanen. Reduct.* 14 *Decembris* 1822.

Pro capitulo faciebat ratio, quod Cathedraticum, licet onus esse detur titulo inhaerens, nihilominus negari non potest fundorum beneficialium ratione ac intuitu deberi, ceu tradit diserte Piringh *L.* 5 *Tit.* 39 *num.* 44. et clarius ac luculentius Imuz. *eod. tit. num.* 65. In huius rei confirmationem additur declaratio Concilii Romani, quae licet in Senogalliensi dioecesi vim legis non habeat, maxima tamen illi negari non potest auctoritas, cum Ecclesia Romana omnium sit Ecclesiarum magistra. At vero illius Synodi Patres pro maiori vel minori beneficiorum reditu Cathedraticum taxaverunt. *Ab Ecclesiis vero* (sic *Tit.* 8. *c.* 4 *in fin.*) *ubi plures de massa participant, ab omnibus in communi iulii viginti, salvis tamen consuetudinibus Ecclesiis et Episcopis magis favorabilibus.*

Ex quo sequebatur, ut licet admitteretur, Capitulum canonice nunquam interiisse, nihilominus cum eiusdem census maximopere deminutus fuisset, cathedraticum quoque deminuendum esset. Neque officit, si decimarum ius ad Capitulum reversum fuerit; cathedraticum unius non unum fundum, sed cunctos indiscriminatim afficit. Id fortasse in aliquo pretio habendum esset, si de quarta decimaria non de Cathedratico certamen esset. Nec maioris momenti erant, quae contra redituum tenuitatem a Capitulo allatam Episcopalis mensae Procurator excipiebat, quando enim de communi massa Cathedraticum persolvitur, nulla ratio capitum habetur, sed universitatis, cui Concilium Romanum scutata duo solvenda praefigit. Tandem de regula, quam S. C. firmat, nihil ea magis varium aut incertius potest adduci; cum diverse de diversis locis, personis, circumstantiis, aliisque id genus adiunctis sentiendum sit. Insuper eam ordinario in onerum reductione receptam esse constat, quae profecto de sui natura odiosissima reputanda est, et arctioribus usque limitibus coercenda. Huc accedit, quod Capitulum tristi rei oeconomicae conditione versabatur; preces enim huic eidem S. C. obtulerat, ut, inspecta impotentia, ab onere liberaretur deponendi scutata septuaginta; quibus precibus sententiam propitiam pro rei veritate Episcopus Visitator adiecerat.

Hisce itaque ultro citroque pensitatis, dubio, quod sequitur: *An et in qua summa Massa Capitularis Collegiatae Mondolfi sõlvere debeat Ca-*

thedraticum Mensae Episcopali Senogalliensi una cum fructibus decursis in casu?

Die 30 Augusti 1850 Emi Patres rescribendum censuerunt: *Cathedraticum deberi; et attentis peculiaribus circumstantiis praestandum esse in quantitate unius rubli frumenti, et medietatis rubli hordei relate ad futurum; quoad praeteritum praestandum esse in sex libris cerae albae.*

30 Augusti 1850.

ARIMINEN.

Super caducitate legatorum.

Pater Bonaventura ab Arimino religiosae Capulatorum familiae addictus, antequam solemnem professionem emitteret, testamentum, quod *fiduciae* vocatur, rite condiderat, deposita scheda apud acta publici Notarii, in qua plura tam pia quam prophana legata pure reliquerat. Neque adhuc huiusmodi fiducia declarata fuerat mense Ianuario 1849, cum summa potestas, quae tum temporis *provisorii gubernii* nomine pontificiam ditionem usurpabat, legem dixit, qua testamenta fiduciae ab eo usque tempore in posterum vetabantur; si quae tamen extarent, quorum declaratio facta nondum fuisset, mensis unius termino patefieri debebant; secus haereditas legis ministerio ad legitimos successores deferretur.

Itaque planum erat intelligere, quod si eo temporis P. Bonaventurae mens explicata fuisset, ob notissimas illorum temporum circumstantias magnis periculis legata illa exposita fuissent; adeoque idem Religiosus vir supplex ad hanc S. C. adstitit, ut sibi facultas impertiretur fiduciariam suam dispositionem, novo condito testamento, revocandi. Precibus annuit haec S. C. per haec verba: « Vigore specialium etc. Arbitrio » Ordinarii attentis peculiaribus circumstantiis pro facultate extrahendi » praefatam Syngraphan ab Oratore depositam penes publicum Notarium, » necnon pro habilitatione disponendi etiam per testamentum, non ob- » stante voto paupertatis in sua religiosa professione emisso. Quibuscum- » que etc. » Quin imo in litteris Episcopo executori datis diserte cavebatur, ut « il nuovo atto, che andrà ad emettersi sia concepito in modo, » che vengano garantiti per quanto sia possibile i diritti di quei che in » forza di detta scheda avrebbero diritto alla di lui eredità ».

Facultate data usus regularis ille, quas pias causas in prima dispositione vocaverat, iterum vocavit in altera, addita tamen clausula huiusmodi: « Siccome tutti i legati da me come sopra disposti provengono da » mia sola generosità, e non da obbligo, e siccome riposo tranquillamente » sull'onestà, e precisione del prenominato mio Erede, riguardo al pieno

» adempimento, e soddisfazione de' medesimi, così sotto pena di cadu-
» cità, ordino e comando, che niuno de' Legatarî possa assumere ipote-
» carie iscrizioni sui capitali dell'Eredità sotto qualsivoglia pretesto, o
» causa: ed assumendola voglio, che sia tostamente tolta e cancellata,
» così piacendomi etc. »

Deinceps, rebus publicis divino beneficio compositis, unus ex legatariis ab hac S. C. exoravit, ut clausula ista nullius roboris declararetur. Ariminensis Episcopus censebat pro causarum piarum tuitione hypothecam capiendam esse, verum ad certos fundos eam esse coercendam. In hoc rerum statu egregius et iuris prudentissimus S. C. Consultor super eo negotio sententiam rogatus est. Hic itaque omnia legata a P. Bonaventura relicta (quando circa legata profana quaevis controversia amice dirempta fuerat) inter pia recensenda esse praenotabat. Ad rem vero aiebat conditionem in allata clausula praescriptam nullius esse momenti, adeoque nullo pacto esse attendendam. Nam primum (sic ille argumentabatur) neque haec S. C., neque Episcopus executor hanc testatori potestatem fecerat, ut suae voluntatis dispositionem substantialiter ita variaret, ac ut conditionem gravissimam summique ponderis adiiceret; tantam igitur efficaciam illa conditio obtinebat, quantam potestatem religioso viro mutuaverat Sacer Ordo.

Subinde ea conditio impossibilis erat ac turpis iuxta Reinfestuel L. 3. *de Test. tit.* 26 §. 13 *num.* 137., qui tradit *impossibilem esse, quae vel a natura non implebilis, vel a lege prohibita est: si prohibita a lege est, etiam turpis dicitur.* Iamvero translatitii iuris est huiusmodi conditiones pro non scriptis haberi *L.* 14 *ff. de Condit. Instit. De haer. inst.* §. 10. Vinnius ad Inst. Iustin. 11. 10. Quod autem conditio in illa clausula contenta legum dispositioni adversaretur facile erat ex eo colligere, quod Summi Pontifices, post inductam novam hypothecarum conservandarum rationem, pro securitate legatorum piorum hypothecam tempore inscribi gravissime praescripserunt. Huc addebatur, quod haeredi fiduciario facilem aditum alienationibus patefaciebat, quin caeteroquin de suae potestatis abusu querela moveri posset. Id autem in rebus etiam profanis omnino vetitum esse nemo ignorat, qui vel primum iurisprudentiae limen salutarit.

In sententiam Consultoris iverunt Emi Patres; quandoquidem, proposito dubio:

An et quomodo prohibitio, de qua agitur, legatariis a testatore imposita substineatur in casu?

Responderunt in plenario conventu diei 30 Augusti 1850, *Non substineri.*

30 Augusti 1850.

VAPINCEN.

Super laudatione Instituti a SSmo Corde Mariae nuncupati.

Institutum Sororum a *Sanctissimo Corde Mariae* nuncupatarum in Dioecesi Vapincensi erectum, Constitutiones in eiusdem usum ab Episcopo Vapincensi approbatas huic S. C. confirmandas obtulerat. Quamvis autem Consultor, cuius suffragium exquisitum fuerat, petitioni suffragaretur, cum tamen innotesceret recentem esse illius instituti originem, recentiorem autem illarum Constitutionum confectionem (conditae enim fuerant an. 1844) memorato Episcopo Vapincensi rescriptum est, a more S. C. alienum esse ut ad Constitutionum approbationem deveniatur, nisi antea super instituti laudatione decretum prodiisset, itemque congruum annorum spatium elapsum esset, quo Constitutiones executioni mandatae fuissent, atque usu experientiaque comprobatae essent. Itaque idem Episcopus nullo amplius facto de constitutionibus approbandis verbo, suas preces renovavit, datis litteris die 1 Septembris 1850, ubi ita rescribebat: « In urbe Vapincensi » extat Congregatio Sororum a SS. Corde Mariae nuncupatarum, quas sub » Regula S. Augustini antecessor Noster piae Memoriae DD. Arband » anno 1835 instituerat. Vitam communem agere, aedificationem mutuam » sibi praebere, et sibi invicem tam spiritualiter quam corporaliter opi- » tulari, puellas educare, Instituti hic est scopus. Castitatis, paupertatis, » et obedientiae post novitiatum trium annorum vota emittunt. Usque » nunc unicam tantum habent domum, quae per superiorissam pro tri- » bus annis electam regitur. Haec domus vastissima omnibus virtutibus » et pietate redolens horto viridarioque amplissimis circumdata est cum » Ecclesia contigua. In claustro nunc quadraginta Moniales vitam labo- » riosam ac sanctam ducunt, de anno ad annum in numero crescentes, » institutique scopo omnino respondentes. Octoginta puellae sub earum » pedagogio, nostrarum Alpium plausu et familiarum grato animo alun- » tur et erudiuntur. »

His expositis, *submisse et efflagitanter Sanctitatem Vestram, Beatissime Pater, deprecor ut benigne Institutum Religiosarum SS. Cordis Mariae Urbis Vapincensis approbare dignetur.*

Cum itaque in plenario conventu diei 29 Novembris 1850 Vapincensis Episcopi postulatio Emorum Patrum iudicio proposita fuisset sub hac, quae sequitur, dubii formula:

An et quomodo laudari et approbari possit novum Institutum Sororum a Sanctissimo Corde Mariae nuncupatarum in Dioecesi Vapincensi erectum.

Rescriptum editum est: *Laudandum esse Institutum cum professione votorum simplicium sub obedientia Ordinarii loci.*

29 Novembris 1850.

MUTINEN.

Super contractu emphiteusis.

Iustinianus Benatti ante Ecclesiam Parochialem loci *Motta*, Dioecesis Mutinensis, in solo ad parochiale beneficium pertinente, accedente parochi consensu, novam domum extruxerat. Paulo post ad Consilium Dioecesanum super bonis Ecclesiasticis, cui ab Apostolica Sede specialis facultas pro contractibus usque ad scutata Romana mille approbandis tributa fuit, idem Benattius supplici libello se vertit, quo veniam emphiteusis super eiusdem soli parochialis parte, qua novum opus assurgebat, stipulandae exorabat.

Preces benigne audivit Dioecesanum Consilium, sed eiusmodi appositis conditionibus, quae minime Oratori arriderent; quas inter eae erant, ut orator canonem persolveret libellarum 200 in singulos annos, ac subinde parocho fundum una cum domo, refectis sumptibus, post quindennium redimere liberum esset. Parochus eo tempore suum praebuerat consensum, ut emphiteusis concessio in perpetuum perduraret. Interea cum agrimensor aestimationem soli facere iussus esset, constitit, fundum parochialem non adaequare libellas 196, eiusque reditus computari posse in libellis novem circiter per singulos annos.

Postea parocho copia data est, ut perpetuam emphiteusim cum canone annuo libellarum 160 inire posset. Cum adhuc tamen Benattio demortuo, eiusdem filiorum tutores contractum perficere propter canonis immodicitatem renuerent, idem Consilium, firmis caeteris conditionibus, ac speciatim emphiteusis perpetuitate, canonem ad libellas 50 suo decreto diei 14 Februarii 1849 coercendum censuit.

At vero nunc Parochus obstitit, ea praesertim de causa, quod emphiteusis in perpetuum duratura esset. Quocirca, Benattiorum tutoribus instantibus, idem consilium aliud decretum edidit die 6 Iunii 1849 quo Parochus ad emphiteutici contractus stipulationem, praestituto termino, compellebatur; eoque inutiliter elapso instantibus permittebatur, ut possent ex iudicis ministerio ad illum actum perficiendum devenire. Verum cum parochus adhuc renueret, Oratores ad hanc S. C. confugere maluerunt, ut, invito etiam eodem parocho, emphiteusi fastigium imponeretur.

Episcopus Mutinensis preces illas litteris suis prosequendas censuit,

quibus, postquam exposita veritate niti confirmasset, addebat, parochiae contractum utilissimum fore, cum ex fundo qui pretio aestimatus fuerat libellarum 196, quotannis libellae 50 redituae essent, ac subinde contractum eumdem iustitiae atque aequitati maxime respondere: idque eo magis, quia, si tutores iudicialem aleam experti fuissent, canonem certe multo inferiorem impetraturi essent. Idcirco oratorum precibus undequaque suffragabatur.

Parochus autem multa contra peritiam excipiebat, ac potissimum peculiares fundi circumstantias. Cum enim fundus in quo domus extructa fuerat, Ecclesiae proximus esset, plurimum commodi parocho afferre poterat. Deinde si Benattii haeredes in tabernae, aliorumque id genus usum domum converterent, praeter irreverentiam aedi sacrae obventuram, parocho certa parataque erat perpetuarum litium occasio. Quod si Benattii pretii immodicitatem obiicerent, sese sumptibus omnigenis refusis, fundo, ac domo recuperanda neutiquam abhorrere respondebat.

Super haec recolere erat, interdum solere hanc S. C. locorum piorum emphiteusim stipulationem impertiri, licet administratores dissentiant, et dissensus iniustus intelligatur; ut accidit in *Bononien. super contractu emphiteusis*, proposita *die* 3 *Ianuarii* 1843; cum enim Emorum PP. iudicio subiectum fuisset dubium:

« An et quomodo concedendum sit beneplacitum pro emphiteusi bo-» norum tam rusticorum, quam urbanorum ad Hospitale S. Crucis Ca-» stri Franci, non obstante dissensu administratorum. »

Responsio data est: *Affirmative cum solitis clausulis.*

Praeterea monebantur Emi Patres illud esse in S. C. instituto positum, ut ab eadem approbari non soleant perpetui emphiteuseos contractus ad quoscumque transituri, cum speciem quamdam saecularizationis bonorum praeseferant.

Tandem propter debitum sacris aedibus obsequium, religioni semper sibi duxisse eamdem hanc S. C. concludebatur, ne penes Ecclesias, monasteria aliaque religiosa loca habitationem habeant, hospitio recipientes, caupones, comaedi, similesve personae, ceu testes sunt Pignattellus *Cons.* 77 §. 2 *et seq. tom.* 4; Ferraris V. *Ecclesia art. V. n.* 44 *et seq.*

Quae cum ita essent, in plenario conventu diei 29 Novembris 1850, Emorum Patrum iudicio propositum fuit dubium:

« An et quomodo confirmanda vel reformanda sint decreta Illmi Con-» silii Dioecesani super bonis Ecclesiasticis, lata die 14 Februarii et 6 Iu-» nii 1849. »

Rescriptum extitit: « Affirmative pro emphiteusi dumtaxat ad li-» neam masculinam et femininam in infinitum cum debitis cautelis ar-» bitrio Episcopi, ne domus usibus destinetur, qui decori, et quieti vi-

» cinae Ecclesiae officiant, praefixo termino Parocho per Ordinarium, quo » inutiliter elapso procedi possit ad stipulationem. »

29 Novembris 1850.

ROMANA

Super restitutione in album Sodalium NN. Sodalitatis N.

Paulus N. Sodalis Confraternitatis N. cum in eodem Sodalitio Syndaci munere fungeretur, Sacratissimo Principi supplici libello multa detulerat super deterrima rei oeconomicae illius pii loci conditione, super abusibus et corruptelis, ac aliis quamplurimis incommodis; eaque culpae Sodalium ac Moderatorum in primis, adscribere minime veritus, exoraverat ut Visitator Apostolicus ab eodem Sacratissimo Principe deputaretur. Id reapse contigit, Pontifex enim visitatorem nominavit; sed nominatio in eamdem personam cecidit, quae iam Primicerii nomen partemque gerebat.

Subinde Sodales, coactis comitiis, animo reputantes a calumniosis delationibus et artificiis ipsius Pauli (ut ipsi sibi suadebant) repetendum esse, si Pontifex illud consilium iniisset, quod in Sodalium dedecus redundabat, cunctis suffragiis tum ipsum Paulum, tum duos eiusdem filios in sodalium pariter censu descriptos expulsionis poena mulctandos decreverunt.

Gravissime huiusmodi expulsionem tulit Paulus, eo magis, quia multo illud Sodalitium prosequeretur affectu; nam quadraginta quinque continuis annis ad idem pertinuerat. Itaque suas querelas ad Emum Urbis Vicarium, ac dein ad ipsum Pontificem extulit, enixis precibus efflagitans, ut de criminationibus, quarum accusabatur, inquisitio fieret, cognitaque innocentia in album Sodalium restitueretur.

Frustra pluries sodalium suffragia pro eiusdem redintegratione pertentata sunt: constanter enim reiectus abivit. Grassante interim reipublicae romanae, quam vocabant, imperio, conticuit Paulus. At reddita pace, iterum institit, ut controversia ab hac S. C., ad quam pontificia auctoritate remissa fuerat, definitiva sententia terminaretur.

Adversus Oratorem aiebant Sodales, piam illam sodalitatem pace et concordia frui nunquam posse, donec ille, eiusque filii in sodalium numero recenserentur, scilicet, ob asperum Pauli ingenium, querulum, morosum, et in calumnias conviciaque facile propensum. Haec fere omnia tum testimonio Praesulis Visitatoris, qui in primi a Pontifice nominati locum successerat. Coeteroquin fatebatur ea honestatis laude

Paulum commendari, qua Sodales generatim commendari non poterant praesertim ob vituperabilem rationem, quam in praeteritis perturbationibus secuti fuerant. Quapropter in ea sententia tam Visitator Apostolicus, quam Emus Urbis Vicarius erant, ut Paulus satis punitus reputaretur, iterumque proinde tum ipse tum filii in sodalium numerum referrentur.

In plenario conventu diei 29 Novembris 1850 Emorum Patrum iudicio dubium propositum est.

« An et quomodo praescribendum sit, ut Paulus, eiusque filii re-
» stituantur in album Sodalium Confraternitatis? »

Placuit rescribere: « Affirmative, et quoad Paulum ad mentem: mens
» est: ut scribatur Emo Urbis Vicario, qui accito Paulo moneat de se
» abstinendo a modis violentis sub poena expulsionis. »

29 Novembris 1850.

NUCERINA

Super prorogatione ad vitam indulti pontificii.

Hyeronimus Balduini loci *Gualdo Tadino*, Nucerinae Dioecesis, anno 1689, episcopali accedente decreto, beneficium ecclesiasticum ac sacerdotale vivus adhuc instituit, rectori onere imposito tres missas unaquaque hebdomada celebrandi. Ad ius patronatus quod attinet idem sancivit ut nominaretur « il primo figlio prete secolare che discenderà da
» Benedetto Salvatori, e suoi discendenti per ordine successivo in infi-
» nito, di modo che ad un prete di detta linea succeda l' altro della
» medesima linea servata la prerogativa del grado, e mancando li detti
» preti della detta linea vuol dar facoltà ai figli e discendenti maschi
» di detto Benedetto, che possano e debbano nominare un prete seco-
» lare, benchè estraneo a detto inspatronato, e non essendovi figli o di-
» scendenti, intende che il simile ius nominandi abbiano le femine di-
» scendenti da detto ceppo in infinito con ordine successivo ».

Sub exitum saeculi superioris Franciscus Salvatori a Benedicto originem ducens veniam obtinuerat ab Apostolica Sede, ut illius beneficii reditibus in statu matrimonii, dum viveret, frui posset: eoque vita functo eiusdem filiae Iulia et Aloisia per rescriptum a Summo Pontifice signatum die 14 Decembris 1827 eadem indulgentia donatae sunt, cum hac tamen clausula « donec inter vocatos idonea ad assequendam cap-
» pellaniam praefatam supervenerit persona. »

Anno 1848 faeminae illae ab hac S. C. suppliciter petierunt, ut isthaec clausula deleretur. Nam ipsae aiebant « se per caso si presen-
» tasse qualcuno che potesse aver diritto, esse oratrici resterebbero pri-

» ve di tal rendita, ch' è la loro sussistenza, ritrovandosi orfane, nu-
» bili, ed in cattivo stato di salute, e possano usufruirla loro vita na-
» turale durante, essendo mancanti di beni di fortuna. » Extitit reipsa, qui ad illud beneficium se ius habere contenderet, Horatius nempe Mattioli, per medium faemininum a primo stipite vocato descendens, ad Sacerdotium iam evectus, praebendaque Canonicali in recenti Collegiata *Gualdotadini* insuper decoratus. Et quoniam res amica conciliatione componi non potuit, Emorum PP. iudicio dirimenda delata est.

Reditus cappellaniae oneribus purgatus ad annua scutata triginta assurgebat, Episcopo teste; qui Oratricibus valde suffragabatur. Referebat enim Horatium Mattioli ingratum se Oratricibus amitis suis ostendere; has vere pauperes esse, pristinae fortunae statu delapsas, atque aetate iam provectas. Praeterea passivum cappellaniae ius patronatus masculinae Benedicti lineae dumtaxat competere opinabatur; licet autem foemineae quoque lineae tribuendum esset, praesumpta testatoris voluntas, atque aequitas canonica suadebat, ut Oratrices aliqua benignitate dignae censerentur. Itaque hanc proponebat conditionem, ut, firma redituum beneficialium fruitione, eaedem Oratrices scutata decem, alteraque ex ipsis demoriente, quindecim scutata Horatio in singulos annos pensitarent.

Horatius e contra propugnabat locum factum esse vocationi passivae simul ac ipse sacerdotium susceperat, ideoque rescriptum diei 11 Decembris 1827 expirasse. Oratricum paupertatem inficiabatur, quia potius sui ipsius inopiam exagerabat, quippe qui non satis et ipse valetudine firmus, genitrici iam seni, ac sorori dementia affectae substentationem suppetere deberet. Porro eius pater haereditatem maximo aere alieno gravatam reliquerat, ita ut memorata eiusdem genitrix famulatui se addicere necessitate adacta fuisset.

In iure adnotabatur, quod relicto iure patronatus absolute pro alicuius lineae consanguineis ac descendentibus, indistincte venirent tam geniti ex masculis, quam geniti ex foeminis. Fargna *de Iur. Patron. p. 2. c. 1 et 2 cas. 14 pag.* 91; itemque receptum esse de verbo *lineae. Rota in Imolen. Fideicomm.* 21. *Martii* 1729 *coram Ratto* § 8.

Quibus positis prono velut alveo fluebat directa Oratoris vocatio. Contra vero Oratricibus suffragabatur canonica aequitas *cap. Nobis* 15. *de Iur. patron.* ob earumdem paupertatem, aetatem provectam ac morbis obnoxiam, quod et ipse confirmabat Episcopus.

Die 29 *Novembris* 1850. Hisce praeactis duo dubia proposita sunt:

1. *An et quomodo annuendum sit precibus oratricum circa prorogationem rescripti obtenti die* 14 *Decembris* 1847 *in casu?* Et quatenus negative

2. *An et quomodo Sacerdos Mattioli immittendus sit in possessionem cappellaniae de qua agitur?*

Rescriptum fut: Ad 1. *Negative.* Ad 2. *Affirmative solutis annuis scut.* 15 *sororibus Salvatori ad vitam, et una moriente onus reducatur ad annua scuta decem.*

29 Decembris 1850.

BELLICEN.

Super approbatione Constitutionum Instituti nuncupati
« Associazione dei fratelli della Santa Famiglia ».

In Dioecesi Bellicen. anno 1827 originem habuit praefatum pium Institutum, quod fratribus tantum laicis componebatur. Anno 1841 frater Gabriel Taborin approbationem a S. C. tam Instituti, quam illius Statutorum postulavit. Proposita huiusmodi petitione in particulari Congregatione cum seqentibus dubiis:

1. Se, e come convenga lodare, e approvare l' istituto dei fratelli della sacra famiglia, ed approvare ancora i loro statuti?

Et quatenus affirmative ad secundam partem

2. Se, e quali modificazioni si abbiano a prescrivere riguardo agli stessi statuti?

Emi Patres rescripserunt: Ad 1. et 2. consulendum SSmo pro approbatione, per Breve epistolare ad Episcopum Bellicensem, piae societatis fratrum nomine S. Familiae coeuntium sub regimine unius fratris Superioris, ac sub omnimoda dependentia ab Ordinariis, emittentium vota simplicia temporanea, donec ab apostolica Sede aliter decernatur quando de propositis regulis placuerit eidem Apostolicae Sedi iudicium emittere. Hoc decretum a Gregorio XVI approbatum fuit.

Anno 1847 dictus Fr. Gabriel Superior Instituti approbationem statutorum enixis precibus expostulavit, sed summus Pontifex hac super re supersedendum esse existimavit, nam praxis huius S. C. est, ut caute, et prudenter habitoque per congrui temporis spatium experimento, ipsa procedat.

Verum memoratus Superior minime animo cecidit, sed anno 1850 preces enixius renovavit, allegans testimoniales litteras Archiepiscopi Camberien., et Episcopi Bellicen., quibus antistites testabantur piam societatem diffusam esse in duodecim Dioeceses tum Sabaudiae, tum Galliarum, eamque maximae utilitatis futuram non solum in christiana puerorum institutione, verum etiam in primaria, quam dicunt, instructione tum in Civitatibus, tum in pagis tradenda.

Deputatus a S. C. Consultor petitioni favebat, sed Emi Patres in generali conventu habito die 26 Iulii 1850 dubio:

Se, e come debbano approvarsi gli statuti compilati per l' Istituto dei fratelli della Santa Famiglia?

Referente Emo Brignole, rescripserunt:

Dilata, et ad mentem: mens est: che Mons. Assessore (1) faccia gli opportuni rilievi, e comunicati al Rmo Consultore NN. per l' esame, si metteranno di concerto, e quindi li sottometteranno all' Emo Ponente, il quale ne farà rapporto alla S. C.

Assessor officium sibi commissum in examine dictorum statutorum adimplere curavit, et nonnullas exhibuit animadversiones, quarum summa tantum hic refertur:

1. Licet Institutum anno 1825 erectum fuerit, tamen una tantum vera, et proprie dicta, seu formalis domus in Civitate Bellicensi habetur, nam aliae non sunt verae domus, sed potius stationes ad quas fratres seorsim, et quasi uti singuli accedunt, quin communitatem efforment. At firmum, fixumque est S. C. principium ne approbentur Constitutiones alicuius Instituti natura sua diffusivi, nisi postquam plures illius domus erectae fuerint.

2. Asserit Fr. Taborin statuta ab origine efformata fuisse, et post annum 1841 quasdam immutationes in eis locum habuisse, sed nullum exhibet actum, quo probetur immutationes introductas esse auditis saltem fratribus gravioribus piae Societatis, cuius nomine approbatio petenda erat, et non nomine solius Superioris; non enim Constitutiones, et statuta a Solo Superiore, aliis inconsultis praescribenda sunt.

3. Iuxta Statuta pars Fratrum vitam activam, alia pars coenobiticam amplecti deberet. Haec non solum aliquid novitatis saperent, sed nullus adhuc extat *recessus* Fratrum, qui vitam coenobiticam agant, nec regulae pro dictis coenobitis exhibitae sunt S. C. quae propterea confirmaret, quod ignorat.

4. Proprius accedentes ad qualitatem, et naturam statutorum, Fratres *Religiosi* vocantur, quod improprium est cum vota simplicia tantum emittant, quae statum religiosum non constituunt, nisi ex speciali et extraordinario privilegio Societati Iesu tantum concesso.

5. Huiusmodi Instituta ad certum, et determinatum finem in constitutionibus exprimendum tendere debent. In casu finis nimis late patet, nam respicit omnia bona opera. Insuper munus *Catechistarum* Fratribus laicis tribuitur. Laudabile quidem est, ut laici doceant doctrinam

(1) Munus Assessoris institutum fuit a SSmo D. N. Pio PP. IX per Chirographum datum Neapoli in Suburbano Portici die 18 Octobris 1849 ad Cardinalem Orioli Praefectum, ut Assessor etiam in generalibus coetibus pro lege, et S. C. consuetudinibus, ac traditionibus staret, easque tueretur: illudque mihi maxima Pontificis benignitate collatum fuit die 20 eiusdem mensis, et anni.

christianam iuxta Const. Bened. XIV, sed sedulo animadvertendum est an conveniat, ut S. Sedes officium Catechistae Fratribus, qui laici sunt, expresse et directe quasi proprium illorum munus committat?

6. Vanitatis sapit Superiorem laicum Instituti petere usum linei amichalis (rocchetto), et habitus acu picti, qui speciem Mantellettae praeseferat, nec non crucis pectoralis. Hoc privilegium exorbitans prorsus est.

7. Res est periculi plena, ut Fratres seiunctim et seorsim ad stationes (stabilimenti) pergant, ibique absque communitate, et etiam sine socio remaneant.

8. Praescribitur, electionem Superioris legitimam esse etiamsi electus maioritatem tantum *relativam* suffragiorum obtineat.

10. Nimis late patet auctoritas Superioris generalis: ipse tantum ius habet nominandi suos consiliarios generales. Ei conceditur facultas dispensandi super votis in Instituto emissis, ideoque superiori laico concederetur vera iurisdictio ecclesiastica maior ea, quam super votis Episcopi habent, nam super votis in Instituto approbato emissis Episcopi dispensare non possunt (1). Quod si aliqui Superiores nonnullorum Institutorum hac potestate ex privilegio S. Sedis gaudent, agitur de superioribus ecclesiasticis, qui non absolutam facultatem habent, sed quasi ndirectam, scilicet dimittendi professos a Congregatione, quo fit, ut a votis soluti intelligantur, et remaneant.

11. Mentio fit de servandis legibus civilibus in alienatione bonorum, nullo facto verbo de servandis legibus canonicis.

12. Constituuntur Protectores Instituti pro domibus Galliarum Episcopus Bellicen., pro domibus Sabaudiae Archiepiscopus Camberiensis. At Protectores si unus, vel alter casus excipiatur, non solent constitui *in partibus*, sed penes apostolicam Sedem. Accedit inconveniens et odiosum fore, ut Episcopus alicuius Dioecesis auctoritatem in alienas dioeceses super domibus Instituti exerceat.

13. Nulla mentio fit decretorum S. Congregationis super statu Regularium pro receptione Novitiorum.

Rmus Consultor animadversionibus Assessoris, adhaerens censuit statuta esse emendanda.

Inter Fr. Taborin nonnulla expostulavit privilegia nempe in folio signato num. 3. 1. Facultatem Superiori generali permittendi Fratribus, et Novitiis, ut sacras suppellectiles, et vasa sacra tangere possent. Verum Assessor autumabat minime conveniens esse concedere Superiori laico hanc facultatem, sed potius expedire, ut S. Sedes directe concedat Fratribus, et Novitiis, qui in Ecclesia muneribus Clericorum funguntur, in-

(1) Vid. pag. 453.

dultum tangendi sacras suppellectiles, et vasa sacra, prout Calistus III, et Sixtus IV aedituis Regularibus concesserant. 2. Indultum asservandi in eorum Ecclesiis, et Oratoriis SSmum Eucharistiae Sacramentum, et licentiam, ut Dominicis, aliisque festis, et quibusdam aliis diebus benedictio cum SSmo Sacramento dari possit. Assessor perpendebat in similibus indultis asservandi SSmum Sacramentum apponi solere clausulam « *salvis iuribus parochialibus* » et in casu non existere aliam Instituti formalem domum praeter eam, quae in Civitate Bellicen. reperitur, ideoque, si S. C. annuere existimaverit, indultum coercendum esse ad Ecclesiam tantum praefatae domus Bellicensis *cum solitis clausulis*. Addebat veniam dandi benedictionem spectare ad Ordinarium loci, ad quem Fratres recurrere facile poterunt, quin laicorum arbitrio relinquatur. In altero vero supplici libello signato num. 4. Fr. Taborin deprecabatur, ut concederetur 1. facultas Fratribus, et *Aumôniers de l' association* faciendi pium exercitium *Viae Crucis* privatim cum cruce professionis, si dicta *via Crucis* erecta minime fuerit in Ecclesia, aut in Cappella privata loci *où ils sont places*, et lucrandi indulgentias dicto pio exercitio adnexas. 2. Indultum altaris privilegiati pro altari maiori Ecclesiarum, et Cappellarum ad Institutum spectantium. Assessor exponebat abusus, qui irrepere poterant ex concessione altaris privilegiati praesertim cum illud petatur non solum pro Ecclesiis, sed etiam pro Oratoriis, seu Cappellis *appartenantes, ou confiées à la dite association*. Poterit fortasse, aiebat concedi dictum indultum pro altari maiori domus Bellicensis. 3. Nonnullae Indulgentiae, quas in eodem folio sub distinctis numeris exprimebat. Hac super re Assessor existimabat prae oculis habendas esse litteras apostolicas in forma Brevis diei 23 Maii 1606, quibus ad evellendam confusionem multiplicibus concessionibus exortam Paulus V. revocavit omnes indulgentias Regularibus concessas, et unico contextu novas Ordinibus religiosis universis attribuit duodecim distinctis articulis expressas, qui legi possunt in pag. 133 Collectionis Indulgentiarum typis editae Romae anno 1834.

Propositis igitur in generali conventu diei 21 Februarii 1851 sequentibus dubiis:

1. Se, e come debbono approvarsi gli Statuti compilati per l' Istituto dell' associazione dei Fratelli della S. Famiglia?

2. Se, e come convenga concedere i privilegii, di cui nella supplica num. 3?

3. Se, e come le indulgenze richieste nell' istanza n. 4?

Emi Patres, referente Emo Brignole, rescripserunt: Ad 1. Dilata, et scribatur Episcopo Bellicen. ad mentem: mens est: che mentre la S. C. nota lo zelo di Fr. Taborin, e gode del bene, che arreca l' Isti-

tuto della S. Famiglia dalla S. Sede approvato, non crede opportuno approvarne gli statuti sì perchè ancora non esiste, che una sola casa formale del medesimo, come ancora per le difficoltà, che presentano vari articoli degli stessi statuti, come potrà vedere dalle osservazioni fatte circa i medesimi, che gli si comunicano: che peraltro allorquando saranno erette almeno tre case formali, e saranno gli statuti corretti, e meglio sviluppati, non che confermati dal voto dei Fratelli del suddetto Istituto, comprovati dalla esperienza, e muniti di commendatizie dei rispettivi Vescovi, se ne riassumerà l' esame per l' approvazione. Ad 2. Affirmative iuxta votum Assessoris. Ad 3. Iuxta modum, nempe quoad primum articulum affirmative: ad secundum articulum in voto Assessoris pro indulto perpetuo: ad tertium articulum negative; in reliquis pro communicatione dumtaxat Indulgentiarum concessarum Ordinibus Regularibus a Paulo V per litteras Apostolicas in forma Brevis diei 23 Maii 1606 quae duodecim articulis continentur (1). —

21 Februarii 1851.

CIVITATIS CASTELLI

Super absolutione a reinvestimentis, ac depositis.

Capitulum Cathedralis Civitatis Castelli ad restaurandam Fabricam Ecclesiae, quae ob terraemotum gravia damna passa erat, cum alia media defecerint, coactum fuit praevio apostolico beneplacito non solum nonnulla bona alienare, sed etiam imponere censum in summa scut. 5625. 37. 3. Ei vero iniuncta fuit obligatio debitum annuis depositis extinguendi et fundos alienatos redintegrandi.

Hinc hisce depositis collecta fuit summa scut. 3465. 35. 4. ideoque debitum scut. 2160. 1. 4 supererat, nempe sc. 960. 1. 4. investienda pro fundis alienatis, et scut. 1200 impendenda in extinctionem censuum impositorum.

Cum autem status oeconomicus mensae Capitularis ob varias vicissitudines deterior factus fuerit, Capitulum a S. C. petiit ut ab investienda dicta summa sc. 969 absolveretur et insuper ei facultas concederetur alienandi census, et credita ad Ecclesiam pertinentia, ut summa retrahenda partim impenderetur in extinctionem debitorum, quibus Ecclesia gravatur, et quod supererit in fundos meliorandos, et restaurandos. Ordinarius veritatem expositorum confirmabat, et precibus Capitula-

(1) Prolixior facta est huius Consultationis relatio, nam ex ea colligi possunt principia, et praxis, qua S. C. in examinandis, et approbandis statutis, et constitutionibus Institutorum utebatur.

rium suffragabatur. S. C. solet necessitatibus locorum piorum consulere ut plurimum concedendo veniam pro impositione aeris alieni, sed difficiliorem se praebet quoad venditionem capitum, nisi ob peculiaria rerum adiuncta vera necessitas urgeat, quod raro admodum evenit: sed ne patrimonia locorum piorum detrimentum capiant et imminuantur, S. C. tam pro debitis extinguendis, tam pro fundis redintegrandis obligationem imponit deponendi annuas ratas, assignato ad hoc congruo fundo, et comminata excommunicatione latae sententiae contra eos, qui impositae obligationi non satisfaciant (1).

Propositis igitur in Congregatione generali diei 14 Martii 1851 dubiis:

1. Se, e come si possa annuire alle preci degli Oratori per l'assoluzione dal rinvestimento di scudi 960. 1. 4. in fondi stabili nel caso?

2. Se, e come similmente per l' assoluzione dal fare i depositi per la somma di sc. 1200?

3. Se, e come per la facoltà di alienare i censi, e Crediti attivi nella complessiva somma di sc. 3526. 2. 5?

4. Se, e come per la facoltà di ritirare l' intiero capitale in discorso, o cedere ancora i crediti *in solutum* per l' estinzione de' debiti?

Emi Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt:

Ad 1. et 2. providebitur in 3. Ad 3. Affirmative pro distractione censuum, et creditorum in ea quantitate tantum, quae respondeat debitis frugiferis Capituli, et iniuncta obligatione redintegrandi post septennium ad rationem scut. 100 singulis annis tum pro summa censuum modo distrahendorum et creditorum quam pro scut. 960. 1. 4, firma obligatione capitulo consulendi S. C. in singulis casibus. Ad. 4. provisum in 3.

14 Martii 1851.

FERETRANA

Spolii

Presbyter Martinus Caliendi ad pontificalem dignitatem in Ecclesia Ripana promotus, deinde post triennium ad Ecclesiam Feretranam translatus fuit: tandem die 10 Aprilis 1849 diem suum obiit. Hinc quoad eius sacra utensilia, et suppellectiles, re composita cum Capitulo Ripa-

(1) Iuxta praxim S. C. quae SS. Canonibus conformis est, si aliquis fundus ecclesiasticus vendi permittatur, praescribitur ut pretium contextualiter persolvendum investiatur in stabilibus utilioribus. Si aliquando peculiaria rerum adiuncta exigant, ut pretium in reparationes fundorum vel dimissionem debitorum impendatur, S. C. procedit ex speciali Summi Pontificis auctoritate, et solet, ut supra expositum est, redintegrationem praescribere. Quo posito videant sapientiores an probari possit, quod Episcopus vi Cap. *Terrulas* dispenset ab investimenti lege, et pretii ex parvo fundo vendito retracti distractionem in alios usus permittat.

no, divisio facta est inter Capitulum Feretranum, et heredes Caliendi ea tamen protestatione mutuae restitutionis si constaret rem aliquam ad quemlibet eorum non spectare.

Paulo post haeredes Caliendi cognitis Litteris Apostolicis in forma Brevis incip. *Quum illud plurimi* SSmi D. N. Pii PP. IX die 1 Iunii 1847 editis (1) in quibus ita enunciabantur, quae in spolio minime comprehenduntur « exceptis annulis, et Crucibus pectoralibus etiam cum sacris » Reliquiis, et iis omnibus utensilibus cuiusvis generis, quae legitime » probentur ab Episcopis defunctis comparata fuisse bonis ad Ecclesiam » non pertinentibus, neque constet Ecclesiae fuisse donata, » contendebant ab Episcopo Caliendi sacra utensilia aere proprio comparata fuisse; ideoque in ius vocabant Capitulum, quod tamen, ne sese expensis litis subiiceret, restituit haeredibus Caliendi sacra utensilia, quae ipsi expostulaverant, salvo tamen S. C. beneplacito.

Hinc preces ad S. C. datae fuerunt nomine Capituli ad impetrandam S. Sedis confirmationem, ut capitularium conscientiae consuleretur. Verum cum in dictis Litteris Apostolicis post relata superius verba immediate legatur « Volumus propterea teneri, ac debere Episcopos confi- » cere in forma authentica inventarium sacrorum utensilium, in quo pro » rei veritate exprimant, quando acquisita fuerint, et speciali nota de- » scribant, quae ex Ecclesiae redditibus, ac proventibus sibi compara- » runt, ne alias praesumi debeat ea omnia redditibus Ecclesiae compa- » rata fuisse; » Capitulum instabat ut, non obstante traditione ab ipso facta haeredibus Caliendi, S. C. iura Ecclesiae attenta omissione inventarii tueretur, inventarium enim praescribitur, ne secus praesumi debeat utensilia redditibus omnino Ecclesiae fuisse comparata.

Novus Episcopus de informatione et voto requisitus Capitulo suffragabatur, quia Episcopus defunctus inventarium non confecerat, quod ipse ita necessarium autumabat, ut eo deficiente sacra utensilia ecclesiae redditibus comparata haberi prorsus debeant, vel ab Episcopo Ecclesiae donata; secus frustranea foret praescriptio inventarii ad lites evitandas, si alio modo inventarii defectui suppleri possit: praesumptionem vero donationis favore Ecclesiae in casu concurrere existimabat eo vel magis quod Episcopus defunctus nullam de sacris utensilibus in testamento mentionem fecerit. Ad haeredes Caliendi acriter contendebant praesumptionem cedere veritati, si aliis probationibus demonstraretur sacra utensilia aere proprio ab Episcopo comparata fuisse. Id demonstrare conabantur tum allatis quibusdam testimoniis illorum, a quibus acquisita fuere, tum etiam deducta ratione ex eo, quod Episcopus sacra iam utensilia haberet, cum e Ripana ad Feretranam Ecclesiam translatus fuerit.

(1) Vid. pag. 117.

Quaestionis igitur cardo praesertim versabatur circa omissionem inventarii. Praefatae litterae Apostolicae latae fuerunt praevio examine, et voto S. C. EE. et RR. Porro in S. C. propositum fuerat dubium:

« Se, e qual regola stabilire per impedire, che nei casi di divisione » nascano questioni sull' incertezza della provenienza dei medesimi uten- » sili? »

Emi Patres rescripserunt: « Affirmative, et mandandum esse Epi- » scopis ut in forma authentica conficiant inventarium Sacrorum utensi- » lium, in quo speciali nota descripta sint ea, quae ex Ecclesiae redi- » tibus et proventibus sibi compararunt. » Videtur igitur praescriptum fuisse inventarium ut constitueretur praesumptio, quam vocant *iuris, et de iure,* nempe « ea, cui ius adeo fortiter innititur, ut eam plene pro » veritate habendam decernat. Unde hoc operatur in foro iudiciali quan- » tum ipsa veritas. » Reinf. L. 2. Dec. tit. 23 §. 2. num. 26.

Contra hanc praesumptionem regulariter non admittitur probatio in contrarium. Reinf. L. c. num. 52. *Nihilominus* (prosequitur idem auctor) *allata regula fallit in nonnullis casibus. . . . . siquidem contra praesumptionem iuris et de iure admittitur probatio per evidentiam facti, seu per notorium;* quia probatio, quae est per evidentiam facti, nunquam censetur exclusa: quando enim constat certo et evidenter de veritate, cessat dubium, circa quod versatur praesumptio, unde necesse est ut praesumptio cedat veritati. Quinimo docet *hoc ipsum procedere de duobus vel tribus testibus summae fidei sive multum legalibus, et probis.* L. c. num. 57 et 59.

Porro capitulum autumabat standum esse praesumptioni *iuris, et de iure;* et haeredes Caliendi contendebant standum esse testium attestationibus, nempe veritati. Sed ambigendum fortasse erat an quoad singula utensilia evidentia et certa testimonia revera haberentur.

Proposito igitur in Congregatione generali habita die 4 Aprilis 1851 dubio:

Se, e come nel caso convenga concedere l' apostolica sanzione all' atto di consegna fatta dal Capitolo di Pennabilli agli eredi Caliendi degli oggetti designati nella nota?

Emi Patres, referente Emo Brignole, rescripserunt: Affirmative, facto verbo cum SSmo, ad cautelam.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Pii PP. IX. Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, mandans scribi Episcopo ad mentem: mens est: che S. S. bramerebbe, che gli eredi Caliendi lasciassero alla povera Chiesa gli oggetti segnati negli ultimi tredici articoli della nota.

4 Aprilis 1851.

SORANA

Erectionis novi Monasterii.

Episcopus Soranus summopere cupiens ut Monasterium Visitationis in sua Dioecesi erigeretur, supplex S. C. adiit, ut Archiepiscopo Neapolitano, cum quo ipse hac super re iam rationem iniverat, facultas concederetur mittendi ad dictam erectionem perficiendam duas Sanctimoniales Virgines ex aliquo monasterio Neapolitano eiusdem Ordinis.

Cum ad constituendum novum Monasterium plura requirantur, nec S. C. ad erectionem beneplacitum apostolicum, nisi causa cognita impertiri soleat, scripsit Episcopo, qui tantum veniam pro translatione duarum Monialium expostulaverat, ut locum erectionis significaret, de aedibus, earumque capacitate, de clausura, de adnexa Ecclesia, de numero postulantium, quae ad vestitionem admitti petunt, nec non de bonis, ac redditibus accurate referret. Et antistes paulo post significavit Monasterium erigendum esse in oppido « *Gallinaro* » aedes in ordine (piano) superiori duodecim cubicula, in inferiori refectorium cum officinis consuetis habere, his adnexos esse duos hortos, qui moeniis pro clausura muniri poterunt : deesse Ecclesiam, sed designatum esse locum in quo construatur: cubicula, prout nunc habentur, duodecim moniales capere : sed aedes ampliari posse : annuum redditum ducata 600 circiter attingere, quae a duabus sororibus viduis admissionem in Monasterium petentibus praestantur cum sese, et sua bona Deo offerre summopere cupiant.

Fagnanus in *cap. Grave De officio Iud. Ordin. num.* 53. *in fin.* refert praxim, quam S. C. in approbandis Monasteriorum erectionibus servare solet; nempe « Supplicationes autem reiiciuntur ad Congregatio- » nem Episcoporum, et Regularium, in qua examinantur conditiones, et » qualitates ad id requisitae, nempe ut erectio non fiat pro pauciori » numero quam duodecim Monialium Choristarum : ut dos constituatur » non in censibus, sed in bonis stabilibus frugiferis, ac liberis ab omni » onere et fideicommisso purificato aut purificando: et non minoris red- » ditus pro dicto numero duodecim, quam tercentorum Ducatorum au- » reorum, et maioris pro locorum qualitate, ultra dotes ordinarias a pu- » ellis deferendas : ut monasterium erigatur intra moenia in loco sa- » lubri, ac libero a prospectu : ut fabrica, clausura, Ecclesia interiori, » et exteriori, loco pro novitiis distincto, atque omnibus officinis sit suf- » ficienter instructum, et alia id genus. »

Quod si fundi, et bona Monasterii erigendi ex donatione alicuius pii Benefactoris proveniant, formalis erectio non permittitur, nisi donans prius donationem in forma iuris valida stipulatus fuerit. Hinc in ***Lucana***

super canonica erectione Monasterii loci Camajore, propositis in Congregatione generali diei 18 Aprilis 1843 dubiis:

« Se, e come vi sia luogo a concedere la canonica erezione del Mo» nastero per la professione de' voti solenni, e della clausura papale? »

Emi Patres rescripserunt: « Affirmative iuxta votum Archiepiscopi, » ita ut non deveniatur ad canonicam erectionem Monasterii, nisi stipu» latis regulariter contractibus. »

Monet Monacellius in Form. legali tom. 1 tit. VI. form. 19 n. 18, in fundatione Monasterii Monialium non esse audienda alia monasteria viciniora, sed S. C. habita informatione, et consensu Episcopi ordinarii, ac constito fabricam Monasterii esse capacem, et in omnibus suis partibus absolutam, dotemque esse tutam, ac sufficientem saltem pro duodecim Monialibus, concedere gratiam fundationis, nemine alio vocato. Monet etiam Monacellius loc. cit. n. 21 ad evitandas dissentiones non permitti, ut nova Monasteria Regularibus subiiciantur.

Cautelas servandas pro custodia clausurae exponit P. Alessandri cap. 7 de obl. ad claus. § 1 qu. 10 « Monialium clausura ita debet » custodiri, ut sit circumscripta altis moeniis, ne a vicinis, quicumque » isti sint, et ex eorum aedibus monasteria inspiciantur. Et ideo pro » opportuno remedio potest Episcopus extollere murum viridarii regula» rium sumptibus, cui de iure S. C. Conc. in Urbinaten. 10 Martii 1663; » et claudere fenestras saltem vitreis speculis si non respondeant in clau» suram, ita ut non possint aperiri; ita etiam fenestrae omnes et quae» vis alia foramina regularium respicientia in hortum et clausuram mo» nialium omnino claudenda sunt S. C. Ep. et Reg. in Amerina 23 De» cembris 1603, nulloque modo debet esse prospectus in Monasteria Mo» nialium, et e contra ne quidem a fenestris turris Campanariae alicu» ius Ecclesiae vicinae, ut in Portugallen. 19 Aprilis 1605. Sed pleno » muro fenestrae debent construi, ut in Aquilana 31 Iulii 1612 etiam » illae quae sunt in monasterio Monialium, per quas videre possunt et » videri in Parmen. 28 Novembris 1636; neque alicui debet permitti » aedificium attollere, si per illud habeatur prospectus in Monasterium, » ut in Interamnen. 15 Maii 1612; suntque demoliendae mansiones con» structae in vico intermedio, et claudendum est ambulacrum, quod a » tecto monasterii imminet, eique praedominat Assisien. 11 Iunii 1653, » non obstante quacumque appellatione et recursu Conversanen. 8 Au» gusti 1653. (1) »

(1) Infra muros clausurae satis sufficiens hortus existere debet, in quo Moniales deambulare possint. Quare ob horti defectum S. C. in *Auximana super facultate emittendi vota solemnia* denegavit in generali conventu die 3 Decembris 1852 Tertiariis Clarissis Auximi licentiam emittendi vota solemnia et constituendi clausuram papalem rescribens: *Pro nunc non expedire.*

Quod vero spectat ad translationem duarum monialium ad effectum, de quo agitur, saltem post Const. S. Pii V. incipien. *circa pastoralis* et *Decori* et *honestati* nonnisi a S. Sede venia concedi potest. Ideoque Nicolius *in Flosc.* verbo *Monialis n.* 19 habet « Moniales quacumque » occasione transferri non possunt amplius de monasterio ad monaste- » rium sine speciali licentia Sedis Apostolicae toties quoties obtinenda, » neque occasione prioratus, vel alterius officii quibuscumque in contra- » rium non obstantibus. Ex decreto Pauli V. pubblicato a S. C. EE. et » RR. sub die 22 Decembris 1617. » Haec autem a S. C. statuta sunt in huiusmodi translationibus servanda: 1. Moniales transferri non debent in Monasteria adeo distantia, ut necesse sit longum iter peragere. 2. Pro regimine novi monasterii non debent regulariter transferri nisi duae moniales. 3. Transferendae debent esse eiusdem Ordinis. 4. Non possunt cogi, sed solum hortari. 5. Eas comitari debent consanguinei, vel aliae honestae, et religiosae personae iuxta ordinationem Episcopi: quin imo in praesens praescribitur ut eas comitetur aliqua honesta mulier cum viro ecclesiastico maturae aetatis, praescriptis ab Episcopo opportunis cautelis. 6. Monasterium, a quo transferendae sunt, ob earum discessum sine regimine non remaneat, vel detrimentum non capiat, ideoque regulariter solent illius moniales capitulariter audiri. 7. Ut plurimum licentia ad triennium, vel quinquennium conceditur.

Quibus praemissis in Congregatione generali habita die 20 Iunii 1851 proposita fuerunt dubia.

1. Se e come si abbia a concedere a Monsig. Vescovo di Sora il permesso di erigere un nuovo Monastero di Salesiane in Gallinaro nel caso?

Et quatenus affirmative

2. Se, e come, e con quali cautele concedere all' Emo Arcivescovo di Napoli la facoltà di fare uscire dal Monastero di Donnalbina di Napoli due Salesiane per trasferirsi nel detto luogo per osservarlo, ed iniziarvi detta fondazione?

Emi Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt: Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem: mens est: che la S. C. non crede nello stato attuale approvare la erezione del detto Monastero, ma che il Vescovo prima provegga a quanto è necessario per la fabbrica, per la chiesa e per la congrua dotazione; ed osservi ancora se nel luogo si possano facilmente avere i Confessori pel Monastero (1).

20 Iunii 1851.

(1) Haec diffusiori calamo relata sunt, ut agnoscatur praxis S. C. quoad nova Sanctimonialium monasteria erigenda.

PERUSINA

Coemeterii quoad Regulares utriusque sexus.

Cum in civitate Perusii coemeterium institutum fuisset, Commissio Municipalis leges generales circa ea, quae civili ministerio competunt, ad eiusdem moderationem emanavit. Inter harum articulos, hic recensebatur ut omnium plane civium cadavera eodem tumulanda efferrentur. Excipiebatur tantummodo Episcopus, nec non Moniales clausurae obnoxiae, ac Regulares, dummodo tamen coemeterio particulari non deficerent, quod a locis habitatis abesset iusta distantia per deputationem Sanitatis tuendae praepositam determinanda. Huiusmodi articulum in editis aliis circa ea, quae Ecclesiae iura respiciunt, appositis legibus, confirmavit sua auctoritate Perusinus Episcopus.

Cum tamen Regulares viri his legibus gravatos se fuisse censerent, occasione qua duo Religiosi ex Augustiniana familia demortui fuerant, nulla habita earumdem legum ratione in propriis Ecclesiis, veluti ante fieri solebat, tumulata fuerunt. Quin imo duarum regularium familiarum moderatores Summo Pontifici suas preces detulerunt, ut a memoratis legibus eximerentur. Eodem tempore Commissio Municipalis suas Administro ab negotiis internis contra Augustinianam familiam querelas ob suas leges violatas detulerat. Utrarumque partium negotium speciali a Sanitate tuenda Congregationi remissum fuit, quae declaravit, easdem leges observari debere etiam in duobus de quibus agebatur casibus.

Sed enim omnes universi Ordinum Reguliarium Perusii degentium Moderatores, suas ad hanc S. C. Ep. et Reg. reclamationes contra latas a Commissione Sanitatis leges converterunt. Quibus ad Emum Perusii Episcopum ex S. Congregationis instituto remissis, ut de re eadem sacrum consilium edoceret, suamque sententiam aperiret, idem Emus Episcopus exemplar legum a se editarum remittere satis habuit, quin suam sententiam panderet: hoc unum edidit cives omnes nullo discrimine hisce legibus obtemperavisse. Cum vero Ordinum Regularium Moderatores in id insisterent, ut controversia ad normam canonici iuris definiretur, SSmus D. N. specialem hanc in rem Congregationem aliquorum S. R. E. Cardinalium deputavit, in eamque adscivit cum voto dumtaxat consultivo R. P. D. Secretarium Sacrae Consultationis, eumdemque Secretarium Congregationis Sanitatis tuendae, nec non R. P. D. Secretarium S. C. Ep. et Reg. et Assessorem.

Dum haec agerentur, Abbatissa Monasterii a S. Agnete Urbis Perusii, suas preces ope Emi Secretarii a Memorialibus Pontifici obtulerat, ut monialium suarum cadavera ob peculiares Monasterii illius circumstantias, in sua Ecclesia velut antea sepeliri pergerent. Quas preces Sanctitas sua « *Arbitrio ac prudentiae Ordinarii remisit cum facultatibus necessariis et opportunis.* » At vero Emus Episcopus huic rescripto executionem sese dare non posse existimavit. Itaque eadem Abbatissa apud S. C. Ep. et Reg. ea de re conquesta est, eoque magis, quod cum Monialis eiusdem Abbatissae soror carnalis demortua esset, idem Emus Episcopus licentiam cadaveris in Monasterii Ecclesia tumulandi prorsus denegaverat. Abbatissae preces cum nogotio, quod iam pendebat, omnium Ordinum Regularium coniuncta fuerunt, ac disceptationi propositae.

Auditis utrinque deductionibus tum Moderatorum Reguliarum, tum Municipii Perusini, quod iuxta S. C. morem interpellatum fuerat, ut sua iura proferret pro eo, quod sua interesset ; denique die 3 Iulii 1851 praedicta specialis a SSmo D. N. Congregatio in unum convenit, subiectoque dubio :

« An et quomodo admittendae sint reclamationes Religiosorum utri-
» usque sexus civitatis Perusii, ac speciatim Monasterii a S. Agnete con-
» tra novas de tumulatione cadaverum dispositiones in casu ? »

Eadem S. C. respondit : *Affirmative et servanda esse privilegia Regularium utriusque sexus.*

3 Iulii 1851.

FULGINATEN.

Recessus a contractu permutationis.

Canonicus Petrus Dolci Fulginatensis uti Rector Praebendae Canonicalis sub titulo SS. Ioannis et Pauli, nec non uti Rector Cappellaniae a S. Gregorio nuncupatae cum Ioseph Candiotti die 30 Augusti 1850 conventionem iniit permutandi 1. Sex fundos Canonicales cum tribus fundis ad Candiotti spectantibus: 2. duos fundos dictae Cappellaniae cum alio eiusdem Candiotti. Licet nulla in hac conventione facta fuerit reservatio Apostolici Beneplaciti, tamen Can. Dolci illud deinde expostulavit. Interim vero inter partes mutua fundorum traditio locum habuit ; ita ut idem Candiotti in acceptis fundis eas immutationes perfecerit, quas opportunas iudicavit.

Rogatus Episcopus, ut praevia peritorum extimatione S. C. instrueret, votumque suum panderet, retulit constare de evidenti utilitate contractus, idque ex duorum peritorum iudicio confirmabat.

At Can. Dolci a contractu recedendum esse censebat, nam compromissum initum fuit cum ipse aegrotaret, ideoque alterius opera uti coactus fuerat. Deinde vero aiebat de evidenti damno certiorem factum esse.

Sed Episcopus una cum Candiotti, et Peritis utilitatem permutationis acriter asserebat. Hinc S. Congregatio deputandum esse voluit peritiorem, qui referebat valorem fundorum Candiotti excedere in scut. 12. 53 pretium fundorum Canonicatus, et in scut. 12. 94 pretium fundorum Cappellaniae.

At vero contractui opponebatur etiam sodalitium, quod iure patronatus in dictam Cappellaniam fruebatur, et Can. Dolci plures proferebat exceptiones praesertim circa extimationem arborum, et quoad praetensam utilitatem, quae ex domo colonica aliisque adiunctis haberi asserebatur, prout in Summario Consultationis latius referebatur.

In themate animadvertendum est Ecclesiam, et Loca Pia quando contractum inierint cum reservatione Beneplaciti Apostolici teneri illud expostulare, sed interim non posse ad traditionem fundorum procedere; verum aliter iudicandum esse si Beneplacitum Apostolicum minime reservatum fuerit, praesertim si ad traditionem bonorum partes devenerint; hoc enim in casu contra Constitutionem *Ambitiosae* ageretur, ideoque contractus in radice irritus foret, et contrahentes in poenas contra alienantes inciderent ac indigni prorsus evaderent, quominus S. Sedes iis faveret. Card. Petra Comm. ad Const. Apost. tom. 5 pag. 464 num. 26. In conventione, de qua agitur, nulla legitur apostolici beneplaciti reservatio; quin imo conventio ipsa sine beneplacito apostolico cum mutua traditione fundorum executioni demandata fuit.

In generalibus Comitiis diei 6 Februarii 1852 propositis dubiis:

1. Se, e come si abbia a concedere il beneplacito Apostolico per la permuta dei fondi del Canonicato de' SS. Giovanni, e Paolo converso?

2. Se, e come si abbia a concedere il beneplacito Apostolico per la permuta de' beni della Cappella di S. Gregorio nel caso?

Et quatenus affirmative ad utrumque, vel alterutrum

3. Se, e come proseguendo il Dolci a negare il suo consenso vi sia luogo alla stipolazione d' officio?

Emi Patres, referente Emo Cagiano de Azevedo, rescripserunt: Ad 1. et 2. negative, et scribatur Episcopo ad mentem: mens est: quod S. C. approbare non potuit contractum per se nullum; et Episcopus moneat contrahentes, ut consulant conscientiae suae. Coeterum partes poterunt

proponere novum contractum huic S. C. Ad 3. provisum in praecedentibus.

6 Februarii 1852.

PISAUREN

Super electione Sepulturae.

Quaedam mulier civitatis Pisaurensis, quae in Paroecia Ecclesiae Cathedralis morabatur, cum morti proxima esset die 4 Ianuarii 1849 sibi sepulturam elegit in Ecclesia Minorum Cappuccinorum coram patre suo, et P. Paulino ab Urbania Cappuccino eius confessario; nec non coram Petro Aldovrandi annorum septuaginta circiter. Sed Parochus uti illegitimam hanc electionem censens defunctam in Ecclesia Parochiali sepelivit. Hinc P. Guardianus Cappuccinorum die 5 eiusdem mensis formalem protestationem penes curiam Episcopalem emisit, eamque notificandam Capitulo curavit. Deinde idem P. Guardianus « ad impedire la rinnovazione di tali abusi contrarî alla disposizione de' SS. Canoni, il Guardiano Oratore supplica sul caso proposto la S. V. perchè si degni ordinare che compete ai PP. Cappuccini di Pesaro il diritto d' impetere il cadavere della estinta, non che la porzione canonica degli emolumenti dovuti alla Chiesa sepolcrale ».

Requisitus Episcopus de praefatis depositionibus retulit defunctae patrem obiisse, ideoque in actis redigi non posse eius testimonium, quod tamen Capitulum non oppugnat: P. Paulinus vero, et Ioannes Aldovrandi eorum depositionem confirmarunt. Auditis partibus Capitulum de electione non constare autumabat, quia ex Synodo Dioecesana electio sepulturae fieri debet coram vel Parocho suo, vel Notario, vel duobus saltem testibus. In casu nullam esse depositionem patris dictitabat, quia pater ferre non potest testimonium in iis, quae respiciunt proprios filios, pater enim et filius habentur ut una eademque persona. Reiiciebat testimonium P. Paulini utpote qui testabatur circa interesse suae Ecclesiae. Igitur aiebat, unicum remanere testimonium Aldovrandi, quod singulare est, ideoque nullius roboris, cum unus testis nullus testis sit.

At P. Procurator Generalis electionem esse validam acriter contendebat, nam non agebatur de quaestione inter patrem, et filiam, sed inter filiam, et Capitulum, atque a iure non esse absolute vetitum patri, ut favore suorum filiorum deponere possit. Quoad depositionem P. Paulini animadvertebat haud asseri posse illum testimonium tulisse pro suo interesse, nam Cappuccini non habent sedem firmam, neque ipse in hac controversia partem actoris agit, nec ullum personale interesse habet,

ideoque tam in facto, quam in iure P. Paulini testimonium nulla exceptione infirmari potest : et cum fuerit proprius defunctae confessarius, Parocho aequiparandum esse. Concludebat igitur servandum esse Cap. *Cum liberum* 3. *de sep.* nempe cadaver una cum emolumentis esse restituendum. Sed animadvertendum est restitutionem cadaveris non permitti, nisi accedente aliqua gravi ratione, quia ad humanitatem pertinet, ut salvis iuribus, et emolumentis, cui debentur, defunctorum ossa, quantominus fieri possit, vexentur, et commoveantur. Hac de causa S. C. in *Tudertina* 4 *Iulii* 1722 praescripsit emolumentorum, non vero cadaveris restitutionem.

Proposito igitur in Congregatione Generali diei 6 Februarii 1852 dubio :

Se costi della valida elezione di sepoltura fatta dalla zitella Diambri nella Chiesa de' Cappuccini di Pesaro, talchè sia luogo alla restituzione del cadavere, e degli emolumenti nel caso ?

Emi Patres, referente Emo Brignole, rescripserunt : *Affirmative ad effectum restitutionis emolumentorum tantum salva quarta funeraria.*

6 Februarii 1852.

MACERATEN. ET TOLENTIN.

Super impositione census favore Sacrarii Ecclesiae Cappuccinorum.

Costantia Pacini Tolentinensis supremo, quo decessit, elogio publicato die 31 Decembris 1842 inter coetera legata illud voluit enumerandum hisce verbis expressum « Lascio pure alla Sagrestia dei Padri Cap» puccini di questa Città la somma di sc. 100. coll' obbligo di una Messa » cantata nel giorno dell'anniversario della mia morte. » Alia pariter legata pia Testatrix in suo testamento scripsit, et inter Legatarios recensebatur Hospitale illius civitatis, quod cum cuperet quoddam haereditatis praedium emere, proposuit sibi assumere loco pretii obligationem piorum legatorum constituendo census passivos non numerata pecunia pro legatariis, et reliquam pretii partem effective haereditati solvendo. Hoc legatariis placuit, et Syndacus Apostolicus annuit pro constitutione census in sorte scut. 100 favore sacrarii, quin veniam Apostolicae Sedis expostularet. At vero administratores hospitalis pro impositione seu reservatione dictorum censuum supplices adierunt S. C. ad Beneplacitum Apostolicum obtinendum et in instrumento reservationis seu compositionis census « I sunnominati deputati del Venerabile Ospedale promettono, e » si obbligano di redimere, ed estinguere il suddetto censo entro un de» cennio da oggi per la stessa somma di scudi 100. » S. C. benigne

veniam concessit hospitali imponendi enunciatos census etiam non numerata pecunia cum interusurio scut. 6 pro quolibet centenario, et anno, sed nullum speciale indultum Syndaco Apostolico impertita est ad supplendam Cappuccinorum incapacitatem, qui bona possidere nequeunt, nam eorum Syndacus nullam apostolicam habilitationem expostulaverat.

Hunc capacitatis defectum cum deinde administratores hospitalis praesenserint, ab annuo fructu persolvendo sese abstinuerunt; putabant enim huius census impositionem seu reservationem irritam prorsus esse. Hinc Syndacus S. C. adiit petens huius census, quatenus opus fuerit, sanationem. At Administratores hospitalis obsistebant, quia Cappuccini incapaces sunt ad bona possidenda, et cum defuncto Syndaco actum erat, quod Hospitale quolibet anno quamdam olei mensuram Cappuccinis titulo eleemosynae praestaret.

Praemissa facti specie in iure inutile foret referre tam Const. Nicolai III incipien. *Exiit,* in qua explicatur incapacitas Franciscalium ad legata assequenda, cum omnibus nota sit; quam resolutionem Congregationis deputatae ab Urbano VIII, quae respicit fratres minores sive Observantes, sive Reformatos, non vero Cappuccinos, qui, uti ait Card. Petra in Comm. ad Const. Honorii III sect. 4 num. 4 et 5; *magis rigorosa incapacitate* tenentur (1). Et deinde prosequitur « *Ita ut* (Cappuccini) *non recipiant legata perpetua neque cum aliquo, neque sine onere etiam pro Ecclesiis, et Sacrestiis, aut pro vino, oleo pro lampadibus, aut pro quacumque re.* Et De Luca Disc. 35 num. 12 in fin. de Reg. et Ann. ad Conc. Trid. notat quod Sacrestia « non sit color quaesitus, ut » regulae fiat fraus, quia nempe sub pallio Sacristiae, vel Ecclesiae emo» lumenta convertuntur in provisiones victualiam pro ipsorum religioso» rum substentatione, super qua totus est punctus, ut scilicet ista ex » vera et ostiaria mendicitate esse debent, per quam dictis aliis usibus » consuli non potest. »

Ex quibus colligebatur nullitas impositionis census favore Sacrarii, neque Beneplacitum Apostolicum suffragari videbatur ad supplendam incapacitatem Cappuccinorum, illud enim petitum et obtentum fuit ab Hospitali, ut census passivos pro emptione praedii dictae haereditatis super suis bonis imponere posset, nec in rescripto aliquid appositum legitur, quod incapacitatem Cappuccinorum respiceret; propterea doctrina Card. De Luca Disc. 68 num. 12 de Benef. opponebatur, nempe « Dispensatio» nes tamquam odiosae sunt strictae intelligentiae, neque extendendae » de casu ad casum, atque concessae quoad unum impedimentum seu » effectum non suffragantur quoad alterum. »

(1) Vid. resol. S. C. pag. 279 huius Collect.

Re igitur delata ad generalem Congregationem diei 26 Martii 1852 propositis dubiis:

1. Se, e come si sostenga l'imposizione del censo nel caso?

Et quatenus affirmative

2. Se sia luogo al pagamento de' frutti arretrati, e de' futuri quando matureranno?

Et quatenus negative

3. Se e come convenga concedere la sanazione implorata?

Emi Patres, referente Emo Bofondi, rescripserunt:

Ad 1. negative; esse tamen per Hospitale rependendos annuos fructus compensativos ad rationem se. 6; et persolvenda post decennium a die initi contractus emptionis scut. 100 ad effectum ea investiendi cura et arbitrio Ordinarii; et fructus seu redditus tum praeteriti, quam posterioris investimenti detractis expensis tradentur titulo eleemosynae per manus Sindaci Apostolici Sacrario Cappuccinorum ad adimplementum pii legati.

Ad 2 et 3 provisum in primo.

26 Maii 1852.

GRAVINEN. ET MONTIS PELUSII

Super deputatione Vicarii Capitularis.

Mortuo Episcopo Montis Pelusii 14 Augusti 1851, qui a residentia ob infirmitatem aberat, ad Capitulum illius mortis notitia die 16 eiusdem mensis pervenerat; ideoque die 19 decem Canonici, nempe omnes, quibus Capitulum constabat, ad deputandum Vicarium Capitularem legitime convenerant, sed electio effectum minime sortita est, nam penes Pelusianum Capitulum, uti, asseritur, in more est, ut singuli Canonici scrutinio subiiciantur, et in casu nemo ultra vocalium medietatem suffragia obtinuit, quamvis tam in hoc scrutinio, quam in subsequentibus suffragium dederit etiam Canonicus, qui scrutinio subiiciebatur. Inter Capitulares nullus reperiebatur laurea doctorali insignitus, et ignorabatur an in Dioecesi aliquis Doctor reperiretur.

Die 22 Canonici iterum convenerunt, et scrutinio subiectus in primis fuit Canonicus Rizzi dignitate cantoratus insignitus, qui iam alias Vicarii Capitularis, et Pro-Vicarii Generalis defuncti Episcopi munere functus fuerat. Is tamen quatuor vota favorabilia et sex contraria obtinuit. Hac repulsa indignatus protestationem emisit contra quamcumque electionem, quae deinceps fieret, quia cum nullus doctor, aut licentiatus ha-

beretur, autumabat sese esse personam digniorem in Vicarium Capitularem deputandam. Quo facto una cum duobus aliis Canonicis ab aula Capitulari recessit.

At septem remanserant Canonici, qui pacifice ad alia scrutinia processerunt. In tertio scrutinio Canonicus Mensano quatuor vota affirmativa, et tria negativa habuit; verum ipse nominationi in Vicarium Capitularem renuntiavit; ac propterea scrutinio subiectus fuit Canonicus Orlandi, pro quo inventa fuerunt vota sex affirmativa, et unum contrarium, ideoque ipse Vicarius Capitularis declaratus fuit.

Canonici dissidentes penes S. Congregationem nullitatem peractae deputationis die 6 Septembris denunciarunt, et S. Congregatio recursum dictorum Canonicorum una cum supplici libello Canonici Orlandi Episcopo Tricaricen. pro informatione uti viciniori die 24 Septembris remisit. Interim vero idem Episcopus uti vicinior die 17 Septembris nullitatem electionis Canonici Orlandi declaraverat, et Canonicum Mangieri, qui inter dissidentes recensebatur, in Vicarium Capitularem deputaverat.

Contra hoc decretum Episcopi Canonicus Orlandi cum sex aliis Canonicis protestationem emiserunt, interposita ad hanc S. Congregationem appellatione, hinc omnes vocati sunt ad propria iura deducenda, et die 19 Decembris 1851 SSmus mandavit scribi Episcopo Tricaricen. ad mentem: mens est: « che quanto prima si deciderà dalla piena Congrega» zione la vertenza; ma che intanto acciocchè non rimanga dubbio al» cuno sull' esercizio della giurisdizione, eserciterà l' officio di Vicario » Capitolare quello, che è stato da V. S. nominato.

Promotor fiscalis curiae has contra electionem Canonici Orlandi exceptiones proferebat. 1. Iam Canonicus Mensano legitime electus fuerat, ideoque ad electionem Canonici Orlandi minime procedendum erat. 2. In Capitulo habito non sunt ante electionem tractatus consultorii iuxta *Glossam*, neque electi scrutatores ad praescriptum Conc. Lateranensis sub Innocentio III. 3. Canonicus Orlandi in sua electione suffragium dedit. Relatae sunt exceptiones tantum Procuratoris Fiscalis, quia in his comprehenduntur etiam rationes a partibus allatae.

Verum super allegatis causis nullitatis sequentes in medium proferebantur animadversiones. Canonicus Mensano suae electioni renunciabat, ideoque iure procedi poterat ad aliam electionem, praesertim cum in casu non agebatur de vera electione, in qua servanda fuisset forma praescripta in cap. *Quia propter* de electione, ut tradit Leurenius in for. benef. D. Const. et qual. vic. cap. tom. IV. Quaest. 550 scribens: « Non enim » haec Constitutio Vicarii est proprie electio, quia electio proprie talis » eget confirmatione, quod non cadit in istam Vicarii deputationem; sed » simplex deputatio. Pax Iourdan. Pignatelli... unde Concilium non uti-

» tur verbo *eligant,* sed verbis constituant et deputent. Et ad summum » est talis electio, qualis haberi solet à Capitulo ad dignitates, canoni- » catus, officia. » Idem docent Pignatelli *consul.* 34 *tom.* 8., et Card. De Luca *Disc.* 26 *de comm. et dign. qui n.* 4, *et* 5. refert resolutionem S. C. Concilii *in Matheranen.* 1632 et concludit quod forma praescripta in dicto capite. « Quia propter procedit, ubi agatur de electione Pasto- » ris... secus in deputatione huiusmodi officialium.» Idem docet Garzia *De Benef. p.* 5 *c.* 7 *n.* 21 *et* 22. referens referens resolutionem S. C. Concilii. Ergo in electione Vicarii Capitularis servandae tantum sunt conditiones, quae iure ordinario in expeditione negotiorum Capituli requiruntur, scilicet, ut monet Ferraris verbo *Capitulum* art. 1. in fine nov. addit. ex aliena manu n. 4 nempe, « oportet 1. ut Capitulum sit legi- » time congregatum : 2. ut vocentur omnes, qui vocem in capitulo ha- » bent, vel de praesenti habere possunt : 3. ut negotia capitulariter ex- » pediantur; 4. ut maior pars consensum suum interponat. » Ex quibus asserebatur exceptiones a Promotore Fiscali expositas nullius roboris esse utpote quae desumptae sunt ex citato capite *Quia propter* quod in electione Vicarii Capitularis locum non habet. Nec obstare videbatur protestatio Canonici Rizzi non solum quia seipsum proponebat et sese judicem in causa propria constituebat, verum etiam quia in iure cautum est, ut si qui vocalis e Capitulo recedat irrationabiliter contradicens, ius eligendi accrescit vocalibus praesentibus, qui remanent, S. C. C. *in Eugub. Mansionariae* 5 *Aprilis* 1794.

Nec aliquid difficultatis praeseferebat defectus Doctoratus, vel licentiae; nam nullus ex Capitularibus huiusmodi gradibus insignitus erat, nec ex actis constabat Clericos reperiri in Dioecesi, qui eiusdem gradibus praediti essent. Tandem nullitas electionis Can. Orlandi minime desumi poterat ex eo, quod etiam ipse suffragium dederit, quia ex septem suffragiis ipse sex affirmativa habuit, unde eius deputatio ex suo voto vim non attigit.

In Congregatione generali habita die 30 Iulii 1852 sequens dubium propositum fuit, nempe :

Se, e come si sostenga la notificazione della Curia di Tricarico, con cui fu annullata la nomina dell' Orlandi, e surrogato il Mangieri ?

Emi Patres, referente Emo Della Genga Praefecto, rescripserunt : *Negative.*

30 Iunii 1852.

SYNOPSIS

Resolutionum relatè ad Vicarium Capitularem.

Cum in superiori consultatione actum sit de Vicario Capitulari, expedire visum est si nonnullae S. C. EE. et RR. resolutiones quoad Vicarios Capitulares summatim referantur. Vicarius Capitularis non potest concedere licentiam erigendi nova Regularium Monasteria vi *c.* 3 *sess.* 25 *Concil. Trid. de Regul.* Ex resol. S. C. 19 *Februarii* 1633. Tenetur reddere rationem administrationis non quidem Capitulo, sed Episcopo, qui eligetur: *S. C. in Catanen.* 31 *Ianuarii* 1600: *in Hydruntin.* 19 *Maii* 1623: quod habet locum licet remóveatur de licentia S. C., prout in *Matheranen.* 16 *Iulii* 1601. Capitulum debet eligere Vicarium Capitularem iuxta decretum S. C. Trid. *sess.* 24. *c.* 16. simpliciter absque assessore, et absque restrictione, vel clausula mutationis, vel revocationis ad beneplacitum *in Caietana* 20 *Octobris* 1587; ideoque deputatio assessoris facta a Capitulo sit nulla *in Acheruntin.* 22 *Novembris* 1604. Neque Capitulum apponere potest restrictivam, ut Vicarius Capitularis non possit procedere contra aliquem Capitularem absque consensu Capituli *in Reginen.* 26 *Iulii* 1593: neque apponere pactum, et conditionem partecipandi de emolumentis *in Brundusin.* 8 *Maii* 1606. Neque Capitulum reservare sibi potest facultatem signandi supplicationes, distribuendi Conciones, vel superioritatem Seminario *in Tudertin.* 11 *Decembris* 1654. Neque potest deputare Vicarium Capitularem ad certum tempus, sed pro toto tempore vacationis Ecclesiae: *in Potentin.* 7 *Maii* 1604: 30 *Augusti* 1641: 3 *Maii* 1647: *in Sutrina* 21 *Novembris* 1653. Vicarius Capitularis canonice electus privative et non cumulative quoad Capitulum iurisdictionem consequitur *in Hydruntin.* 1 *Octobris* 1655.

Electio Vicarii Capitularis facta ante verisimilem notitiam vacationis Ecclesiae est nulla, licet Capitulum esset certum de imminenti morte, vel translatione Episcopi; *in Neritonen.* 24 *Maii* 1652. S. C. modum, quo agnosci possit translatio Episcopi tradit in sequenti declaratione: « Die » 14 Decembris 1624. S.C. EE. et RR., S. D. N. approbante, censuit Ec» clesiam, a qua volens transfertur, seu quam amittit Episcopus, vacare » ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in Con» sistorio S. S. etiam ante expeditionem Litterarum Apostolicarum, vel ade» ptam possessionem secundae Ecclesiae. Et postquam huiusmodi abso» lutionis notitiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu docu» mento Secretarii Sacri Collegii, illico teneri eum abstinere ab exercitio » ordinariae iurisdictionis, eamque transire in Capitulum Sede vacante,

» et ita posse, et debere Capitulum statim ea iurisdictione uti, ac Vi-
» carium iuxta Trident. Concilii praescriptum eligere, sedemque vacan-
» tem publicare ».

Propter solam absentiam Episcopi, dummodo factus non fuerit captivus in manibus Hostium, non potest Capitulum deputare Vicarium Capitularem, licet Vicarius Episcopalis moreretur, vel alio modo deficeret; sed recurrendum est ad Sedem Apostolicam ut provideat in *Messanen.* 11 *Ianuarii* 1616: nempe: « Si Episcopus a Paganis, aut Schismaticis capia-
» tur, non Archiepiscopus, sed Capitulum ac si Sedes per mortem vaca-
» ret, illam in spiritualibus, et temporalibus ministrare debebit, donec
» eum libertati restitui, vel per Sedem Apostolicam, cuius interest Ec-
» clesiarum providere necessitatibus super hoc per ipsum Capitulum quam
» cito commode poterit consulendam aliud contigerit ordinari: Cap. Si
» Episcopus 3 de supplen. negligent. Praelator. num. 6 ».

Non potest tamen Capitulum Vicarium constituere in casu, quo Episcopus sit excommunicatus, vel suspensus, vel in casu, quo Episcopo in remotis degente, Vicarius generalis ab ipso relictus moriatur, vel a Principe Saeculari eiiciatur a Dioecesi, quia tunc recurrendum esset ad S. Sedem pro provisione. Ita interpretantur dictam resolutionem *Monacell. tom.* 1 *t.* 1. *Form.* 1. *n.* 2. *Ferraris Capitulum art.* 3. *n.* 36: ita etiam tradit *Fagnan. in cap. Quia diversitatem de concession. Praeben. a num.* 11 *usque in finem.* Quare Gregorius XVI. S. M. in epistola diei 9 Maii 1838 ad Capitulum Metropolitanum Coloniae, quod postquam Archiepiscopus a Gubernio Borussico violenter relegatus fuerat Ioannem Hüsgen Vicarium Generalem Archiepiscopi Vicarium Capitularem elegerat, licet aperte, et directe, nullitatem electionis non declaravit, eam tamen ratam non habuit scribens: « Itaque sinimus Dilectum Filium Ioannem Hüsgen istius
» Capituli Decanum Coloniensis Ecclesiae procurationem obire tamquam
» Vicarium generalem Ven. Fr. Clementis Augusti, donec is in suam Sedem
» restituatur, vel alias per nos provideri contingat: ita tamen ut huius-
» modi titulum servet atque praeferat in omnibus et singulis, quae erit
» peracturus ». Potiori ratione S. D. N. Pius PP. IX. per S. C. EE. et RR. die 3 Maii 1862 (vide pag. 153) nullas, et irritas edixit electiones nonnullorum Vicariorum Capitularium factas ab aliquibus Capitulis ditionis neapolitanae, cum ingruentibus revolutionis motibus Episcopi, excitata etiam ab Ecclesiasticis contra eos seditione, e Dioecesi exulare cogebantur, ac Vicariorum, ceu Delegatorum, quibus Episcopi ipsi eorum vices commiserant, auctoritas contemnebatur, ut Capitula in Vicarios eligerent, qui partium studiis faverent. Hoc tamen minime accidit in aliis Italiae regionibus, in quibus Episcopi expulsi Ecclesias sibi commissas per suos Vicarios regunt, eisque opportunas instructiones communicant.

Capitulum non potest eligere Vicarium, quando Vicarius Episcopi defuncti missus fuerat a Sede Apostolica in *Aquilana* 4 *Augusti* 1578.

Quando Capitulum non eligit Vicarium tempore constituto, nec Metropolitanus negligentiam supplet, deputatio fit a S. C. EE. et RR. *in Sutrina* 10. *Iunii* 1603. Ea tamen aliquando deputationem commisit Episcopo viciniori *in Lagonen.* 18 *Decembris* 1654. S. C. committit Viciniori, ut deputet Vicarium idoneum de gremio Capituli, quando Capitulum contra *cap. Omnipotens Deus* 4. *de accusat.* eligat inquisitum ante absolutionem: in *Montis Pelusii, et Gravinen.* 21 *Maii* 1616. Capitulum non potest eligere nisi unum tantum Vicarium Capitularem; et si eligat plures, electio devolvitur ad Metropolitanum in *Cassanen.* 6. *Augusti* 1596. in *Bobien.* 12 *Martii* 1607, in *Potentin.* 30 *Augusti* 1641. Si vero plures Vicarios successive eligat, primo electus haberi debet uti legitimus Vicarius, dummodo necessaria requisita habeat: in *Veliternen.* 11 *Septembris* 1623. Aliquando S. Sedes attentis peculiaribus locorum circumstantiis indulsit ut duo deputarentur in *Vercellen.* 6 *Novembris* 1654.

Hac super re commemorare iuvabit responsum datum a S. D. N. Pio PP. IX. per epistolam latinam die 22 Martii 1862 Vicario Capitulari cuiusdam Galliarum Dioecesis, cuius Capitulum unicum Vicarium Capitularem elegerat, eique substitutum dederat; postea vero novum condidit decretum, quo declaravit sese duos Vicarios generales elegisse. Porro in citata epistola legitur: . . . « Episcopali Sede vacante, Episcopalis iu» risdictio atque Ecclesiae administratio de iure devolvitur ad Capitulum, » quod potestatem exercere debet per Vicarium Capitularem, intra *octo* » *dies* post obitum Episcopi eligendum, idque ne pluribus commissa ne» gotia segnius et difficilius expediantur (*Concil. Triden. sess. 24. cap. 16.* » *de Reformat.*). Novimus aliunde in Galliis obtinuisse, ut plures quan» doque Vicarii Capitulares eligerentur, ob peculiares forte locorum cir» cumstantias. Iure ne, an iniuria factum id fuerit, modo non quaeri» mus. Omnibus tamen mature perpensis, ut bono dioeceseos et tranquil» litati conscientiae Tuae consulamus, quidquid a Capitulo et a Te, Di» lecte Fili, in hoc negotio gestum fuerit ratum habendum esse censemus ». Ad munus Vicarii Capitularis debet eligi Doctor, si adsit; alioquin electio est nulla: in *Tranen.* 25 *Februarii* 1598, in *Puteolan.* 27 *Martii* 1653; nec sufficit quod sit Magister in S. Theologia 28 *Augusti* 1621.

Vicarius Capitularis dare potest Episcopo licentiam exercendi Pontificalia, puta *conferendi Confirmationis Sacramentum, Ecclesias reconciliandi* in locis suae iurisdictionis: in *Nepesina* 15 *Decembris* 1603.

Capitulum non potest Vicarium ad libitum dimittere sine causa per S. C. EE. et RR. approbanda decret. S. C. EE. et RR. 1 *Septembris* 1603. et in *Messanen.* 6 *Martii* 1618.

Haec de Vicario Capitulari dixisse sufficiat, alia traduntur a Nicolio *in Flosculis*, et ab aliis scriptoribus.

CONCHEN.

Super executione rescripti.

Presbyter Antonius Guttierez Valdes Monachus Ordinis S. Benedicti anno 1834 expostulaverat a S. C. perpetuam saecularizationem, sed ei tantum concessum fuit indultum manendi extra claustra *durante infirmitate*, quod ipse minime animadvertit; ideoque, ut asserit, ex errore putans obtinuisse perpetuam saecularizationem petiit anno 1835 a S. C. super Regulari Disciplina habilitationem ad assequenda etiam residentialia beneficia. Qua obtenta, supposito indulto perpetuae saecularizationis ei collata fuit praebenda Canonicalis in Cathedrali Santanderiensi, et deinde ad Canonicatum in Capitulo Lucensi, et tandem die 1 Iulii 1847 ad Canonicatum in Cathedrali Conchen. translatus fuit.

Elapso septem mensium spatio a gremio Capituli expulsus fuit, et redditibus Canonicatus privatus, nam in Statutis illius Capituli vetitum erat ne praebendae canonicales illius Ecclesiae Ex-Monachis conferantur. Quapropter ad hanc S. C. preces porrexit, a qua die 17 Decembris 1850, rescriptum obtinuit commissum pro executione Ordinario Conchen. cum clausula *veris existentibus narratis* et cum facultate ipsum absolvendi a Censuris, dispensandi super irregularitate, ei condonandi fructus quoad praeteritum perceptos, et concedendi eidem indultum manendi in saeculo quoad vixerit dummodo de congruo patrimonio provisus fuerit, eumque habilitandi ad unum tantum Beneficium ecclesiasticum etiam residentiale in Cathedralibus, et Metropolitanis capitulis, quamvis dignitatem adnexam haberet.

Rescriptum hoc Orator Ordinario Conchen. ad executionem obtinendam exhibuit, putans ad eam procedi posse attenta informatione ab Archiepiscopo Toletano S. C. data, quin Ordinarius Conchen. inquireret an preces veritate niterentur, dictitans clausulam *veris existentibus narratis* esse nudam, putamque formalitatem a Secreteria inutiliter appositam; et pro non scripta habendam esse. At Ordinarius Conchen. aliter opinabatur. Ipse inquiebat clausulam *veris existentibus narratis* vim suam habere omnino debere adeo ut licet apposita expresse non fuisset, iuxta cap. *Ex parte* 2. *de Rescr.* §. *verum*, subintelligenda foret: prosequebatur vi huius clausulae, et alterius *pro suo arbitrio, et conscientia concedat* quae in rescripto legitur, sese esse Executorem mixtum, qui partes iudicis assumit: *Petra ad Const. Pauli V. Sect.* 5. *n.* 51. *et* 58. Cum

igitur Valdes coram Executore, quae in precibus exposuit, non probaverit, et insuper in iisdem precibus de lite pendente inter ipsum, et Capitulum tacuerit, Ordinarius Conchen. contendebat locum executioni esse non posse, licet Valdes ab Archiepiscopo Toletano, cui tamen nullo modo suberat, propitiam informationem prius consequutus fuerit.

Proposito igitur in generali conventu diei 3 Septembris 1852 dubio:

Se, e come sia luogo all'esecuzione del rescritto 17 Dicembre 1850, nel caso?

Emi Patres, referente Emo Cagiano de Azevedo, rescripserunt: *Negative.* — 3. Septembris 1852.

BREVIS EXPOSITIO

Super forma et executoribus rescriptorum S. C.

Cum in praecedenti consultatione actum sit de executione rescripti S. C., non incongruum erit aliqua exponere circa formam, et executores illius rescriptorum. S. C. sub triplici forma solet rescripta expedire. 1. In forma, uti aiunt, *gratiosa* raro tamen, et in aliquibus casibus tantum. Haec forma consistit quando gratia directe conceditur sine ulla commissione pro executione: ex. gr. « Sacra Congregatio petitam gratiam Ora» tori benigne impertita est. » 2. In forma *absolute Commissaria*, si S. C. gratiae concessionem remittat omnino arbitrio, et conscientiae Executoris ex. gr.: « S. C. Oratoris preces remisit arbitrio, et conscientiae » Episcopi cum facultatibus necessariis, et opportunis. » In hoc casu concessio gratiae dependet ab arbitrio Episcopi, qui eam potest vel concedere vel denegare, prout in Domino iudicaverit. 3. In forma *mixta*, nempe S. C. annuit pro gratia, eam tamen absolute non concedit, sed committit Executori, ut inquirat an preces veritate nitantur: ex. gr.: « S. C. be» nigne annuit, et propterea mandavit committi Episcopo, ut, veris exi» stentibus narratis, Oratori petitam gratiam pro suo arbitrio, et con» scientia concedat ». Iuxta hanc rescripti formam Executor non potest pro suo libitu gratiam concedere, vel denegare, sed si pro prudenti suo arbitrio idest iudicio, et conscientia iudicaverit vera esse, quae narrata sunt, rescriptum executioni demandare debet, secus executionem denegare tenetur. 4. Aliquando deputat executorem, qui *merus* dicitur. Is partes iudicis non assumit, ut *mixtus*, nec cognoscit de subreptione, sed si evidentem subreptionem advertat nude tantum ab executione se abstinet: talis est Executor hac rescripti formula deputatus: « S. C., re di» ligenter perpensa, benigne annuit, ac propterea mandavit committi Epi» scopo, ut petitam gratiam Oratori concedat ». Unde patet mero execu-

tori committi nudum, seu merum exercitium executionis absque exercitio iurisdictionis. Quae de Episcopo executore dicta sunt ad alios etiam executores extendi debent, eaque conformia sunt iuri, prout tradunt *Piringh. in Ius Can. L. 1. Tit. 3. de rescriptis n. 128; Card. Petra ad Const. Pauli II. Sect. 5. n. 51. 58. ac 59.*

Porro S. C. solet in Executores deputare Episcopos, et Ordinarios *Nullius* etiam in rescriptis pro Regularibus, si agatur de claususa, de alienationibus, de saecularizationibus religiosorum, de erectione novorum conventuum, et Monasteriorum ac Institutorum, et quoad Moniales in omnibus rescriptis. Si vero agatur de negotiis, quae ad regularem disciplinam, et regimen referuntur, solet rescriptorum executionem committere Superioribus regularibus, nempe vel Generali, vel Provinciali, vel Abbati Monasterii prout peculiaria rei adiuncta exigunt. Cardinalibus Protectoribus Ordinum committuntur rescripta, quae universum Ordinem respiciunt; alia vero eis remitti vetitum est. Vide pag. 302. Quando aliquis Episcopus vel suspectus est, vel irrationabiliter rescriptum exequi recuset, executio committitur Metropolitano, vel Episcopo viciniori. In alienatione bonorum Mensae Episcopalis, si Episcopus non sit Cardinalitia dignitate insignitus, executio rescripti committitur duabus primariis Dignitatibus Capituli, vel duobus senioribus canonicis, cum dari possit casus, quo Capitulum dignitatibus careat.

In urbe executio rescriptorum demandatur Cardinalibus Titularibus si respiciunt Ecclesias Titulo Cardinalitio insignitas: Cardinalibus Protectoribus locorum piorum, si agatur de negotio ad eadem loca pia spectante: Cardinalibus Archipresbyteris trium Ecclesiarum Patriarchalium, si rescriptum ad eas Ecclesias referatur: pro aliis Ecclesiis, et locis piis Urbis Cardinali Vicario, et aliquando Vicesgerenti. Ex quo apparet S. C. deputare certos, et determinatos executores habita praesertim ratione officii, quibus saepe saepius relate ad absolutionem censurarum, et dispensationem super irregularitate ex violatione earumdem censurarum contracta facultatem subdelegandi concedit per verba *etiam per subdelegandum*. Omissis igitur quaestionibus circa subdelegationem, quae a Doctoribus circa executores litterarum apostolicarum disputantur, et de quibus loquitur *Ferraris* verbo *Delegatus in n. 24. et in addit. n. 88.* nec non *Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 41. Pirhing.* lib. 2. *Decret. tit. 29. n. 25. et Card. Petra Comm. in Const. Apostol. Pauli II. tom. 5. edit. Roman. sect. 5. n. 62.* referam tantum, quae locis superius citatis tradit Card. Petra, et Lucius Ferraris. Primus n. 63. proponit dubium: *Sed numquid isti Commissarii (nempe Executores deputati) possint subdelegare alios?* Et respondet: « Negat Corrad. cap. 5. n. 33. in praxi, quia est electa » industria personae, quo casu nequit fieri subdelegatio; et ait non posse

» subdelegare quoad interpositionem decreti, posse tamen quoad cogni-
» tionem causae contra Rosam in praxi alien. cap. 5. n. 301. asseren-
» tem posse subdelegare ex eo, quia regulariter non censetur electa in-
» dustria personae . . . . Sed non est recedendum a prima opinione eo
» magis quia semper diriguntur Ordinariis certis, vel Dignitatibus, qui-
» bus confidit Papa ». Secundus vero haec generaliter docet n. 24: « Is,
» cui non officium, sed nudum ministerium, seu simplex iurisdictio in
» ordine ad certos actus committitur, alteri subdelegare non potest sine
» speciali licentia committentis ». Addam etiam quasdam SS. Congrega-
tionum resolutiones.

I. Ex superius relato responso huius S. C. pag. 408. Dispensatio-
nes Matrimoniales commissas Vicario generali, seu Officiali non potest
Episcopus exequi, licet accedat Vicarii, seu officialis consensus: licet enim
unum sit tribunal Episcopi, et Vicarii generalis quoad auctoritatem ordi-
nariam, est tamen distinctum relate ad ea, quae auctoritate specialiter
delegata, sive ex commissione Pontificis ab uno quoque geruntur, prae-
sertim cum non agatur de auctoritate generaliter a iure concessa, qualis
est ea, quae a S. Concil. Trident. Episcopis uti Apostolicae Sedis Dele-
gatis attributa est, sed de auctoritate, et iurisdictione in casu particu-
lari, et per speciale rescriptum concessa. Insuper: « S. Poenitentiaria
» Ven. in Christo Patri Episcopo Sedunen. Oratori respondendum cen-
» suit Dispensationes Matrimoniales commissas Oratorum Ordinario exe-
» cutioni demandari posse tam ab Episcopo, quam a Vicario generali,
» uterque enim Ordinarius vocatur: Episcopum autem exequi non posse
» dispensationes in peculiaribus casibus commissas suo Officiali, nec Vi-
» carium eas, quae Episcopo directae sunt. Datum die 6. Martii 1835 ».

II. Vicarius Capitularis non potest exequi commissiones Apostolicas
directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu officii, vel sub nomine
dignitatis ex S. C. C. resolutione diei 2. Augusti 1631. apud *Barbosa
in summa apost. decis. collect.* 717. *n.* 12.; neque potest expedire di-
spensationes matrimoniales directas Episcopo, et eius Vicario generali ex
eadem S. C. C. sub die 24 Maii 1721. Vide *Ferraris* verbo *Vicarius
Capitularis art.* 2. *n.* 63. *et* 64., *et Giraldi in Iure pontificio part.* 2.
sect. 80.

Quod etiam S. C. EE. et RR. decisionibus conforme est prout patet
ex Motolen. 17 Decembris 1577, et ex superius relato epistolio pag. 408.
Ideoque S. C. solet post obitum alicuius Episcopi ad supplicationem Vi-
cariorum Capitularium eis concedere facultatem exequendi litteras Aposto-
licas, dispensationes, rescripta defuncto Episcopo, vel eius Vicario gene-
rali commissa.

Et hic fortasse non abs re erit notare quanta cura S. C. auctori-

tatem Executorum litterarum apostolicarum, et rescriptorum eiusdem S. C. tueri sategerit. Et revera *in Baren.* 15 *Ianuarii* 1596.; *in Syracusana* 15. *Novembris* 1606.; *in Messanen.* 5 *Februarii et* 14 *Maii* 1627, edixit litteras S. C. debere executioni demandari absque *exequatur regio*, vel *Monarchiae*. Et *in Catanen.* 21 *Aprilis* 1605, declaravit Litteras Apostolicas executioni demandandas esse *non obstante recursu ad Monarchiam*. Vide Nicolium in Flosculis verbo *Executio*. At potestas laica pro viribus obstitit etiam post Const. Bened. XIII. incipien. *Fideli* cuius limites Iudices Tribunalis Monarchiae continuo praetergressi sunt; ex quo tot tantaqe mala in ecclesiasticam disciplinam in Sicilia promanarunt. S.D.N. Pius PP. IX. pro summo, quo flagrat, religionis, et salutis animarum zelo summopere cupiens saltem gravioribus malis statim providere, dignatus est me Neapolim mittere anno 1855 ut cum Rege agerem; et exinde emanatae fuerunt anno 1856 Litterae Apostolicae incipien. *Peculiaribus* superius relatae pag. 134, confidens S. S. fore ut in posterum alii etiam abusus evellerentur, contra quos Episcopi Siciliae anno 1809 et iterum in congregatione habita Panormi 1850, apud Regem graviter reclamaverant. Faxit Deus ut Pontificis Maximi vota ad bonum Ecclesiae Siculae, et ad animarum salutem tandem aliquando compleantur.

SS. CONCEPTIONIS DE CHILE

Erectionis Monasterii.

Ex Audientia SSmi habita a Pro-Secretario sub die 26 Novembris 1852 Sanctitas Sua benigne tribuit SS. Conceptionis de Chile Episcopo Oratori facultatem erigendi Monasterium sub enunciato titulo, et sub regula S. Clarae a S. Sede approbata, cum professione pro nunc votorum simplicium, et cum clausura episcopali; facta potestate Archiepiscopo S. Iacobi de Chile concedendi ad tempus sibi benevisum, et ad effectum, de quo agitur, eidem Episcopo Oratori quatuor Moniales Monasterii dictae Dioecesis S. Iacobi debitis cum cautelis transferendas. Insuper Sanctitas Sua Episcopo Oratori facultatem impertita est aliquas immutationes, prout ei prudentia suggesserit, exequendi in Constitutionibus quoad res non substantiales per modum dumtaxat experimenti; de quibus tamen immutationibus specificam deinceps relationem transmittere teneatur ad hanc S. C. ut quidquid in Domino visum fuerit expedire, decernatur. Coeterum quando praefatum Monasterium sufficientibus redditibus, ac congruis aedibus cum Ecclesia, clausura, et viridario, aliisque requisitis iuxta canonicas sanctiones instructum, et sufficienti Monialium numero auctum

reapse fuerit Episcopus Orator ad hanc S. C. auditis Monialibus, iterum recurrat, et super praemissis omnibus referat, ut canonicam approbationem relate ad professionem votorum solemnium, et clausuram papalem assequi possit, et valeat. Contrariis quibuscumque etc.

26 Novembris 1852.

MONTISFALISCI

Super praelatione in recipiendis iuvenibus ad monasticam vestitionem.

Fratres Parenzi testamentariis tabulis diei 19 Martii 1735 nonnulla bona legarunt Monasterio a Divino Amore nuncupato Montisfalisci: « ac» ciò in perpetuo ricevino, e vestino una zitella monaca velata ben pro» vata, ed approvata da tutte le religiose vocali senza pagar dote, no» viziato, educazione nè prova ..... Preghiamo tutte le religiose di aver » riguardo di mettere in prova le figliuole di attinenza di parentela del » Canonico Gabriele Gentili, e Dott. Niccola Renzi nostri parenti coll'ap» provazione di Monsig. Vescovo, se vi saranno abili per detta religione, » altrimenti elegeranno le Monache a loro arbitrio altre zitelle povere ed » oriunde della città ».

Cum saepe saepius hac super re exortae fuerint quaestiones, in Congregatione generali habita die 12 Decembris 1851 referente Emo Patrizi, et auditis partibus proposita fuerunt dubia:

1. Se le Monache del Divino Amore di Montefiascone sono obbligate a scegliere una donzella della parentela Renzi, e Gentili ovvero sono libere di scegliere anche una estranea nel caso?

Et quatenus affirmative ad primam partem, et negative ed secundam

2. Se almeno sono libere di scegliere quella di dette parentele, che più loro aggrada, ovvero sono obbligate preferire le fanciulle della linea agnatizia, e prossimiori di grado ai primi stipiti Renzi, e Gentili nel caso?

Quibus Emi Patres rescripserunt:

Ad 1. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad 2. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

At Monialibus haec resolutio minime placuit, ideoque beneficium novae audientiae obtinuerunt. Ipsae innitebantur verbis deprecativis testamenti, nempe *preghiamo*, a testatoribus adhibitis, quae veram obligationem non inducunt, praesertim in casu, attento dispositionis contextu. Iusuper deprecabantur S. C. ut declararet Sanctimoniales liberas esse admittendi, vel reiiciendi in scrutinio, quod professionem praecedere debet, iuvenes

iam ad habitum religiosum admissas, et pro hac declaratione etiam Emus Episcopus instabat. Libertati Monialium favere videbantur testatorum verba *di aver riguardo di mettere in prova le figliuole ecc.*..... Nam admissionem duntaxat ad probationem important, non vero admissionem ad professionem. At vero si in probatione iuvenes vocationis signa non praebeant, nec earum indoles et qualitates probent eas aptas, et idoneas esse ad professionem emittendam, Moniales cogi non possunt ad suffragium pro admissione ad professionem praestandam. Et revera ut notat Monacelli *For. Eccl. p.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 11.: « Professio est spe- » cies contractus qui non perficitur, nisi concurrat consensus utriusque » partis, Monasterii, et Professurae: et sic Novitia acceptata ad habitum, » si ad professionem a Monialibus denuo capitulariter non acceptetur, » non habet ius reclamandi, quamquam sine causa excluderetur, prout » respondit S. C. EE. et RR. in Hortana 22 Aprilis 1619, in qua..... » reseriptum fuit: Professio est species contractus, qui non perficitur nisi » cum consensu utriusque partis ». Idemque confirmatur ex resolutione eiusdem S. C. in Ianuen. 10 Martii 1698, *Neque vis inferri debet arbitrio Monialium:* S. C. 7 Martii 1646, apud Nicolium Floscul. V. *Habitus num.* 19. Quinimo ipse Episcopus non potest admittere Novitiam ad professionem, si maior pars Capituli consensum non praestiterit. S. C. in *Assisien.* 20 Martii 1601, et in *Capuana* 7 Novembris eiusdem anni. Insuper Moniales non possunt cogi sive iuramento, sive censuris ad significandam causam di-sensus. S. C. in *Pampilonen.* 5 Novembris 1605. Unde Monacellus *l. cit. n. 13.* tradit: « Nec arctandae sunt *(Moniales)* » ad exprimendam causam reiectionis, quia cum Novitia capitulariter per » secreta suffragia admittatur ad professionem, vel reiiciatur, nulla est » adsignanda ratio admissionis, aut reiectionis, quia unaquaeque ex Mo- » nialibus regulat propium suffragium secundum conscientiam, et sic non » habet locum ulterius quaestio ».

Nec huic libertati ferendi suffragii aliquod detrimentum ius nominationis, quod alicui competit afferre potest, quia huiusmodi ius intelligendum est iuxta decreta S. C. ut docet De Luca *disc.* 73. *de iur. patr. num.* 7. Etenim idem Monacellus *loc. cit. form.* 14. *num.* 7. habet: « Aliud est receptio ad habitum et ad professionem, aliud est nominatio, » et praesentatio: nam cum haec ultima non tribuat electae ius irrevo- » cabile, sed tantum revocabile arbitrio eligere, et acceptare debentium, » iure residet apud laicos ». In casu per accidens residet in Monialibus nominatio, quae illarum iura uti suffragantes laedere non potest. Quapropter haec S. C. in Romana 25 Septembris 1744, referente Emo De Hieronymis, cum ageretur de iuvene nominata ab Archiconfraternitate SSmae Annunciationis, et exclusa a monialium Capitulo, reseripsit: « Non

» esse cogendum Monasterium in casu, de quo agitur, et Archiconfrater-» nitas nominet aliam ». Et in nova propositione causae rescriptum fuit *In decisis.*

Verum praetereunda non est causa *Romana iur. nom.* proposita die 28 Februarii 1761, penes S. C. C. cum dubiis:

1. An Puellae electae ab Archiconfraternitate SSmae Annuntiatae ad formam instrumenti anni 1558 et Constitutionis Gregorii XIII , debeant acceptari a Monialibus SSmae Annuntiatae in Ecclesia S. Basilii absque ulteriori scrutinio capitulariter ab ipsis expleri solito in admittendis coeteris puellis ad habitum religiosum?

Et quatenus affirmative

2. An Monasterium, et Moniales praedictae teneantur acceptare puellam Margaritam Gabbiesi nominatam a dicta Archiconfraternitate?

Quibus responsum fuit: Ad 1. Affirmative quoad receptionem ad habitum tantum.

Ad 2. Affirmative, et ad Emum Praefectum iuxta mentem, nempe per easdem subministrentur alimenta Margaritae Gabbiensi correspondentia statui eiusdem Margaritae, et Monasterio citato ad hoc, ut ingredi possit in aliud Monasterium, et interim inhibeatur Archiconfraternitati instanti, ut deveniat ad nominationem tertiae puellae loco Margaritae ad eius vitam.

Haec S. C. C. resolutio aliquid differre prima fronte videtur a resolutionibus S. C. EE. et RR. sed revera quoad principia non differt, utraque enim S. C. in eo convenit, ut Moniales liberae sint in suffragio ferendo pro admissione ad professionem. Si aliquid discriminis habetur ex adiunctis facti oritur, nam Archiconfraternitas cessionem fecit Monasterio per modum contractus cuiusdam domus pro erectione Monasterii ea conditione, ut tres iuvenes ab Archiconfraternitate nominandas gratis reciperet, cum expressa conditione, quod si Moniales eidem conditioni non satisfacerent, *dicta domus ad Archiconfraternitatem devolveretur,* quam conditionem Gregorius XIII in Litteris Apostolicis anni 1579, quibus Monasterium in magis idoneas aedes transtulit, et enunciatam domum in usus profanos converti passus est, confirmavit adiectis verbis « servatis » pactis, et conditionibus in dicta donatione expressis » quapropter mirum non est, si S. C. C. mandaverit alimenta Margaritae praestari.

At in themate, de quo in praesens agitur, res aliter se habet. Nam Testatores in testamento edicunt: « acciò (le Monache).... ricevino » e vestino una zitella Monaca ben provata, ed approvata da tutte le » Religiose vocali » ergo moniales, antequam Iuvenis ad habitum admittatur, eam probare debent, idest eius vocationem, et qualitates experiri antequam habitum recipiat, quod in pluribus Monasteriis fieri solet, in qui-

bus antequam Iuvenes ad formalem probationem, nempe ad novitiatum cum habitu religioso admittantur, eas per aliquot menses titulo probationis in habitu saeculari retinent, et deinde, peracto scrutinio, ad habitum, et novitiatum formalem admittuntur.

Quae cum ita essent in Congregatione generali habita die 18 Februarii 1853 propositis dubiis:

1. Se, e come convenga recedere dalla decisione del primo dubbio?

2. Se, e come dalla decisione del secondo?

Et quatenus negative ad primum et secundum

3. Se almeno l'ammissione alla prova debba intendersi salvo il diritto di escludere o includere l'ammessa nello scrutinio per la professione?

Emi Patres, referente Emo Patrizi rescripserunt:

Ad 1. et 2. *in decisis.*

Ad 3. Affirmative etiam quoad vestitionem (1).

18 Februarii 1853.

ANAGNINA

Super iure testandi.

In oppido *Anticoli* Dioecesis Anagninae anno 1747 erectum fuit Virginum asceterium, quae emittunt vota simplicia castitatis, paupertatis, obedientiae, et perseverantiae et lege clausurae episcopali tantum tenentur. Anno 1786 Episcopus auctoritate ordinaria nulla habita Apostolicae Sedis venia eis concessit habitum, et regulam S. Clarae non integram tamen, sed redactam iuxta illius asceterii conditionem, et naturam. Finis instituti eo reducitur, ut propriae sanctificationi, et educandarum institutioni vacent.

Anno 1852 quaedam ex Sororibus S. C. dubium proposuit:

Se possa lecitamente, liberamente e come ad essa piacerà disporre.... di una eredità pervenutale dopo la morte del Padre, oppure se di detta eredità debb'entrare in possesso il Monastero?

Episcopus de more rogatus referebat nullum hac de re in dicto asceterio similem evenisse casum. Cum autem asceterium ad instar Monasterii esset, licet ab Apostolica Sede non approbatum, ac in eo vota simplicia emittantur, illud S. C. summopere commendabat, ne detrimentum cape-

(1) Actum est ex professo in hac relatione tantum de tertio dubio, quia hoc respicit principia S. C. quoad scrutinium a Monialibus praemittendum etiam in casu, quo Iuvenes ex dispositione testamentaria nominari debeant.

ret. Sorores hac formula vota emittunt: « Io suor N.N. faccio voto, e » prometto a Dio Onnipotente... e a Voi, Madre, di vivere sotto la re- » gola della B. Chiara tutto il tempo di mia vita, in obbedienza senza » proprio, ed in castità, ed anco sotto perpetua permanenza ». Iuxta art. 19 regulae dos ad asceterium omnino devolvitur: et in art. 20 statuitur, ut sorores sint .....: « soggette in ogni cosa alla Superiora senza » ritenere, imprestare, disporre, e far cosa alcuna indipendentemente dal » suo comando ». In Consultatione referebantur, quae tradit Ferraris verbo *Votum art. 2. num. 119. et seq.* nempe: « Scholastici, et coadiu- » tores temporales, qui in Societate Iesu post biennium probationis sim- » plicia vota emiserunt, possunt non obstante voto paupertatis retinere, » et acquirere dominium radicale bonorum temporalium.... quamvis per » dictum simplex votum paupertatis privati sint actuali iure de iis di- » sponendi arbitrio suo sine superioris licentia..... unde tales Schola- » stici, et Coadiutores quamvis mortaliter peccarent.... si de dictis bonis » disponerent..... sine consensu Superiorum, tamen talis dispositio esset » valida ».

Deinde animadvertebatur perpendendas esse regulas, vel constitutiones cuiusque Instituti, ut agnoscatur quomodo dispositio in unoquoque casu fieri possit, allatis nonnullorum Institutorum exemplis, quae silentio praetereo, cum supra praesertim pag. 75 hac de re satis, superque actum sit. Unum tantum addam praefatum asceterium, immutata Clarissarum regula, auctoritate Episcopi tantum fuisse erectum et in eo Sorores vota dumtaxat simplicia profiteri.

Proposito igitur in Congregatione generali habita die 18 Februarii 1853 dubio:

Se, e come l'Oratrice professa nel Conservatorio di Anticoli possa lecitamente disporre della eredità ora pervenutale colla morte del padre dopo la professione de' voti semplici, oppure di detta eredità debb'entrare in possesso il Monastero nel caso?

Emi Patres referente Emo Morichini loco Emi Brignole, rescripserunt: Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

18 Februarii 1853.

VELITERNEN. ET ALBANEN.

Super donatione domus facta a religioso viro.

F. Ioseph Delsette laicus professus Min. Conventualium, dum causa suppressionis sub Gallico Gubernio extra claustra moraretur die 20 Septembris 1813 domum emit pretio libellarum 1326. Deinde a S. Poeni-

tentiaria indultum obtinuit: « ut pecuniam ab ipso licite comparatam, » donec extra claustra legitime degat, dependenter a Confessarii iudicio, » et post reditum ad dicta claustra de licentia superioris loci in suas in- » digentias, in usus pios, ac in subventionem coniunctorum pauperum » impendere, et erogare licite valeat... pro foro conscientiae ».

Anno 1829 praefatus religiosus ad claustra rediit in conventu Veliterno, cui affiliatione addictus erat. Die 16 Octobris 1827, per publicum Notarium dictam domum *nunc pro tunc* cessit *causa mortis* favore Abbatis Collegiatae Marini *prō tempore*, et eius successorum, innixus enunciato S. Poenitentiariae indulto, et de licentia Patris Generalis. Mandavit vero Abbati celebrationem annuam duodecim Missarum lectarum, et unius cum cantu in suffragium animae suae: at Religiosi praefati Conventus existimabant nullam esse huiusmodi cessionem, quia memoratum rescriptum bona stabilia minime comprehendebat, et insuper solum forum conscientiae respiciebat. Ideoque a S. C. declarationem nullitatis huius dispositionis expostulabant.

Omnes norunt Religiosos viros absque explicita S. Sedis habilitatione praesertim causa mortis non posse disponere, prout superius pag. 56, et seq. relatum est. Auditis igitur interesse habentibus, in Congregatione generali habita die 11 Martii 1853, propositum fuit dubium:

Se e come si sostenga l'atto di donazione *causa mortis* fatto dal Converso; ed a favor di chi debba aggiudicarsi la casa donata nel caso?

Cui Emi Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt:

Negative, et domum spectare Conventui Minorum Conventualium Veliterni, et ad mentem: mens est; che la S. C. approva pienamente di conservare il legato di Messe dodici all'anno de adempirsi nella Chiesa del loro Convento, facendone notamento nella tabella delle Messe.

11 Martii 1853.

DE SERENA

Erectionis monasterii.

Ex Audientia SSmi habita die 27 Iunii 1853 a D. Pro-Secretario. Sanctitas Sua Episcopo De Serena Oratori facultatem benigne tribuit erigendi tria Monasteria, in quibus Moniales aliquam ex Regulis ab Apostolica Sede approbatis profiteantur, dummodo congruam dotem, et aedes aptas habeant cum adnexa Ecclesia, et clausura iuxta SS. Canones, et Apostolicas Constitutiones, aliaque serventur de iure servanda: nec non eidem Ordinario S. S. indulsit, ut de licentia Archiepiscopi S. Iacobi de Chile, deque consensu monialium monasteriorum, e quibus transferendae

sint, aliquas moniales ad effectum, de quo agitur (1) cum debitis cautelis et conditionibus cum eodem Archiepiscopo concordandis ex Monasteriis Dioecesis S. Iacobi de Chile ad quinquennium transferre possit, et valeat. Quibuscumque contrariis non obstantibus.

27 Iunii 1835.

IANUEN. seu ALBINGANEN.

Restitutionis in integrum et nullitatis Professionis.

Sebastianus Podestà degens in oppido Alessio Dioecesis Albinganen. anno 1834 solemnem professionem emisit in Coenobio Congregationis Scholarum Piarum Provinciae Ianuensis. Vix elapso ab emissa professione triennio, licet clericus tantum esset, a S. Congregatione die 31 Martii 1837 indultum perpetuae saecularizationis est consecutus, firmo tamen voto castitatis, servatisque substantialibus aliorum votorum. Verum cum ipse cuperet a castitatis voto liberari, anno 1846, denuo S. C. adiit, ut praevia in integrum restitutione eius professio nulla declararetur. Orator ab Episcopo commendabatur; attamen responsum fuit *coadiuventur probationes*. Quare Orator ipse novum Episcopo supplicem libellum exhibuit, in quo universa rei ratio exponebatur. Vicarius Generalis illum ad S. C. transmittebat una cum sua Epistola, qua exposita confirmabat, et Oratoris precibus omnino favebat.

Facta relatione SSmo D. N. Pio PP. IX. die 14 Iulii 1848: « SSmus » facultates necessarias, et opportunas concessit Ordinario Albinganen. » ad effectum conficiendi processum super causis restitutionis in integrum » et nullitatis professionis, auditis superioribus Regularibus, et servata » in substantialibus Const. Bened. XIV. *Si datam* cum potestate subdelegandi quoad testes absentes Ordinarios Dioecesum, in quibus iidem » commorantur, et non obstante mora oratoris extra claustra ex saecularizationis indulto iam obtento. Sanctitas vero Sua mandavit remitti » processum ad hanc S. C. EE. et RR., cui indulsit, ut, non obstante » lapsu termini canonici, causam tam super restitutine in integrum, quam » super nullitate professionis in plenario conventu summarie proponat, et » definiat. Contrariis etc. ».

Acceptis deinde processualibus actis deputatus fuit unus ex S. C. Consultoribus, ut votum suum panderet. Consultor animadvertebat Ora-

(1) Nempe ad effectum instituendi Neo-moniales in vita claustrali, et in observantia regulae, quam profitentur, et propterea interim assumendi regimen, et directionem novi Monasterii.

torem ab ipsa infantia ad statum religiosum designatum fuisse a suo genitore ob rei domesticae angustiam, et deinde ad illum inductum ut ipse pater testatus est, dicens: « confesso di avere adoperato, sebbene in bona » fede, credendomi a questo obbligato, non solo lusinghe, e persuasioni » per indurlo alla vita religiosa, ma anche imperioso comando..... » come anche avere adoperato minacce, e castighi: » quinimo patrem ipsum comitatum fuisse Oratorem ad Coenobium Novitiatus, licet ipse invitum animum demonstraret, prout ex testibus apparet: post emissam professionem nec pacem, nec requiem amplius habuisse, his, aliisque de causis ex processu desumptis Consultor opinabatur in casu locum habuisse metum reverentialem, qui per se gravis est. Ut autem tutius procederetur Consultor ipse sequens rescriptum proponebat: « attentis peculiaribus » circumstantiis in casu concurrentibus, consulendum SSmo pro gratia » dispensationis votorum ».

Munus defendendi validitatem professionis mihi commissum fuit. Plures animadversiones in medium protuli, quarum aliquas tantum hic attingam.

1. Processus uti irregularis, et nullus habendus est, quia illum confecit Vicarius Generalis, qui prius omnem lapidem moverat penes S. C., ut nullitatem professionis declararet: ideoque uti suspectus denunciandus est: in actis expressa non est aetas oratoris, quando professionem emisit, nec dies professionis, de qua iudicialiter constare opus erat cum de restitutione in integrum ageretur. Insuper intimati fuerunt Superiores Religiosi, sed minime comparuerunt contra formam praescriptam in cit. Constitutione Bened. XIV.

2. Etiam in hypothesi, quod ab initio professio ob metum reverentialem nulla fuerit, tamen, attento quinquennii lapsu, oratorem eam ratam habuisse, iudicandum est, nam Card. De Luca disc. 41 num. 11. de Regul. habet: « Ubi lapsus quinquennii accidit per quod Conc. Trid. » inducit, seu praesumit quamdam tacitam psofessionem, seu revalidatio- » nem cuiuscumque defectus, quo emissa professio laborat ». Accedit Sanchez *de Matrimon. lib. 7. Disp. 37 num. 9.* dicens: « Tridentinum » Decretum praesumptione ratificationis professionis factae per illud quin- » quennium innititur: » et Barbosa in *Concil. Triden. cap. 19. sess. 25. de Regul. num. 12.*: « Concilium praesumit ratificasse *(nulliter professum)* » professionem suam intra quinquennium, ex quo praecipit, ut non au- » diatur post illud elapsum ». Quapropter Mascardi *de Probat. Concl.* 1281 decet: « Restitutionem in integrum petens, et ad eam consequendam im- » pedimentum allegans, illud debere probare.....tenuere Innocent, *in cap.* » *Cum sit Romana*.....idem dixit Innocentius *in cap. Ex transmissa in* » *princip. de praescript*..... quod scilicet ubicumque quis allegat im-

» pedimentum semper oportet eum probare, quia in dubio quis non prae-
» sumitur impeditus ».

In casu orator admissus fuit ad professionem anno 1834; per biennium silentium servavit; die 29 Novembris 1836 indultum saecularizationis petiit, et obtinuit; et tandem anno 1846 contra validitatem suae professionis reclamavit. Qua de causa quasi per decennium reclamationem distulit? Non ex ignorantia, cum ex actis constet ipsum monitum fuisse ad reclamandum: non ex metu, si enim ex eo impeditus minime fuerat ad petendam saecularizationem, quomodo supponi potest impeditum fuisse ad petendam nullitatem suae professionis? Vera causa fuit persuasio, quam ipse habebat validitatis emissae professionis, alias cum petiit praedictum saecularizationis indultum aliquam mentionem de dicta nullitate fecisset.

3. Non probatur existentia metus, qui nullitatem professionis inducat. Testes non deponunt de gravi metu, sed de quodam metu, et alii dubitative respondent. Nec depositio patris suffragatur, ut patet *ex cap. Praesens* 20. *quaest.* 3. ubi Nicolaus Papa, confessionem patris de metu incusso filio non sufficere iudicavit: et S. C. C. in *Hispalen.* 23 *Septembris* 1690 et in *Bononien.* 26 *Septembris* 1694 denegavit restitutionem in integrum, licet parentes iudicialiter deposuerint filios ad habitum Religionis suscipiendum, et professionem emittendam coegisse. Et in *Ianuen.* 30 *Ianuarii* 1694 edixit confessionem patris ad infligendam ei censuram satis esse, non tamen ut vim passo concedatur regressus ad saeculum, vel restitutio in integrum; ideoque in dicta Hispalen. denegata in integrum restitutione additum fuit: « et Archiepiscopus procedat ad censuras » contra patrem, si adhuc vivat ».

4. Nec extat causa canonica pro dispensatione votorum ex plenitudine potestatis Summi Pontificis. Silentio praeterea S. Thomam, nonnullosque alios Doctores docere: « in voto solemnizato per professionem » Religionis non posse per Ecclesiam dispensari: » 2. quaest. 88. art. 11. Tantum dicam requiri a Doctoribus causam boni communis, ita Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 8. §. 8.: « Omnes enim huius dispensationis » causam legitimam exprimentes adducunt exempla boni valde communis, » ut pacis totius Regni, eiusque ad fidem conversionis. Atque ratio ipsa » suadet. Quia dispensatio haec nequit fieri absque aliquo status religiosi » detrimento. At rationi valde dissonat spectari privati bonum posposito » totius status religiosi detrimento. Secundo quia alias frequenter dispen-
» sationes hae indulgendae forent, cum frequentissime ipsis professis bo-
» num privatum occurrat ob quod concedendae illi dispensationis iusta
» causa existeret: quod quam labefactaret religiosum statum quis non vi-
» deat? Tertio quia frequentius religiosi tentationibus vexarentur, spe
» obtinendae dispensationis ad statum religiosum ». In themate nulla causa

boni communis habetur, quinimo nec concurrit ea rationum copia pro nullitate psofessionis, quae relinquat in iudicium animo aliquod leve tantum dubium, quo in casu ad tranquillitatem conscientiae eorumdem iudicum solet aliquando dispensatio ad cautelam concedi. Nec potest dubium de dispensatione Apostolica disputari, in Pontificio enim rescripto agitur dumtaxat de restitutione in integrum, et de nullitate professionis.

At vero oratoris patronus pro aris et focis in suis allegationibus conatus est demonstrare adesse causas canonicas pro in integrum restitutione, et pro nullitate professiõnis.

Propositis igitur in Congregatione Generali habita die 8 Iulii 1853 dubiis:

1. Se vi sia luogo alla restituzione in intiero nel caso?

Et quatenus affirmative

2. Se costi della nullità della professione nel caso?

Et quatenus negative ad 1. *et* 2.

3. Se convenga supplicare il S. Padre per la dispensa nel caso?

Eñi Patres, referente Eño Fornari, rescripserunt:

Ad 1. et 2. providebitur in tertio. Ad 3. attentis peculiaribus circumstantiis supplicandum SSmõ pro dispensatione.

Et facta de praemissis relatione in audientia habita die 22 Iulii 1853 Sanctitas Sua perpensis peculiaribus et extraordinariis circumstantiis, in casu occurentibus, resolutionem S. C. approbavit, ac dispensationem a votis a Sebastiano Podestà in sua religiosa professione emissis, Apostolica auctoritate benigne impertita est. Contrariis etc. (1).

8 Iulii 1653.

FAVENTINA

Super aperitione conventus.

Prope oppidum Brisichella in Dioecesi Faventina quoddam extat Sanctuarium B. M. V. quod *Monticino* appellatur, et sub directione Capituli a Cappellano, et duobus Eremitis custoditur. Eremitae eleemosynas infra limites territorii colligunt, quibus manutentioni Ecclesiae, cultui divino, aliisque expensis providetur. Ut dictae Ecclesiae accuratiori servitio consuleretur tam Episcopus, quam Capitulum curam Sanctuarii PP. Cappuccinis concredere statuerant, et Cappuccini ultra citroque annuebant, pro-

(1) Plures causae super nullitate religiosae professionis penes S. C. aguntur. Una, vel altera tantum refertur praesertim ex iis, quae summarie, et servata tantum in substantialibus Const. Bened. XIV. definitae fuerunt, ut praxis quae servatur, appareat.

mittentes sese ibi duos Religiosos Sacerdotes, et duos Conversos collocaturos. At acriter obsistebant Religiosi Min. Observantiae, quorum Conventus a Sanctuario metribus 350 distabat. Hi eorum privilegia, et Constitutiones Apostolicas circa erectionem Conventuum in medium proferebant.

Episcopus, Capitulum, et Procurator Cappuccinorum contendebant nullum PP. de observantia inferri detrimentum, quia iam extaret consuetudo colligendae eleemosynae ab Eremitis, igitur non agi in casu nisi de immutandis collectoribus; nec quaestionem moveri de erigendo formali conventu, sed potius de hospitio, quod Constitutiones Apostolicae minime respiciunt.

Fratres Minores a Clem. IV. Const. *Ad consequendam* diei 18 Novembris 1865 privilegium obtinuerunt ne alii Religiosi Conventus, Ecclesias, Oratoria erigerent, nisi saltem cannis 300 ab illorum Conventu distarent. Vide Card. Petra Comm. ad Const. 7 Clem. IV. a num. 1 usque ad 10.

Clem. VIII. Const. *Ad instantiam* 23 Iulii 1603 constituit formam servandam pro erectione novorum conventuum, et praesertim praescripsit, ut necessarii reditus haberentur ad alendum eum Religiosorum numerum, qui ad regularem observantiam servandam necessarius foret; etiam Superiores aliorum Conventuum audirentur. Gregorius XV. d. Const. Clem. VIII. ob obtenta, ut assolet, privilegia pene absoletam restituit et confirmavit Const. *Cum aliis* 17 Augusti 1622 praescribens duodenarium numerum Religiosorum; quodque audiri deberent Superiores Conventuum, qui intra quatuor milliaria existerent. Urbanus VIII. Const. *Romanus Pontifex* 28 Augusti 1625 memoratas Constitutiones confirmavit et poenali sanctione munivit. Innocentius X. Const. *Instaurandae* 1652 modum praescripsit ad beneplacitum Apostolicum a S. C. EE. et RR. obtinendum pro erectione novorum Coenobiorum. Haec omnia Innocentius XII. Const. *Nuper* 23 Decembris 1627 innovavit, et confirmavit. Quatuor igitur Religiosi non solum non respondent numero a Summis Pontificibus praescripto, sed ne numero quidem ad quem inspectis peculiaribus circumstantiis aliquando S. C. duodenarium reducere solet; et Pius VII. in restitutione Ordinum Regularium reduxit. Nec Cappuccini excusari poterant titulo Hospitii, nam S. C. quoad Hospitia sequens edidit decretum *in Calaguritana de Bilbao:* « Patres Carmelitas Discalceatos posse continuare de Hospitio, vel potius » ipsum reducere ad hospitium saeculare cum habitatione, quae tantummodo deserviat pro recipiendis Religiosis itinerantibus, quod in illo nulla servetur forma regularis; nec erigatur Ecclesia, seu Oratorium formale cum » ianua in publica via, sed tantum Oratorium internum ad effectum inibi » Missas et orationes privatas pro eorum spirituali usu celebrandi tantum. Quando in illo Sacramenta non administrentur, non fiant publi-

» cae conciones, nec divinae, aliaeque functiones peragantur, non tumu-
» lentur cadavera, nec retineatur Campana, nec aliquid signum quod vero
» conventui adaptetur, et transcendat naturam et conditionem meri et
» simplicis hospitii saecularis, addita prohibitione quaestuandi, nec non
» quod Regulares ad illud se transferentes, non assumant titulum prae-
» sidentis, vel alterius officialitatis subiiciendo ulterius in casu contra-
» ventionis ipso facto poenis contra religiosos degentes extra Claustra,
» non obstante quacumque exemptione, aliisque arbitrio S. C. Et quod
» super observantia praemissorum Provincialis, et definitorium valide se
» obligent coram Episcopo, qui instrumentum dictae obligationis ad eam-
» dem S. C. transmittat. Romae 15 Septembris 1690 ». Hoc decretum S. C. servari mandavit in aliis causis, et praesertim in *Atrien.* 31 Augusti 1619, in *Veliterna* 5 Decembris 1692.

Obstare igitur videbatur in casu defectus distantiae cuius ratione S. C. saepe rescripsit « non esse locum fundationi conventus »: 15 Iulii 1712, et in *Mediolanen.* 21 Martii 1719, nec non detrimentum, quod Minor. Observantibus obvenire poterat, eorumque dissensus, ac etiam parvus Religiosorum numerus pro regulari observantia rite servanda non sufficiens: aliunde spernendum minime erat votum Episcopi, et Capituli, et ratio maioris cultus in dicta Ecclesia, ac etiam boni spiritualis populi.

Proposito igitur in generali Congregatione diei 12 Augusti 1853, dubio:

Se e come convenga annuire alla dimanda del Procuratore generale de' Cappuccini di collocare due Religiosi Sacerdoti, e due Laici nel Monticino nel caso?

EE. Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt: *Negative* (1).

12 Augusti 1853.

AUXIMANA

Super successione ad pium relictum.

Ioseph Calcatellius Parochus S. Michaelis Filoctrani in Auximana Dioecesi, Prioris titulo nuncupatus, suis ultimis tabulis diei 8 Martii 1817 quod sequitur legatum hisce verbis reliquit: « Lascia per ragion di le-
» gato al successore Priore che verrà nominato, l'intiera sua libreria »
quo Episcopo referente, aliud non erat, nisi operum collectio, qualis stu-

(1) Quamvis parvi momenti sit casus, de quo agitur, tamen expedire visum est eum referre, cum illius occasione exponatur praxis S. C. et summatim referantur Const. Apostolicae quoad erectionem novorum conventuum, et insuper qualitates, quas hospitia habere debent, indicentur. Super quibus legi poterit *Donatus in Praxi Reg. Tom. 4 par. 2, tract. 1, q. 22.*

diosum ac doctum animarum curatorem decet. Calcatellio in Parochia seu Prioratu proxime successit Petrus Buschi, qui proinde librorum possessionem adeptus est: cumque decem post annos ad aliam Parochiam translatus fuisset, eam librorum copiam secum asportavit, ac morte repentina postmodum correptus in manu haeredum suorum reliquit, quin Priores S. Michaelis, qui subsecuti sunt, ullam hac de re querelam admoverent.

At haeredes anxii ac solliciti, an illud legatum Buschio auctori suo, uti privatae personae, an vero Priori, uti Priori, ac successoribus eius ex testatoris mente competeret, rem S. C. Ep. et Reg. exposuerunt, opportunam super hac dubietate declarationem expostulantes.

Partibus auditis, ac Emo Card. Episcopo sua de sententia rogato, perpendebatur in iure legatum pro rectore scriptum, tum reputandum esse huic tantum, non Ecclesiae, et huiusce Rectori ac successoribus relictum, cum peculiares circumstantiae id ipsum ex adiunctis coniecturis certe suadere videantur, iuxta expressum textum in Cap. 15 *Requisisti* de Test.; speciatim vero asserebatur auctoritas Amostazii *De Caus. piis,* lib. 4. *de caus. piis* in spec. cap. 7 a num. 50, qui textum memoratum interpretatus, similem quaestionem agitat, resolvitque per haec verba: « Sed » distinctione resolvenda est quaestio, quam adducit Pontifex *in C. Re*» *quisisti de Test.;* at si Episcopo aut Rectori adsit aliqua coniectura, » unde perpendamus, quod contemplatione personae relictum fuerit lega» tum utpote si consanguineus fuerit testatoris, valde amicus, vel bene» meritus tunc legatum non ad Ecclesiam, sed ad Rectorem pertinebit: » si vero nulla adsit causa id existimandi, ad Ecclesiam spectabit: ra» tio est; nam licet relinquatur Episcopo seu Rectori, intelligitur, tan» quam administratoribus illius, non vero ut personis ». Iamvero nulla satis probabilis ab haeredibus ratio proferebatur, qua Buschio uti personae privatae Calcatellius eos libros reliquisse dici posset.

Itaque dubium in plenario auditorio propositum fuit:

An et quomodo Haeredes Prioris Buschii retinere in sua proprietate possint bibliothecam, de qua in casu? vel potius haec ad Priorem pro tempore pertineat?

Emi Patres die 17 Februarii 1854 rescripserunt:

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

17 Februarii 1854.

VERDUNEN.

Super restauratione Cangregationis Canonicorum Regularium SS. Salvatoris a B. Petro Fourier reformatae.

In Gallia olim florebat Congregatio Canonicorum Regularium a B. Pe-

tro Fourier reformata approbante Urbano VIII, prout apparet ex suis Litteris Apostolicis, nempe *In supremo* diei 29 Novembris 1625, et *Quandoquidem* 10 Novembris 1628. Canonici profitebantur regulam S. Augustini, et statuta annis 1768, et 1769 a Capitulo generali composita.

Anno 1851 in civitate Verdunensi septem Presbyteri, totidemque Laici consilium inierunt dictam Congregationem restaurandi, ideoque in quibusdam aedibus de licentia Episcopi sese collegerunt, ubi specimen non indubium religiosae vitae praebuerunt; ideoque Episcopus dictae civitatis ab Apostolica Sede expostulavit, ut restaurationem memoratae Congregationis approbaret cum professione votorum solemnium, sublato tamen titulo *Canonicorum* qui hodie in Gallia minime expedire videtur, significans aedes *a Benedicta Valle* nuncupatas idoneas esse ad religiosam domum constituendam, et alumnis media congruae substentationis suppetere. Addebat Abbatem Canonicorum Lateranensium in Valesia paratum esse ad recipiendum in sua domo unum, vel alterum Alumnum ad effectum peragendi novitiatum; nec non mittendi Verdunum duos religiosos professos, ut directionem novitiatus susciperent, et novitios ad professionem admitterent.

Procurator Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium autumabat petitam approbationem minime esse concedendam, nisi nova domus suae Congregationi adscriberetur. At Consultor a S. C. deputatus petitioni Episcopi suffragabatur iuxta modum: « Nempe iuxta votum Episcopi » Oratoris, et Religiosos instaurandae Congregationis dehinc appellandos » esse: Clericos Regulares SSmi Salvatoris, et Beati Petri Forerii, Con» gregationis nostrae Dominae: Habitus exterior clericorum regularium » praedictorum sit habitus communis clericalis talaris nempe, et nigri » coloris, zona pariter nigra, sed coriacea ad lumbos constrictus, num» quam sericus, vel serico ornatus, longus usque ad dorsum pedis, sine » syrmate *(strascico)* sed undequaque rotundus: pallium etiam tum hyeme, » tum aestate, nec non pileum, cum domo exeunt, deferant; simplicia » tamen et uniformia prout viros regulares decet. Quando vero choro, » aut aliis Ecclesiae functionibus vacant, linteum semper amictum seu » superpelliceum aeque ac coeteri clerici regulares super induant. Abba» tiali nomine ac dignitate, quae in antiqua Congregatione locum habe» bant, omnino suppressis; domorum regularium, et alios quosque huius » novae Congregationis Superiores Praepositos vocandos esse. Et si quae » sunt alia externi honoris insignia, et privilegia Canonicorum propria, » quibus antiqua illa Congregatio fruebatur haec ad praefatam Clerico» rum regularium Congregationem non esse transferenda. Constitutiones » Beati Petri esse approbandas pro fideli earum observantia una cum re» gula Sancti Augustini, et ad mentem: mens est: ut cum novas et pe-

» culiares alias constitutiones super constitutione praedicta a Religiosis » huius Congregationis progressu temporis effformari contigerit, examini, » et approbationi Sanctae Sedis illas subiiciant. Accersendos ad domum » Sanctae Mariae de Benedicta Valle duos saltem ex probationibus reli- » giosos viros ex Valesanio Coenobio Sancti Mauritii, quorum unus Su- » perioris munus in eadem domo exerceat, alter vero Magistrum agat » novitiorum sub cuius disciplina Sacerdotes in praefata domo coadunati » annum probationis iuxta Conc. Trid. aliaque S. P. R. decreta rite, ac » recte percurrant; quo laudabiliter exacto, qui volent solemnem voto- » rum religiosorum professionem emittant in manibus Episcopi Verdunen. » ad hoc a S. Sede specialiter deputandi. Usum Breviarii, Missalis, nec » non Ritualis Romani in divinis agendis esse omnino, et in perpetuum » praedictae Congregationis praescribendum. Quod vero attinet ad officia » propria quorumdam Sanctorum concedenda affirmative pro officiis Pa- » tronorum ipsius Congregationis, servatis Rubricis. Pro coeteris recur- » rant ad Cong. SS. RR. ».

Quibus praehabitis in Congregatione generali diei 28 Iulii 1854 proposita fuerunt dubia:

1. Se, e come convenga approvare la ripristinazione dei Canonici Regolari del SSmo Salvatore?

2. Se convenga riunire i novelli congregati alla Congregazione dei Canonici Regolari Lateranensi conforme al parere del P. Procuratore generale?

Quatenus affirmative

3. Se, e quali provvidenze prendere per l'effetto medesimo?

Quatenus negative ad secundum

4. Se, e come aderire alla proposta del Vescovo di Verdun intorno al nome di Chierici Regolari, col quale voglionsi chiamare gli Alunni della ripetuta Congregazione, non che al nuovo titolo da darsi alla Congregazione medesima?

Quatenus affirmative ad primam partem

5. Quali cambiamenti abbiano ad aver luogo nell'abito esteriore dei nuovi Religiosi, e quali altri usi, e privilegi onorifici dell'antica Congregazione debbonsi ai medesimi interdire secondo la domanda dell'istesso Vescovo?

6. Se, e come approvare le Costituzioni del B. Pietro Fourier?

7. Come possa provvedersi al regolare noviziato, e alla solenne professione religiosa dei Sacerdoti congregati nella casa di Benedetta Valle?

8. Se e quali altre particolarità sia conveniente dichiarare a giusto compimento delle cose esposte per l'implorato legittimo ripristinamento della ripetuta Congregazione?

Quibus Emi Patres, referente Emo Della Genga Praefecto, rescripserunt:

Ad 1. Laudandum esse scopum R. P. D. Episcopi, et piorum Presbyterorum super redintegratione, de qua agitur; et interim tamquam pia Sacerdotum Societas habeatur cum titulo, habitu, et restrictione privilegiorum iuxta votum Consultoris cum facultate peragendi novitiatum in domo assignanda de consensu huius S. C. et sub directione duorum probatorum patrum coenobii Canonicorum Regularium S. Mauritii de Valesia iuxta votum Episcopi, qui singulis annis referat ad S. C. de statu, et progressu piae societatis, dilata formali approbatione ad aliud tempus.

Ad 2 et 3 dilata.

Ad 4 et 5 provisum in primo.

Ad 6 Affirmative iuxta votum Consultoris, et servandas esse a pia Societate per modum experimenti.

Ad 7 et 8 provisum in primo.

Et facta de praemissis relatione S. D. N. Pio PP. IX. in audientia habita eadem die, et anno, S. S. resolutiones S. C. ratas habuit, et confirmavit, ita tamen ut quoad Constitutiones adnexum Summarium Constitutionum B. Petri Forerii dumtaxat approbavit, non autem acta capitulorum, aliasque Constitutiones sublato omnino quovis privilegio, et facultate idem Summarium constitutionum declarandi, immutandi, corrigendi, moderandi, reformandi, et novas Constitutiones concedendi inconsulta Apostolica Sede, non obstante Const. Urbani VIII. incip. *Quandoquidem* consuetudine, usu, actis capitulorum generalium, aliisque quibuscumque, quibus S. S. Apostolica auctoritate derogavit, mandans insuper praefatis Clericis usum Breviarii, Missalis et Ritualis Romani (1).

28 Iulii 1854.

De praemittendis votis simplicibus in Mil. Or. Hierosolymitano.

PIUS PP. IX.

Ad futuram rei memoriam.

Militarem Ordinem Equitum S. Ioannis Hierosolymitani, cuius per anteactas aetates in propulsando barbarorum furore, ac re Christiana tuenda mirum in modum virtus enituit, peculiari studio complexi Romani Pontifices Praedecessores Nostri nihil praeterniserunt, quod eius-

(1) S. C. non approbavit redintegrationem Congregationis sed dumtaxat laudavit scopum Episcopi, et Presbyterorum, dilata formali approbatione, volens ut interim tamquam pia Sacerdotum Societas habeatur. Quapropter S. C. minime approbavit professionem votorum solemnium quodque alumni dictae domus sint veri regulares. Insuper S. S. revocavit facultatem moderandi Constitutiones, novasque condendi incon-

dem Ordinis incolumitati, atque ornamento pertinere intelligerent. Haec Nos exempla sequuti, animoque revolventes illustria erga Religionem praedicti Ordinis merita paternas in illum curas intendimus, ac mutatis rerum, temporumque conditionibus haud in praesens convenire comperimus, quae ab eiusdem Ordinis statutis sancita sunt circa solemnium votorum nuncupationem ab iis emittendam, qui inter Militiae illius Equites professos referri cupiant. Quapropter ut eam consilii maturitatem afferant, quae in re tanti momenti necessaria est, ne minus considerate agentes, non sine aeternae salutis detrimento minus accurate ea postmodum servent, quae Deo solemni ritu polliciti sunt, nonnulla decernenda existimavimus, quae hac super re opportuna esse in Domino censuimus. Itaque Auctoritate Nostra Apostolica statutis ac legibus Equestris Ordinis Hierosolymitani derogantes volumus, ac mandamus, ut in posterum quiqui inter Equites Hierosolymitanos professos referri cupiant simplicia primum vota emittant, non ante tamen quam decimum sextum aetatis annum attigerint, deinde vero solemnia vota profiteri possint posteaquam integrum decennii spatium defluxerit a simplicium votorum nuncupatione; quae quidem vota simplicia durante decennii spatio a singulis Equitibus in singulos annos renoventur, ita ut antequam vota eadem renovent, integrum ac liberum iis sit mutata sententia ad saecularia vota transire, quo proinde in casu eos a votis simplicibus, omnique contracta obligatione Auctoritate Nostra Apostolica iam nunc dissolvimus, ac solutos declaramus, ac pariter omnibus honoribus, facultatibus, privilegiis exemptos, quibus antea in Ordine ipso vi eorumdem Votorum simplicium emissorum frui poterant, vel fruebantur. Atque huiusmodi Constitutionem extendi etiam volumus ad Cappellanos Conventuales Ordinis sive Clericos, sive in Sacris Ordinibus constitutos. Quoniam vero, qui inter Cappellanos Sacris Ordinibus, ac Presbyteratu iam initiati sunt perpetua servandae castitatis obligatione tenentur, idcirco ipsi simplicia vota nuncupabunt paupertatis, et obedientiae tantum singulis annis renovanda prout superius indicatum est. Praeterea Auctoritate Nostra Apostolica Statutis Ordinis derogando facultatem facimus, ut Equites in posterum vota, sive solemnia sive simplicia in Conventu proferre minime teneantur, eaque nuncupare queant in manibus, vel Magni Prioris, ad quem ipsi pertineant, vel Equitis Professi ad hoc peculiari modo delegati a Locumtenente Magisterii, eiusque Consilio. Quod si desit eo loco, vel longe distet Eques Professus, tunc can-

sulta S. Sede, quia non solum incongruum est, ut inferior potestatem habeat moderandi, et innovandi, quae ab Apostolica Sede approbata sunt, sed si aliquando olim hoc concessum reperitur, experientia magistra innotuit abusus irrepsisse, paulatim enim Constitutiones a S. Sede approbatae in alias omnino Superiorum arbitrio transformabantur, ideoque regula certa minime haberi poterat.

didatus simplicia vota emittere poterit in manibus Ordinarii qui testimoniales ei litteras dabit de peracta votorum simplicium nuncupatione. Sin vero Ordinarius idem longe absit, tunc vota simplicia nuncupabit vel apud Cappellanum Militiae, in qua Eques versatur, vel etiam apud Parochum viciniorem, a quibus testimonium scripto accipiet de emissis votis simplicibus. Denique volumus, ut pro nuncupandis solemnibus votis antiqua formula servetur, pro votis autem simplicibus specialis formula adhibeatur per Nos designanda, cuius exemplar in tabulario Nostrae Secretariae Brevium mandamus asservari; atque aliud item exemplar transmitti ad Locumtenentem Magisterii. Id volumus, iubemus, decernimus non obstantibus Apostolicis, atque in Universalibus Provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non memorati Ordinis Hierosolymitani statutis ac legibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 28 Iulii 1854 Pontificatus Nostri Anno 9. — V. Card. MACCHI.

Formola de' Voti semplici da emettersi nel Sacro Ordine Gerosolimitano, secondo il Breve di Pio Papa IX. in data del giorno 28 Luglio 1854.

« Io N...faccio voto a Dio Onnipotente, alla Sua Immacolata Ma» dre, ed a S. Giovanbattista di osservare povertà, castità, e obbedienza » a qualunque Superiore mi verrà dato dal Sacro Ordine, e questi voti in» tendo fare a tenore della Costituzione di Sua Santità Pio Papa IX. » emanata intorno alla emissione de' voti nel Sacro Militare Ordine Ge» rosolimitano, la quale incomincia *Militarem Ordinem Equitum* ».

Formola de' Voti semplici da emettersi dai Cappellani Conventuali costituiti in Ordini Sagri.

« Io N...faccio voto a Dio Onnipotente, alla Sua Immacolata Ma» dre, ed a S. Giovanbattista di osservare povertà, ed obbedienza a qua» lunque Superiore mi verrà dato dal Sacro Ordine, e questi voti intendo » fare a tenore della Costituzione di S. S. Pio Papa IX. emanata intorno » alla emissione de' voti nel Sacro Militare Ordine Gerosolimitano, la quale » incomincia *Militarem Ordinem Equitum* ». (1).

(1) Praefatae Litterae Apostolicae hic referuntur, quamvis minime latae fuerint ex voto S. C., quia passim occurrere possunt.

INCERTI LOCI

Votorum.

In quadam Italiae Civitate paucis abhinc annis erectum fuerat monasterium, cuius Moniales profitebantur Institutum a Sancta Sede approbatum, et in quo vota solemnia emittebantur. Verum cum dicti Monasterii erectio facta fuerit sola Episcopi auctoritate, et in eo, ut referebat Episcopus, clausura activa a Monialibus servabatur, non vero passiva, quia extranei in clausuram ingrediebantur, et Educandae, qualibet hebdomada solatii causa egrediebantur, illius antistita dubitare coepit an vota, quae in eo emittebantur, revera solemnia essent prout a Monialibus, et ab aliis absque ulla dubitatione existimabantur.

Auditis igitur Episcopo, et S. C. Consultore, et prae oculis habitis quae p. 82 in *Spolet. votor.* exposita sunt, proposito dubio:

Se, e come rispondere alla istanza della Superiora, del Monastero... nel caso?

Emi Patres in Congregatione generali habita die 1 Septembris 1854, referente Emo Cagiano, rescripserunt:

Pro sanatione erectionis Monasterii.... et pro sanatione in radice (1) votorum emissorum, servatis omnibus regulis alterius Monasterii Urbis.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Pio PP. IX. S. S. resolutionem S. C. ratam habuit.

1 Septembris 1854.

(1) Ad professionem votorum solemnium valide emittendam requiritur consensus profitentis, et Ecclesiae acceptatio, quae non habetur, nisi Monasterium, in quo professio emittitur, canonice erectum fuerit: ideoque solus consensus etiam explicitus, et intentio emittendi vota solemnia non sufficit, si aliquod impedimentum opponatur, qualis est defectus canonicae erectionis. Si autem consensus moraliter perseveret, et Summus Pontifex suprema sua potestate impedimentum iuris ecclesiastici in radice auferat, tunc consensus effectum, quem antea ob impedimentum gignere non potuerat, producit qui retrotrahitur ad tempus ipsius professionis, ideoque sanatio *in radice* vocatur. Requiritur igitur quod consensus voventis moraliter perseveret, quodque auferatur in radice impedimentum iuris ecclesiastici. Haec extraordinaria sanatio conceditur quando speciales circumstantiae concurrant, prout in casu, de quo agitur. Cum enim Moniales in bona fide essent, si nullitas professionis votorum solemnium eis manifestata fuisset, perturbatio, et fortasse scandalum oriri potuisset. In casibus vero ordinariis conceditur dispensatio ab impedimento, sed renovatio consensus saltem privata praescribitur.

NEAPOLITANA

Denegatae Sepulturae.

Quidam Traianus N. oppidi *Panicocoli* dioecesis Neapolitanae die 24 Iulii 1851 a quodam tormenti bellici laxata rota occisus fuit ita ut nullum verbum vel signum proferre, vel dare potuerit.

Parochus audito, ut ipse asserit, Emo Archiepiscopo sepulturam denegavit defuncto, quia a pluribus annis Paschali praecepto non satisfecerat, et in dicta dioecesi interdictum contra transgressores Synodali decreto est *latae sententiae*. Lucia mater Traiani curiae Episcopali reclamavit, ideoque processus confectus fuit, propositaque causa die 27 Augusti 1851 prolata fuit sententia quod « Per Parochum bene iudicatum » fuerit, et a D. Lucia male appellatum fuerit, ac proinde cadaver Tra» iani christiana careat sepultura, et in loco profano tumuletur. »

Ab hac sententia Lucia ad S. C. appellavit. Eius Patronus in eo contendebat, ut demonstraret interdictum, et privationem sepulturae iuxta cap. *omnis utriusque* esse poenas ferendae sententiae, ideoque requiri sententiam iudicis, quae in casu locum non habuerat: idque confirmari poterat ex resolutione S. C. in Caietana 24 Iunii 1595 in qua habetur « Qui non confitentur et non communicant in Paschale non tamen sunt » ipso iure interdicti, sed sunt interdicendi per sententiam: unde si ante » declarationem moriuntur non privantur ecclesiastica sepultura modo » obierint cum signis contritionis. » Nicol. Flosc. V. *Pascha num.* 1.

Verum in casu Traianus nullum contritionis signum dederat, et insuper lege synodali interdictum erat latae sententiae, et transgressio praecepti paschalis per aliquot annos continuata erat notoria: unde Monacellus *Form. legal. p.* 1 *tit.* 3, *form.* 16, *num.* 5 allatam S. C. resolutionem ita interpretatur « *nisi intermissio esset notoria Cap. ex parte de sep. Cap. a nobis de set. Excom. vel adesset Statutum Synodale in contrarium S. C. in Baren.* 15 *Decembris* 1696. Quare cum notorie constaret de incursu interdicti utpote in Dioecesi Neapolitana *latae sententiae,* supervacaneum erat inquirere an poena privationis sepulturae praescindendo ab interdicto iuxta cit. cap. *Omnis utriusque* sit latae sententiae, prout docet De Ameno *De delict. et poenis* Tom. III. Tit. 5, § 1, num. 12: *Una enim poena* (interdicti) *ut separata ab alia* (privationis sepulturae).... *et ex consequenti haec locum habet licet illa non fuerit inflicta.*

Proposito igitur in generali conventu diei 9 Martii 1855 dubio:

Se, e come convenga confermare, o revocare la sentenza della Curia Napoletana nel caso?

Emi Patres, referente Emo della Genga Praefecto, rescripserunt: Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

9 Martii 1855.

NULLIUS MONTIS VIRGINIS

Super privilegio Abbatis conferendi confirmationis Sacramentum etiam extraneis.

Clemens XII. san. mem. Lit. Apost. anni 1732 incipien. « *Craeditae Nobis* » privilegium conferendi confirmationis Sacramentum Abbati Nullius Montis Virginis hisce verbis benigne tribuit: « Ut Abbas gene-» ralis dictae Congregationis (Montis Virginis) indumentis pontificalibus » indutus Sacramentum Confirmationis suis subditis praefatis quoque tem-» poribus ministrare prout pro tempore existentes Montis Cassinorum, et » Cavensium Monasteriorum respective Abbates ministrare solent Aposto-» lica auctoritate perpetuo concedimus. »

Cum autem introductus fuerit usus confirmandi etiam non subditos, dubium exortum est an revera non subditi ab eo confirmari possint. Abbas Montis Virginis innitebatur usu iam introducto et consuetudini, quae ab Abbatibus Cassinensibus, et Cavensibus servatur; usus enim, et consuetudo privilegia interpretantur, eaque etiam aliquando extendunt.

Alii vero autumabant standum esse verbis indulti, in quo facultas *ad subditos* expresse, et clare coercetur, quin aliunde indubie constaret de legitima consuetudine.

Re ad S. C. delata, in generali conventu diei 30 Martii 1855 propositum fuit dubium:

Se e come il P. Abbate generale Ordinario dell' Abbazia di Monte Vergine debba mantenersi nel possesso di amministrare il Sacramento della Confermazione ai sudditi di altri Vescovi, ed Ordinarî?

Cui Emi Patres, referente Emo Brunelli, et re mature perpensa, rescripserunt:

Affirmative de consensu saltem tacito Ordinariorum confirmandorum, retento authentico regesto in archivio Monasterii, ac servatis aliis de iure servandis facto verbo cum SSmo.

Et facta de praemissis relatione S. D. N. Pio PP. IX. in audientia habita die 20 Aprilis 1855, Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit, excepto tamen quoad futurum usu administrandi confirmationem extra territorium Abbatiae etiamsi Abbas ab Ordinariis

respectivis vocetur, et ad mentem: mens est, « che l' Abbate sia cau- » telato di esaminare prima di conferire la Cresima se i Cresimandi ab- » biano la fede del proprio Vescovo, o almeno del Parroco (1). »

30 Martii 1855.

FERRARIEN.

Erectionis Monasterii.

Ex Audientia SSmi, habita a D. Sub-Secretario die 27 Aprilis 1855 S. S. audita relatione Emi Archiepiscopi Ferrarien. benigne annuit ac propterea etc. eidem remisit, ut veris etc. et dummodo prius sibi constet enunciatum Monasterium usibus et habitationi monialium accommodatum esse ad formam SS. Canonum praesertim relate ad clausuram, nec non provisum certis ac sufficientibus redditibus pro substentatione saltem quatuordecim Monialium, quarum duo ex tribus partibus sint choristae, tertia vero Conversarum; pro sui arbitrio, et conscientia deveniat ad ipsius Monasterii canonicam erectionem sub regula S. Dominici et iurisdictione Ordinarii; ea tamen lege ut confessarius Ordinarius ex Patribus Ordinis Praedicatorum eligi debeat: facta etiam Monialibus potestate admittendi Iuvenes ad habitum et solemnem professionem iuxta regulas Instituti, et servatis iis omnibus quae a SS. Canonibus et Concilio Tridentino praescripta sunt etc.

27 Aprilis 1855.

ORDINIS PRAEDICATORUM, SEU MESSANEN.

Super tacita professione.

Dominicus N. uti Conversus ad Novitiatum in Conventu Ordinis Praedicatorum Messanae die 2 Iulii 1849 admissus fuerat, illumque

(1) Haec resolutio prudenti consilio pro una parte per decretum, pro altera per epistolam communicata fuit. Hic praestat summis labiis commemorare quaestionem inter Emum Archipresbyterum Basilicae Vaticanae, et Capitulum Lateranense. Ille existimabat se posse diebus constitutis Sacramentum Confirmationis in Basilica Vaticana publice conferre tam subditis, quam non subditis. Secundum opinabatur privilegium ad subditos tantum esse coercendum. S. Congregatio Visitationis anno 1641 edixit comprehendi etiam non subditos; at quaestio delata ad S. C. C. contra Emum Archipresbyterum sententia lata est, quae a Clem. X confirmata fuit. Tandem Bened. XIV Const. *Ad honorandum* diei 27 Martii 1751, Capitulo Vaticano induisit, ut eius Emus Archipresbyter etiam non subditis praedictum Sacramentum conferre valeat, servatis conditionibus in eadem Constitutione praescriptis.

complevit die 2 Iulii 1850. Interim vero, idest die 15 Novembris 1849, S. C. ex gravibus causis litteras encyclicas miserat Episcopis Siciliae, quibus sub poena nullitatis ad biennium prohibebatur, ne postulantes ad habitum, et novitii ad professionem admitterentur.

Dominicus expleto Novitiatus anno in Conventu remanserat, sed attenta memorata prohibitione ad emittendam professionem minime vocatus fuerat. Ideoque facta minime fuit a Superioribus consueta protestatio, qua decimo mense Novitiatus declarant minime velle Novitium ad professionem acceptare, nisi quando ad explicitam solemnem professionem recipiatur ad evitandam tacitam professionem, quae in Constitutionibus Ordinis admittitur quoad eum « qui post annum quintum decimum por- » taverit per unum annum integrum, et completum habitum Novitiorum. »

Licet dicta protestatio omissa fuerit, tamen antequam prohibitio, de qua supra, expiraret, Superiores de recta vitae ratione dicti Novitii dubitare coeperunt, et die 28 Novembris 1851, scilicet post dies tresdecim, ex quo biennium memoratae prohibitionis cessaverat, P. Provincialis audito Patrum consilio processui Dominicum subiecit, ut ad dimittendum habitum religiosum cogeretur, quod tamen spe emendationis, suffragante P. Priore, executioni demandatum minime fuit. Sed quidam Religiosus P. Vicarium generalem certiorem fecit, qui mense Decembris eiusdem anni P. Priori Conventus scripsit ut Consilium Patrum convocaret ad definiendum an Dominicus ad professionem recipi, vel potius a Religione dimitti deberet.

Verum nonnulli Religiosi, qui novitio favebant, in medium protulerunt, relate ad Dominicum tacitam professionem locum habuisse, aliis autem id negantibus, S. C. dubium proponebatur.

Facta relatione Summo Pontifici, Sanctitas Sua remisit huius causae seu dubii resolutionem tribus Emis Patribus Cardinalibus S. C., ut ad eam definiendam procedere possent summarie cum votis Consultoris, et P. Procuratoris, omissis aliis formalitatibus. Contrariis etc.

Tam Consultor S. C., quam Procurator generalis Ordinis professionem tacitam in casu excludendam esse opinabantur, gravibus argumentis, quorum tantum summa hic referre sufficiat.

Ante diem 15 Novembris 1851, attenta pontificia prohibitione, neque ipse profiteri, neque Superiores eum ad professionem valide admittere poterant. Deinde Religio clare ostenderat minime velle illum ad professionem recipere ; nam Patres ante diem 15 Novembris 1851 de probitate praefati Novitii dubitare coeperunt, Provincialis paulo post processum incoepit, P. Vicarius generalis mandavit vocari Patres in consilium, ut definirent an Dominicus ad professionem admitti, vel ab Ordine dimitti deberet; igitur deerat consensus etiam tacitus Ordinis. Insuper re-

quirebatur etiam consensus saltem tacitus Novitii, qui illum habere minime potuerat, ipse enim prorsus ignorabat professionem tacitam, et in quo ipsa constituatur, cum praesertim omissum fuerit monitum circa tacitam professionem, de quo in Glossa ad Constit. eius Ordinis, ubi legitur « Nec mirum quia in iisdem Constitutionibus cap. 15 de Nov. dist. 1. » num. 10. praescribitur, ut decurrente anno probationis constitutoque » Novitio in aetate ad minus annorum decem et quinque, Praelatus ei- » dem terminum praefigat ad deliberandum an profiteri velit, cum pro- » testatione, quod statim elapso termino sibi taxato, nisi ab ipso, vel » a Religione contradictum fuerit, factus est casus tacitae professionis.... » etiamsi expressa, et solemnis professio non emittatur. »

Quae cum ita essent in particulari Congregatione diei 17 Iunii 1855 proposito dubio :

Se, e come siasi fatto luogo al caso della tacita professione ?

Emi Patres rescripserunt : *Negative in omnibus.*

Et facta de praemissis relatione S. D. N. Pio PP. IX in audientia habita die 22 Iunii 1855, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit (1).

22 Iunii 1855.

ROMANA

Concessionis sepulturae.

Antonius Cabot Archipresbyter Ecclesiae S. Hieronymi Illirycorum de Urbe cupiens in ea, non obstante lege Coemeteria respiciente, sepeliri, a S. C. EE. et RR. veniam expostulavit. Ut clausulae, et conditiones in similibus concessionibus opponi solitae cognoscantur refertur rescriptum hac super re benigne a S. C. expeditum, nempe :

Ex audientia SSmi habita ab infrascripto D. Sub-Secretario S. C. EE. et RR. sub die 13 Iulii 1855, S. S. benigne annuit, ac propterea mandavit committi *Emo Titulari* (2) praefatae Ecclesiae, ut petitam facultatem pro suo arbitrio, et prudentia oratori concedat, firmis tamen

(1) Animadvertere praestat in declarationibus datis a S. C. super Statu Regularium die 12 Iunii 1858 Ordini Praedicatorum et deinde etiam aliis in art. XI legi : *Ad valide emittenda vota solemnia post vota simplicia requiritur professio expressa, et ideo professio tacita omnino abrogata est.*

(2) S. C. quando agitur de negotiis, quae Ecclesias Titulares respiciunt, solent informationes exquirere, et executionem rescripti remittere Card. Titulari, nam ex Const. 5 Pauli IV. Card. Titulares in suis Titulis *iurisdictionem episcopalem* et ex Const. 55 Sixti V. *quasi Episcopalem* habent, legitur enim in Constit. Sixti V.: *In singulis Presbyteris, et Diaconis Cardinalibus propriae in urbe Ecclesiae Tituli ri-*

iuribus Parochialibus, soluta consueta eleemosyna favore Coemeterii, servatisque sanitariis praescriptionibus.

Die 13 Iulii 1855.

delicet, et Diaconiae cum suis Clero, et Populo, ac quasi Episcopali Iurisdictione in spiritualibus, et temporalibus regendae, et administrandae committantur. Quod explicat Fagnanus in cap. *cum contingat* n. 9. de aetate, et qualitate. Et Card. De Luca de iurisd. disc. 34. habet: *non ex eo, quod dicitur iurisdictio* quasi Episcopalis, *sequitur eam* non esse plenam, et omnimodum, *quia stant simul eam esse realem, sed ita melius nuncupari ad differentiam eorum, qui sunt Episcopi.* Et revera cum expediverim anno 1863 litteras Apostolicas pro Titulo Ecclesiae S. Hieronymi Illirycorum mihi concesso, in iis legitur: *Teque Ecclesiae S. Hieronymi Illirycorum in Presbyterum Cardinalem praeficimus, curam, regimen, et administrationem ipsius Ecclesiae Tibi in spiritualibus, et temporalibus plenarie constituendo.* Ex quo sequitur praeter Card. Titularem in Ecclesia sui tituli alium Superiorem esse non posse, secus, ait Card. De Luca loco cit., in absurdum incideremus *dandi duplicatum monstrum, duorum scilicet capitum in eodem corpore, seu duorum virorum unius mulieris... Dari enim possunt in una Ecclesia istae duae diversae naturae in diversis locis, puta in Ecclesia saeculari cappella, seu beneficium regulare, vel e contra; seu, ut est in Basilica S. Mariae Maioris plura capita, Archipresbyter nempe in Ecclesia, et duo Protectores in duabus respective cappellis, non in una, eodemque corpore individuo, quod implicat.* In Ecclesia igitur Titulari, cum Card. Titularis habeatur, Card. Protector esse non potest. Ex quo factum est, ut cum Innocentius X vellet Ecclesiam S. Agnetis in foro agonali iuripatronatus suae familiae subiicere, eique Card. Protectorem dare, necesse fuit Titulum in Ecclesiam Sanctae Agnetis extra muros transferre. Ecclesia igitur Titularis Card. Protectorem habere nequit, nec iuripatronatus praesertim regio subiici potest.

Cum igitur unicus superior Ecclesiae, cui titulus adnexus reperiatur, Card. Titularis sit, et stemma sit signum superioritatis, et dignitatis, in prospectu et in aliis locis Ecclesiae et Sacrarii stemma dumtaxat Card. Titularis apponi potest, quod S. Congregatio Caeremonialis die 7 Septembris 1658 aperiis verbis sequenti decreto declaravit, nempe: *In Ecclesiis titulo Cardinalitio insignitis, eorumque Sacrariis, nulla alia cuiuscis generis, aut materiae gentilitia stemmata, vel alia insignia quaecumque, praeterquam eiusdem Cardinalis exponantur, etiam si festa, de licentia Titularis Cardinalis, aut ex quavis consuetudine, sumptibus, vel cura aliarum personarum etiam S. R. E. Cardinalium, in dictis Ecclesiis celebrari consueverint.*

Cum igitur Congregatio Hospitalis S. Hieronymi Illirycorum, quae ex decreto S. C. Visitationis Apostolicae anni 1630 ab Urbano VIII confirmato tenetur in praefata Ecclesia (S. Hieronymi) omnes, et singulos sumptus facere, videlicet Sacristiae, et Clericis stipendia solvere, et ipsi Ecclesiae de sappellectili necessaria ad divinorum celebrationem, eandemque Ecclesiam resarcire, et quamcumque aliam impensam facere, praetenderet iuspatronatus in dictam Ecclesiam, licet in ea Capitulum existat, habere; ideoque capta occasione obitus Card. Della Genga eiusdem Ecclesiae Titularis, stemma Card. Protectoris Cictae Congregationis, qui nullam in Ecclesiam iurisdictionem exercere potest, in prospectu Ecclesiae in leva parte apponere praesumpsit relinquens locum in parte dextra pro collocando stemmate Card. Titularis. Praefato titulo ex benignitate S. D. N. Pii PP. IX mihi collato, causam proposui S. Congregationi Caerimoniali, ne iura Card. Titularium ullo modo laederentur, exhibita allegatione tam iuris, quam facti, et S. C. sequens edidit

DECRETUM. — *S. Congregatio Caeremonialis infrascripta die in Palatio Apostolico Vaticano coadunata ad propositum dubium:*

INCERTI LOCI

Super approbatione Collegii artis medicae a S. Archangelo Raphaele nuncupati, eiusque statutorum.

Quidam vir princeps obtulerat cuidam pio Instituto ingentem summam, ut in eo reciperentur religiosi Laici, qui medicinae studio, eiusque exercitio vacarent, et eiusdem Instituti partem constituerent, quo fieret ut efformarentur Medici religione, charitate, et scientia praestantes, et alumni arcerentur a periculis, quibus iuventus in Universitatibus, et Hospitalibus saepe exposita est. Quapropter res ad S. C. delata fuit transmissis etiam statutis, quorum approbatio expostulabatur. Verum pluries haec petitio sedulo diligenterque perpensa fuerat, cum graves difficultates occurrerent: videbatur enim minime Religiosos decere artis medicae exercitium, cum post recentem Ecclesiae disciplinam Religiosis permissa tantum fuerit infirmorum assistentia, prout in eam Ordo S. Ioannis De Deo alacriter incumbit et Clericis exercitium artis medicae interdictum sit (1). Insuper ars medica exerceri nequit nisi acceptis gradibus in universitatibus, et data opera clynicis exercitationibus; nec facile sperari poterat Gubernia dicto Instituto privilegium conferendi gradus fore concessura; ideoque deberent Religiosi ad universitates accedere, quod fieret, ut ipsi in discrimine ponerentur, et deficeret finis, quem sibi Institutum proposuerat, reducendi ad rectam methodum medicinae studium. Hae, aliaeque difficultates obiicebantur. Quare Sanctitas Sua rem nonnullis S. R. E. Cardinalibus ex S. C. EE. et RR. delectis sedulo perpendendam commiserat.

Re igitur in particulari Congregatione dici 26 Augusti 1855 propositis dubiis:

1. Se convenga approvare la erezione del Collegio di S. Raffaele nel caso?

Et quatenus affirmative

2. Se, e come convenga approvare gli Statuti nel caso?

Se sul prospetto della Chiesa di S. Girolamo degl' Illirici, che è titolo Cardinalizio, si possa apporre, e ritenere lo stemma del Card. Protettore della Congregazione degl' Illirici?

Auditis in scripto partibus interesse habentibus, visisque iuribus hinc inde deductis, rescribendum censuit: Negative, et amplius. *Die* 27 *Aprilis* 1865.

Facta autem per me subscriptum Secretarium SS. D. N. Pio PP. IX de praemissis relatione, S. S. S. Congregationis decretum approbavit, confirmavit, et exequi mandavit. Die 1 *Maii* 1865.

Marius Card. Mattei Praefectus
Pius Martinucci Secretarius

Quapropter stemma Card. Protectoris sublatum fuit.

(1) Iuxta veterem Ecclesiae disciplinam vetita haud fuerat artis medicae exercitatio iis, qui in sacris Ordinibus constituti essent: vide Bened. XIV de Synod. Dioeces. lib. XII, cap. 10, §. 5, et lib. VIII, cap. 9, §. 8.

Emi Patres rescripserunt: Ad 1 et 2 Negative; et ad mentem: mens est: che si suggerisca per mezzo di Monsig. Nunzio al Sig. Principe d' istituire invece un Collegio Medico-Chirurgico sotto la direzione dell' Istituto N. N.

Et facta de praemissis relatione SS. D. N. Pio PP. IX in audientia diei 31 Aug. 1855, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit, et mandavit scribi iuxta insertam minutam (1).

31 Augusti 1855.

VELITERNA

Super celebratione diei festi S. Iosephi.

Pium Sodalitium, quod Fabri lignarii constituunt in Ecclesia Veliterna Sancto Iosepho dicata, exposuit S. C. solere solemniter celebrare die 19 Martii festum S. Ioseph eiusdem Ecclesiae Titularis, et Confraternitatis Patroni: sed in praesens Parochum Ecclesiae S. Martini ad Somascam Congregationem spectantis praetendere idem festum eodem die celebrare; ideoque suppliciter S. C. exorabat, ut ius suum privative dictum festum agendi tueri vellet. Auditis per Emum Ordinarium partibus Sodalitium deducebat ab anno 1615 obtinuisse praefatam Ecclesiam, quae restaurata, et S. Ioseph dicata fuit; ex quo factum est, ut in ea dies novendiales, et festum S. Ioseph solemni pompa semper celebratum fuerit: in Ecclesia S. Martini festum Patrocinii eiusdem Sancti iam celebrari, sed nuperrime Parochum S. Martini festum S. Ioseph die 19 agere coepisse. Exinde damnum, prosequebantur Sodales, Confraternitati affe-

(1) Tantum pars dictae epistolae transcribitur, omissa facti historia, quae superius relata est. . . . . *Radunatasi la S. C. . . . . non potè a meno di non rilevare la inutilità dell' accennato progetto non potendosi comprendere quale utilità alla Religione, ed alla società avrebbero potuto arrecare pochi Religiosi che si fossero dedicati a quel ramo di scienza scopo primario, che ha avuto in mira quel religiosissimo Principe, e nel tempo istesso la impossibilità di potere innestare in una Congregazione religiosa un ramo, che dovrebbe importare un esercizio prattico di medicina, esercizio che per la istruzione si teoretica, che prattica presenta tante difficoltà. Poggiati su tali riflessi gli Emi Padri nel desiderio di condurre la caritatevole idea del pio benefattore ad un punto, che senza dipartirsi dal suo scopo primario potesse ottenere una facile, e veramente utile esecuzione, proposero concordi d' incaricare V. S. a far gustare al Sig. Principe le suindicate difficoltà, e suggerirgli di destinare la sua beneficenza alla erezione di un Collegio Medico-Chirurgico sotto la direzione dell' Istituto N. N., ove i giovani possano apprendere sodi principi religiosi, e di sana filosofia, e quindi passare a studiare nelle università le scienze mediche, rimanendo sotto la direzione medesima tutto il tempo de' loro studi.*

rebatur ob eleemosynarum diminutionem, et imminuebatur Presbyterorum numerus, qui ad populi confluentis commodum et devotionem sacra facerent. Hisce de causis in consimili casu Minores Observantes obstiterunt Conventualibus, quominus die 4 Octobris festum S. Francisci celebrarent.

Verum Somaschi testimonio trium senum demonstrare conabantur, in Ecclesia S. Martini ab antiquissimo tempore celebrari S. Iosephi festum, quod potius devotionis, quam solemnitatis dici potest. Addebant Ecclesiam S. Martini satis amplam distare ab Ecclesia Sodalitii, quae angusta prorsus est: etiam Romae in pluribus Ecclesiis eadem die festum S. Ioseph celebrari: tandem suspensionem celebrationis dicti festi scandalum et admirationem in populo fore allaturam.

Hac super re resolutiones SS. Congregationum habentur. Festivitas alicuius Sancti cum maiori pompa celebrari debet in Ecclesia eius nomini dicata: S. C. C. in *Bisinien.* 22 *Febr.* 1710.

Eadem die duae Ecclesiae vicinae non celebrent idem festum, sed Ecclesia moderna debet eligere alium diem. S. C. EE. et RR. *in Messan.* 19 *Mart.* 1681, *et in Sabin.* 20 *Novem.* 1684. *Non debet eadem die celebrari festum in duabus Ecclesiis vicinis, sed moderna debet eligere alium diem.* V. Ferraris verb. *Festa, Festivitates,* num. 44 et seq.

Proposito igitur in generali conventu habito die 14 Decembris 1855, dubio:

Se, e come si debba impedire ai RR. PP. Somaschi di far la festa di S. Giuseppe nella Chiesa di S. Martino il giorno 19 Marzo, in cui la fanno i fratelli del Sodalizio de' Falegnami?

Emi Patres, referente Emo Asquini rescripserunt:

Affirmative quoad solemnem celebrationem festi die 19 Martii.

14 Decembris 1855.

MECHLINIEN.

Super iure praesentandi ad Paroecias Epistola ad Emum Archiepiscopum.

Eme ac Rme Domine

Non latet Eminentiam Tuam a Monachis Cisterciensibus Abbatiae B. M. V. loci S. Bernardi in Bornhem dubium, quod transcribitur, huic S. Congregationi negociis et Consultationibus EE. et RR. propositum fuisse, scilicet: « An Abatia B. M. V. loci S. Bernardi in Bornhen Ci- » sterciensis Ordinis ius praesentandi Monachos ad paroecias Copellen. et » Loenhout in Mechliniensi Dioecesi sitas, quod a pluribus saeculis paci-

» fice possederat, post Concordatum anni 1801 , aut Bullas illud con-
» comitantes amiserit : an autem etiam nunc ex iure conservet ?

Ad idem dubium úti par erat rite dirimendum Emi Patres Cardinales huius Sacri Consilii rem sedulo diligenterque perpenderunt audita relatione a Te transmissa, et rationibus a Cisterciensibus deductis. Quibus praehabitis in generali conventu habito in Palatio Apostolico Vaticano die 14 Decembris 1855, referente Emo Brunelli , ad propositum dubium rescripserunt :

Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.

Et quidem hanc decisionem E. T. communicandam Emi Patres Cardinales voluerunt pro certo habentes benevolentiam Tuam ob motam quaestionem minime imminutam esse erga Cistercensium Ordinem, qui a priscis temporibus semper spectabilis, deque catholica religione optime meritus fuit. Haec significanda erant E. T., cui manus humillime deosculor. – 16 Ian. 1856. (1)

14 Decembris 1855.

MONTEVIDEO

Erectionis Monasterii.

DECRETUM

SSmus D. Noster Pius PP. IX in Audientia habita ab infrascripto D. Secretario S. C. Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, facultatem benigne tribuit Vicario Apostolico Reipublicae Orientalis Uraguay praefatum Monasterium Visitationis iuxta regulas et constitutiones Instituti S. Francisci Salesii in civitate Montevideo ad praescriptum SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum erigendi, ac erectionem Apostolica auctoritate approbandi, postquam tamen conveniens fabrica cum Ecclesia et Clausura expleta fuerit, ac sufficiens dos assignata habeatur ad duodecim saltem Moniales alendas, nec non indulgendi ut in eodem Monasterio constituantur aliqua cubicula ab aliis separata, et ad quae ex parte exteriori aditus pateat pro scholis puella-

(1) Ratio decidendi desumebatur ex decreto Card. Caprara 9 Aprilis 1802, quo omnes antiquas Paroecias suppressit, novasque erigendas voluit, nulla habita ratione Iurispatronatus. Unde anno 1846 in Nicien. S. C. C., attento quod illa provincia in concordato 1801 comprehensa fuerit, dubio : *An, et quomodo Parochia S. Reparatae iurispatronatus Capituli Cathedralis ad haec obnoxia sit , seu liberae collationis Episcopi facta fuerit in casu ?* Emi Patres rescripserunt : *Negative ad primam partem ; Affirmative ad secundam.* Omnes autem norunt concordatum 1801 afficere etiam nonnullas Belgii partes, inter quas Dioecesis Mechlinien. est recensenda.

rum, quaeque propterea lege clausurae minime comprehensae declarantur, et ad eadem cubicula ex parte interiori accedere possint ad earumdem puellarum instructionem Superiorissa, Magistrae, aliaeque Sanctimoniales, quas Ordinarius existimaverit; ita tamen ut ianuae tum interioris tum exterioris aditus duabus clavibus claudantur, quarum una penes Superiorissam, alia vero penes Monialem ab Ordinario deputandam custodiatur. Insuper S. S. benigne indulsit ut donec ad formalem erectionem eiusdem Monasterii iuxta modum superius praescriptum procedi nequeat, tum Sanctimoniales professae quae ex Europa illuc iuxta separatum Rescriptum appulerint, tum novae alumnae excipiendae aliquam domum, quam Ordinarius idoneam existimaverit, ab omni communicatione cum aliis domibus liberam, appositis, quatenus opus fuerit, consuetis repaculis, et praescriptis debitis cautelis, inhabitare possint; ea tamen lege ut alumnae donec inibi permanserint, vota dumtaxat simplicia emittere valeant, dilata professione votorum solemnium donec memoratum Monasterium canonice erectum, et in eum religiosa Communitas translata sit. Ut autem durante mora Sanctimonialium Virginum in eadem domo, uti supra, designanda, ipsae quin egrediantur, Sacris vacare valeant; S. C. Ordinario necessarias et opportunas facultates benigne pariter impertita est constituendi in loco decenti et ab omni alio usu separato, Oratorium, seu Cappellam, in qua missae etiam diebus solemnioribus celebrari possint, et tam Moniales quam aliae personae in eadem communitate commorantes, ac etiam inservientes Sacerdoti in missa celebratione praecepto audiendi missam satisfacere valeant. Contrariis etc.

Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 22 Februarii 1856. (1)

22 Februarii 1856.

BAREN. SEU TRANEN.

Super dote monastica, et alimentis.

Soror Maria Scolastica Amendoni Monialis professa in Monasterio S. Scholasticae Barii causa infirmae valetudinis, et ex Medicorum iurato testimonio, qui testabantur tum coelum Barense, tum aedes S. Scholasticae Oratricis valetudini omnino infensas esse ita ut illius vita in discrimen adduceretur, expostulabat indultum transeundi ad Monasterium

(1) Plura decreta erectionum Monasteriorum etiam in America meridionali relata sunt ut clare pateat continuus usus, et praxis recurrendi etiam ex America ad S. C. ab obtinendam canonicam erectionem Monasteriorum Sanctimonialium Virginum.

Tranense sub titulo SS. Agnetis, et Pauli. Huius Monasterii Sanctimoniales capitulariter auditae consensum praestabant cum conditione ut Monialis dotem ducatorum 500 persolveret.

Cum Monialis Amendoni par non esset ad novam dotem persolvendam nec eius Pater illam praestare vellet, rogatae sunt Moniales Monasterii Barensis ut votum panderent circa restitutionem dotis earum Monasterio persolutae. Ipsae significabant eas ad restitutionem dotis minime teneri, sed paratas esse ad solvendum eiusdem dotis fructum durante vita Oratricis. At Archiepiscopus Tranensis animadvertens Monasterium Barense pro alenda dicta Moniali impendere debere summam ducatorum duodecim circiter in singulos menses opinabatur cogendum esse dictum Monasterium ad talem menstruam pensionem Monasterio Tranensi persolvendam. Haec omnia communicata fuere Archiepiscopo Barensi, ut rem conciliaret. Et S. C. ne Monialis diutius extra claustra ob infirmam valetudinem permanere cogeretur, ad hoc enim apostolicum indultum obtinuerat, facultatem Oratrici transeundi ad Monasterium Tranense die 1 Augusti 1854 concessit cum clausula « reservato iure favore eiusdem Mo» nasterii ad quod pro dote sive pro alimentis prout, et quatenus de » iure » declaraverant enim Moniales Tranenses sese paratas esse ad recipiendam gratuito memoratam Monialem, quatenus Sanctimoniales Barenses ad solvendam dotem, vel ad alimenta praestanda non tenerentur. Cum autem omnis conciliationis spes evanuerit, quaestio ad Generalem Congregationem delata est una cum precibus Genitoris, qui expostulabat compensationem alimentorum, quae ipsae filiae suae dum extra claustra moraretur, praestaverat.

Defensor Monasterii Tranensis exponebat iuxta doctrinam probatorum auctorum dotem resolvi, si Monialis ad aliud Monasterium perpetuum transitum faciat, dos enim persolvitur non ob admissionem ad professionem, quod simoniam saperet, sed ad Monialem alendam; qua ratio cessat quando transitus locum habeat: ideoque non esse secundum aequitatem aliorum Doctorum placitum, qui contrariam sententiam tradunt.

Prosequebatur, quod si aliquod dubium circa restitutionem dotis moveri posset, nullam quaestionem locum haberet quoad alimenta, cum iustitiae repugnet retinere dotem, et alimenta non praestare, praesertim cum in casu non ex mentis levitate, sed ex legitima causa, et ex necessitate transeundi facultas expostularetur. Patronus Monasterii Barensis exhibebat art. 14 Concordati 1818, in quo legitur « Puellarum.... » dotes, quas attulerint, iuxta leges canonicas Monasterio cedent ». Deinde contendebat dotem monasticam naturam assumere perpetuae et irrevocabilis donationis favore Monasterii, ad quod emissa professione proprietas dotis devolvitur.

Prosequebatur proferendo placita plurium Scriptorum, quorum unius vel alterius sententia hic tantum refertur. Pignatellius in *Consult.* 432 tom. 1 contrariam opinionem pro viribus confutat praesertim §. 8 scribens: « Contrarium quippe tenendum est, nempe quod Moniales transla» tae non deferant secum dotes traditas primo Monasterio, si voluntarie » transeant ad aliud.... quia Monialis profitendo transfert omnia sua iura » in Monasterium iuxta Authen. *Ingressi cod. de Sacr. Ecclesiis,* et tra» dunt communiter Doctores, antiqui et recentiores. Unde etiam trans» fert in Monasterium ius proprium, quod habet ad dotem, idque vir» tute professionis.... atque adeo cum dos sit incorporata Monasterio » sicuti alia bona censetur eodem iure facta inalienabilis, ut caetera » bona ». Idque Pignatellius confirmat resolutionibus SS. Congregationum EE. et RR. et Concilii, et speciatim in *Neapolitana,* in qua formiter examinata quaestione « S. C. censuit Monialem professam in uno Mo» nasterio, si ad aliud Monasterium etiam strictioris observantiae ex le» gitima facultate transire voluerit, dotem priori Monasterio solutam se» cum deferre non posse, sed eidem Monasterio remanere debere ». Et Card. De Luca disc. 167 *de Dote* n. 28 habet: « Quamvis disputetur » quaestio, an Moniali transeunte de uno Monasterio ad aliud, dos data » primo repetatur ex iis, quae generaliter de omnibus aliis bonis, an » sequatur nec ne personam; attamen praesertim in Italia quoad dotem » non cadit ista quaestio, quoniam cum ista translatio sequi non possit » sine speciali licentia S. C., ista eam concedere non solet quamvis causa » infirmitatis, vel alia concurrat, nisi cum nova dote danda secundo » Monasterio ».

Insuper idem Patronus contendebat ne alimenta quidem deberi ex auctoritate Card. de alimen. quaest. 27. Card. De Luca *de Reg.* Disc. 39, n. 5, et Pignatelli Consul. 432, Tom. 1 qui habet « Quando au» tem Monialis voluntarie transit ad aliud Monasterium, non stat per » primum Monasterium quin adimpleatur onus alendi. Deinde onus alendi » Monialem non oritur ex dote, sed ex natura professionis. Cum igitur » Monialis transiens ad aliud Monasterium se subtrahat a potestate pri» mi, resolvitur eius obligatio quoad praestanda alimenta, et contrahi» tur ab alio Monasterio ».

Quod vero ad Patrem spectat inauditum omnino esse inquiebat eum petere compensationem alimentorum nonnullorum mensium, non enim ad instantiam Monasterii, sed ipsius filiae eam domui suae recepit, et aluit eique dotem dumtaxat ducatorum 500 assignaverit, licet ipse dives esset, et iuxta illius Regni leges summam longe maiorem debuisset. Tandem animadvertebat curationem Monialis extra claustra esse medium extraordinarium, quod olim minime permittebatur, ideoque minime cogi

posse Monasteria ad solvendas pro huiusmodi curatione expensas.

His, aliisque in medium prolatis, in Congregatione generali habita die 30 Maii 1856 propositum fuit dubium :

Se, e come il Monastero di Bari si debba obbligare alla restituzione della dote, ovvero alla prestazione degli alimenti ed in qual somma, e da qual giorno, ed in favore di chi nel caso ?

Emi Patres, referente Emo Clarelli, rescripserunt :

Affirmative pro praestatione alimentorum in menstruis ducatis sex a die ingressus Monialis in Monasterium Tranen., data facultate Monasterio Barensi se liberandi ab eadem prestatione per restitutionem Dotis: in reliquis negative (1).

30 Maii 1856.

TRANEN.

Funerum.

Archiepiscopus Tranen. die 16 Octobris 1852 in sacra visitatione decretum edidit, quo decernebat in civitate Barlettae associationem cadaverum personarum, quae intra claustra Monasteriorum Sanctimonialium degunt, fieri debere a Confessario respectivi Monasterii, et non Parocho loci, in quo Monasterium situm erat. Deinde vero declaravit hoc decretum Sanctimoniales tantum respicere. Capitulum Collegiatae S. Mariae Maioris dictae civitatis contra praefatum decretum penes S. C. innixum contraria immemorabili consuetudine reclamavit, asseverans ipsum « fino » da tempi immemorabili ha avuto, e costantemente esercitato il diritto » di trasportare i cadaveri delle Monache dalla porta del Monastero alla » Chiesa esterna del Monastero stesso. »

Archiepiscopus de more requisitus referebat ab antiquo, cum Confessarii Monialium assumerentur tantum e gremio Capituli, nullam quaestionem locum habuisse : deinde vero deputatis Confessariis extra Capitulum, Confessarium prope Monasterii ianuam solere benedictionem cadaveri impertiri, illudque postea tradere Capitulo, quod associationem ad ecclesiam exteriorem praestabat, exequiasque celebrabat.

(1) Card. Petra Comment. in Cons. 16 Eugenii IV, sect. un., plura tradit de dote, et alimentis pro Moniali ad aliud Monasterium transeunte : et n. 16 docet : *Si adsit causa iusta, et necessaria transeundi, quae occasionata non fuerit a Monasterio, hoc non tenetur dotem restituere, aut alimenta exhibere, nisi in subsidium, quatenus scilicet Monialis non habeat aliunde pro sibi constituenda nova dote.... secus autem dicendum est, si necessitas transeundi occasionaretur ab ipso Monasterio, tunc enim S. C. absolute solet demandare restitutionem dotis.*

Prosequebatur Archiepiscopus a se editum fuisse decretum non solum ob modestiam sacris virginibus debitam, verum etiam ad eximendas Moniales a gravibus expensis, quibus subiiciebantur, et innixus resolutioni S. C. C. in *Novarien.* 22 *Augusti* 1727. Exhibebat insuper aliquas allegationes, quibus exponebat Confessarium Ordinarium Monasteriorum Sanctimonialium Parochi vices gerere, ideoque ad Confessarium associationem cadaverum spectare prout tradit Pelizzarius in tract. *de Monialibus* cap. 10, sect. 3, sub 1 : neque constare de asserta consuetudine, quam nonnulli testes excludunt ; quod si aliquando Capitulum funeri interfuerit id factum fuisse ex monialium invitatione, ideoque referri ad actum facultativum, qui veram obligationem minime inducit.

E contra Capitulum mordicus consuetudinem haberi contendebat, quam ipse Archiepiscopus non denegabat, et documentum proferebat, ex quo constabat de observantia favore Capituli ab anno 1681 usque ad annum 1849, quin eius origo designari potuerit. Nec aliquid in casu facessere autumabat citatam S. C. C. resolutionem, quia ad rem non facit, respicit enim personas a Monasterio extraneas, et etiam alterius paroeciae, quae in Ecclesia exteriori Monasterii sepeliri obtinuerint. Et revera en dubium, quod in dicta Novarien. propositum fuit :

« An occasione delationis cadaverum sive Parochiae S. Crucis sive » alienae ad Ecclesiam exteriorem Monialium Cappuccinarum Parocho » S. Crucis pertineat ius funerum cum Cruce, et stola privative ad Con- » fessarium dictarum monialium ; seu potius ipsi Confessario ; et an in » supposito debeatur ipsi Parocho quarta funeris Cerae etiam positae su- » per altare, et quod cadaver sit alienae parochiae ? »

Responsum fuit : *Ad primam dubii partem affirmative : Ad secundam negative : Ad tertiam servetur solitum.*

Quod si in casu consuetudo aliquid ex iuribus Confessarii ordinarii detrahere potuerit, animadvertebatur ultra illius limites, progredi haud posse. Porro Samuel *de sepulturis* Tract. 1, contr. 13, conclus. 1 habet : « In Monialium sepultura nullum ius Parocho competit, sed dumta- » xat Confessario illarum, ut Sacra EE. et RR. Congregatio declaravit. » Et Congregatio S. R. prout refert Gardellini n. 4663 in Camerinen. proposito dubio : « Num scilicet competat Confessario Monialium ius agendi exequias super cadaveribus Monialium, an vero praefato Capitulo ? » decrevit : « celebrationes exequiarum spectare ad Confessarium pro tempore die 16 Martii 1805. »

Re ad Congregationem generalem diei 30 Maii 1856 delatam cum dubio :

Se, ed a chi appartenga associare i cadaveri delle Monache, e celebrarne l' esequie nel caso?

Emi Patres, referente Emo Della Genga Praefecto, rescripserunt: Servetur consuetudo quoad associationem; in reliquis spectare Confessario (1).

30 Maii 1856.

SENOGALLIEN.

Stupri qualificati ex promissione Matrimonii cum praegnantia.

Quidam Antonius die 7 Novembris 1854 comparuit in curia Episcopali Senogalliensi, et exposuit duodecim abhinc circiter annis filiam suam nubilem Rosam natam die 2 Novembris 1819 amores sectari incoepisse cum iuvene Petro nato die 3 Martii 1821; seque huiusmodi amores permisisse attenta promissione a Petro facta eam in uxorem ducendi: sed Petrum executionem promissionis semper distulisse; quin imo cum ipse Antonius matrimonium urgeret, Petrum aufugisse: et deinde ipsi querelanti innotuisse filiam suam cum promissione matrimonii a Petro defloratam fuisse, ex quo praegnans effecta fuerat. Quibus expositis instabat, ut contra Petrum prout de iure procederetur.

Curia Episcopalis consueta acta perfecit ad probationem genericam, et specificam habendam, ac etiam iudicialem Rosae inculpationem excepit. Ipsa confirmavit, quae a suo genitore exposita fuerant, addens, quod septem abhinc annis nempe anno 1847 cum domui suae sola versaretur illuc Petrus accesserat, et ad turpia praevia promissione Matrimonii sollicitaverat, ideoque dicto viro se subiecerat, doloremque cum aliqua sanguinis effusione passa fuerat. Prosequebatur, quod anno 1854 tribus, vel quatuor vicibus carnaliter copulati erant, et ultima vice die 22 Octobris eiusdem anni 1854. Cum igitur praegnantiae signa apparerent, Petrum hac de re certiorem fecit, ut eam quantocius in uxorem duceret; sed ipse suadentibus eius consanguineis aufugerat.

(1) Circa sepulturam Monialium, et earum funeralia in iis, quae respiciunt ingressum Confessarii in Monasterium habetur resolutio S. C. in Reatina 10 Martii 1577, nempe: *Non licet Confessario ingredi monasterium sub praetextu sepulturae tradendi cadaver alicuius Monialis, aut officia funeralia peragendi, sed hoc officium si intra clausuram sepelienda est ab aliis monialibus, vel a duobus operariis ab Ordinario approbandis peragantur:* et quatenus Monialis sepelienda sit in Ecclesia exteriori *Debent Moniales deferre cadaver usque ad portam clausurae.* Torcello 14 Decembris 1618, et in Astoricen. 13 Ianuarii 1623. Alexander VII. in Const. incipien. *Felici* ad omnes arbitrarias interpretationes removendas §. 9 edixit: *Confessarius Sanctimonialium tam ordinarius, quam extraordinarius minime ingrediatur septa Monasterii nisi ad Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, et extremae unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, nec non commendandam ani-*

Auditis testibus, et processualibus tabulis perfectis, servatisque aliis quae de iure servanda erant, Iudices Curiae in audientia diei 19 Septembris 1855 edixerunt, constare de stupro qualificato ex promissione Matrimonii, ideoque damnarunt Petrum vel ad ducendam in uxorem Rosam, aut ad opus publicum triennium et ad congruam dotem praestandam. Hac lata sententia Petrus ad S. C. appellavit. In huius causae disceptatione gravis controversia exorta est non quidem relate ad deducta facta, satis enim probata erat promissio Matrimonii, et Mulieris praegnantia auctore Petro; totus quaestionis cardo versabatur in primo carnali congressu, quem Rosa manifestaverat, quique occultus remanserat. Patronus enim Petri, aliique in consilium vocati hanc exceptionem producebant, nempe: in primo illo congressu Rosa stuprum passa est; propterea subsequentes copulae inter actus mere fornicarios recensendae sunt ex quibus actio stupri non oritur; et re quidem vera, violato semel claustro virginali, amplius violari non potest, nec propterea actorum continuatio, sed reiteratio tantum dari potest: atqui actio stupri ante septennium a die datae quaerelae patrati praescripta erat, cum omnibus notum sit huiusmodi actionem per quinquennii spatium praescribi: nec dubitari poterat in primo concubitu Rosam defloratam fuisse, ipsa namque potius in illo quam in secundo maiorem dolorem passa erat, et primus congressus magis cruentus fuerat. Contendebant insuper praescriptionem incipere a die patrati criminis, non vero a die, quo infamia exorta est, et stuprator matrimonium inire recusat.

Alii vero, et praesertim Iudices primae instantiae contrariam sententiam acriter defendebant. Et primo quidem, autumabant non constare legali modo de primo carnali congressu, habebatur enim sola Rosae confessio facti penitus occulti nullis adminiculis suffulta, cum nulla tunc

mam agonizzantium. Et Lucius Ferraris V. *Moniales* art. 5 n. 53 loquens de hac Constitutione docet quod *Neque Consuetudo excusat. . . . quia Pontifex omnibus, et singulis etiam consuetudinibus specialiter derogat, sublata.... adiecta clausula decreti irritantis..... unde sequitur quod Episcopi..... in hoc casu iam declarato per S. Congregationem, et Summum Pontificem non necessario, non valeant licentiam concedere, nec permittere, nec tollerare quod praetextu consuetudinis, quae potius corruptela est, Confessarii ingrediantur clausuram ad officium funeris peragendum.*

Pariter non est causa sufficiens ad ingrediendam clausuram benedictio Monasterii in Sabbato Sancto: S. C. in Aretina 4 Septembris 1590 quae clare edixit: *Confessarii non possunt, nec alii clausuram Monialium ingredi ad conspergendum cellas monialium, aut alia loca aqua benedicta die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore.* Et iuxta Const. Bened. XIV incipien. *Salutare* diei 3 Ianuarii 1742, Ordinarii habent facultatem permittendi ingressum in Monasteria Monialium *in casibus tamen necessariis, et serratis aliis de iure servandis, et non aliter omnino;* et revocat, abolet, annullat, et irritat quascumque alias facultates a S. Sede etiam per litteras Apostolicas quacumque causa et titulo quibusvis personis super huiusmodi ingressu concessas.

temporis facta fuerit corporis legalis inspectio ; deest igitur iuridica probatio ; sed etiam ea admissa ex verbis Rosae minime probari ipsam vere, et proprie stupratam fuisse, sed potius conatum locum habuisse.

Verum etiam dato, et non concesso constare de dicto occulto stupro, tamen prosequebantur, nullam ex eo exceptionem Petrum desumere posse. Et revera stuprum illud occultum nullam imputabilitatem in foro externo inducebat, quia ad actionem stupri in muliere sive virgine sive vidua non requiritur certus status corporis, sed honestas, ut docet Carmignani *Elemen. di diritto criminale* §. 1148, lex enim punit corruptionem Mulieris honestae, quae in anima, et non in corpore locum habere potest. Hinc iuris criminalis scriptores tam veteres, quam recentiores docent uti stupratorem habendum esse, qui seducit viduam honestam, vel aliam quamlibet mulierem, quae publica aestimatione, et bona fama gaudet prout docet Reinfestuel lib. 4, tit. 1 de spons., et matrim. « Qui vi iniusta, » metu, fraude, dolo, aut importunis precibus seduxit, vel cognovit puel- » lam talem, quae quidem prius iam fuit corrupta, communiter tamen » habebatur pro virgine, et honesta puella, tenetur eam ducere casu, » quo exinde infamia sequatur, ut si puella impraegnetur ». Etenim lex punit damnum Mulieri illatum non ratione violationis corporis, quae reparari non potest, sed ratione damni, quod stuprator Mulieri infert, impediens ei honestam collocationem, et gravem eidem, eius familiae, ac honestis moribus afferens iniuriam : Pering. *de adult. et stupr.* num. 47 et 48 prout accidit in vidua honesta, in quam licet claustrum virginale non violetur, tamen stuprum improprium patratur, quod quamvis a nonnullis improprium appelletur, nihilominus iisdem, quibus proprium, poenis a legibus mulctatur. Addebant eam esse nonnullorum sententiam, stuprum eo momento induere qualitatem criminis, cum stuprator renuit stupratam in uxorem ducere : ideoque in casu praescriptionem non a die primae carnalis copulae, incoepisse, sed a die, qua stuprum delictum evasit. Animadvertebant etiam delicta alia dici continuata, alia reiterata ; ut tradit Giuliani §. 11 pag. 344 : prima haberi « quando l'atto cri- » minoso viene ripetuto con la stessa persona ; si hanno i secondi quando » con persone diverse si reitera la medesima azione criminosa » hinc Begnudelli V. *stuprum* docere « Ex continuata cohabitatione, et co- » pula stuprum non purgatur, sed augetur » ; quae quidem magis valere in stupro qualificato ex promissione Matrimonii, quae nexum quoddam inter actus continuatos constituit, et actio stupri incipit quando stuprator promissionem adimplere recusat ; igitur a die recusationis praescriptionem decurrere autumabant.

Alii ad excludendam praescriptionem ita argumentabantur. Praescriptionis tempus non currit, quando pars laesa ex legitimo impedimento

non potest intra terminum praescriptum reclamare: in casu ius reclamandi habebat, tam stuprata cum promissione matrimonii; quam eius familia: sed stuprata reclamare non poterat, cum enim ageretur de stupro occulto cogi non poterat ad manifestandam turpitudinem suam praesertim cum stuprator iterum iterumque promissionem futuri matrimonii confirmaret; non poterat eius familia, quia stuprum ignorabat, ac propterea conclamabant praescriptionem locum non habuisse.

Emi Patres universam facti et iuris rationem sedulo diligenterque, auditis partibus, et requisitis votis tam Procuratoris Fiscalis, quam Iudicis relatoris, perpenderunt et post trinas dilationes in Congregatione diei 12 Iunii 1857 rescripserunt: Sententiam esse confirmandam (1).

12 Iunii 1857.

(1) Haec causa, aliaque Ariminen. quae deinceps exponetur, referendae erant quando supra actum est de causis criminalibus; sed cum hae colligerentur, et typis mandarentur, illae praesto non essent, necessarium visum est eas hic recensere una cum nonnullis adnotationibus, quae causas criminales respiciunt.

Formulis a S. C. adhibitis et relatis pag. 182 addendae, etiam sunt, quae sequuntur:

MATELICEN. stupri cum promissione matrimonii contra Titium:

Sententiam esse infirmandam etiam ex defectu legitimationis, et ad mentem: mens est: che si ritorni il processo alla Curia per impinguarlo secondo le istruzioni del Giudice Relatore per riproporre nella Curia la causa *tamquam in prima;* ed intanto si abiliti Tizio all'*extra carceres* dopo che avrà subiti i nuovi costituti. In Congregatione generali diei 21 Martii 1851.

HORTANA stupri qualificati contra Caium:

In Congregatione generali diei 7 Maii 1852.

Emi Patres rescripserunt: Praevia circumscriptione causam remittendam esse ad eamdem Curiam, cui detur instructio ad mentem: mens est: che la causa si dovrà di nuovo proporre, e che il Vescovo, o il suo Vicario generale presieda al Tribunale, e scelga altri Giudici, che non siano fratelli.

AMERINA Adulterii contra Titium, et Bertam:

In Congregatione generali habita die 12 Augusti 1853.

Emi Patres rescripserunt: Sententiam esse infirmandam ex defectu legitimationis, et remittatur processus ad eamdem Curiam, ut suppleto defectu legitimationis causa reproponatur tamquam in primo.

Aliquando Patroni reorum causas captiosis argumentis solent defendere, ut si fieri possit, Indices in proprias partes trahere valeant. Ita in quadam causa adulterii Patronus mordicus contendebat fratrem mariti coniugis adulterae ius eam accusandi non habere, posthabita omnino Constit. Aegidiana, quae confirmata a Leone X in Concilio Lateranensi vim legis canonicae in ditione pontificia habet, quaeque in tribunalibus ecclesiasticis, et penes S. C. in viridi observantia est. (Vid. Ala Foro criminale tom. 7. pag. 115. num. 19. ediz. rom. 1826). In ea porro (pag. 194 huius Collect.) statuitur, quod in criminibus incestus, et adulterii, stupri, nullus accusando etc. admittatur, nisi esset pater, mater, avus, vel avia, filii, nepotes usque ad secundum gradum, fratres, et sorores, et filii fratrum, et sororum, quia domus, et generis sui quodammodo prosequuntur iniuriam. Quin imo reticuerat, quae Constantinus hac de re praescripserat. Porro cum Mulier adulterium committit, domui, et generi viri sui iniuriam inferre nemo negare potest; atqui frater viri, cuius uxor adultera est, pertinet ad eam-

ARIMINEN.

Plurium scripturarum iniurias inferentium et libellorum, quos famosos vocant.

Plures ad Sacras Urbis Congregationes et ad ipsum Summum Pontificem anonimi libelli perveniebant, quibus et ecclesiasticae personae etiam in dignitate constitutae, et laici acriter incusabantur. Cum in illis transmittendis numquam finis imponeretur, et animus potius nocendi, quam veritatis manifestandae ex illorum tenore appareret, S. S. mandavit ut per Delegatum Apostolicum Foroliviensem S. C. auctores horum libellorum detegere curaret. Quod revera factum est; et quemdam Presbyterum auctorem esse detectum fuit, prout Delegatus Apostolicus die 29 Ianuarii 1854 referebat, cuius nonnulli deinde correi reperti fuerunt.

Sed Episcopus Ariminensis die 16 eiusdem mensis exemplar confessionis extraiudicialis ei factam ab eodem Presbytero relate ad aliquas culpas ad S. C. transmiserat, scribens « Cotanta malizia ed ostinazione » non è più tollerabile in detto Sacerdote, contro il quale è già stato » fatto stragiudiziale incarto sostenuto vieppiù dalla confessione del reo » medesimo. Tanto ho creduto dover riferire all' Emze Vostre Rme per

dem domum, et familiam; igitur ius accusandi habet. Id scriptores tam veteres, quam recentiores confirmant. Ita docet Ioann. Dom. Raynaldi vot. 99. *Cum in tali crimine* (adulterii) *procedatur tantum ad querelam nominatorum in leg. quamvis adulterii Cod. ad leg. Iul. de adult., hoc est mariti Patris, Fratris, Patrui, et avunculi mariti, ut tradit Salyc. in dictam leg.* 11, *et De Franchis decis.* 94. Et Ant. Matthaeus in comm. ad lib. 2 *de Criminibus* lib. 48 Dig. Set. 3, cap. 4 num. 11. 12. 13. proponit quaestionem: *Verbum patris, fratris etc. utrum ad maritum, an ad adulteram sit referendum?* Et respondet: *existimo verba constitutionis huius non restricte, ut in capite de iure occidendi, sed laxius esse interpretanda, ut patris appellatione avus; fratris, non solum germanus, vel consanguineus, sed et uterinus contineatur; atque hae appellationes tam ad* maritum, *quam ad adulteram referantur.* Accedit Cremani *de iure crim.* tom. 3, lib. 2, cap. 6, art. 3, num. 13 scribens: *Sed Constantinus..... ius illud* (accusandi) *extraneis adimi, atque iis dumtaxat, quos verus dolor urgeret commaculati thori, aut familiae, tribui voluit, hoc est, marito, patri, fratribus, patruo, avunculo.*

Id etiam docet Giuliani Instit. di Diritto Crim. lib. 4, part. 2, tratt. 2, sez. 2, cap. unic., num. 3. *Lo spirito della Legge di Costantino deve desumersi da quelle parole* quos verus dolor ad accusationem impellit. *L' offesa recata alla paternità del marito reca un vivo dolore morale a tutti quelli, che sono seco lui congiunti di prossima consanguinità, i quali vedono nell' adulterio della donna, turbata la successione della loro famiglia, del loro sangue: quindi giusta è la estensione della legge in quanto all' avo del marito, ed in quanto ai di lui fratelli consanguinei ed uterini.* Plura addi possent sed haec dixisse sufficiat.

» quelle misure, che credessero adottare contro quel Sacerdote, il quale » io intanto vado a penitenziare perchè una volta si ravveda. »

Facta relatione SSmo D. N. Pio PP. IX. S. S. iussit iudicialiter super huiusmodi libellis procedi; et quia etiam Episcopus Ariminensis reperiebatur inter personas ab eodem Presbytero diffamatas compilatio processus Delegato Apostolico, et confectis actis causae cognitio in prima instantia Curiae Episcopali Cesenaten. commissa fuit.

Iam processus confectus traditus Defensori, et legitimatus fuerat, cum die 28 Septembris 1856 Emus Episcopus Cesenaten. factum antea S. C. prorsus ignotum referebat, scilicet Episcopum Ariminensem die 18 Ianuarii 1854, idest biduo postquam memoratam epistolam ad S. C. miserat, *oeconomice* ad instantiam Procuratoris Fiscalis decretum pronunnunciasse, quo dictum Presbyterum, quem alias Episcopus monuerat, reum diffamationis declaravit, a celebratione Missae suspendit, et in domo religiosa poenitentiae causa morari iussit. Hinc laudatus Emus Episcopus Cesenatensis S. C. rogabat, ut ei declararet an facultates suae Curiae concessae ad omnes titulos in processu contentos se se extenderent, vel potius ad libellum anonimum dumtaxat triginta quatuor articulis constantem ad S. C. transmissum.

S. C. reassumpta Episcopi Ariminensis epistola diei 10 Ianuarii 1854. attento quod Tribunali inquirenti dictum decretum ab Episcopo, a quo omnia acta requisita fuerant, minime communicatum fuerit, quodque ipse Presbyter nullam hac super re exceptionem fecerit; et S. S. iam die 13 Ianuarii 1854 commiserat Delegato Apostolico, ut circa auctorem libellorum inquireret: attento etiam quod probationes pro uno titulo etiam ad alios referebantur, et iudicium correorum in casu scindi et separari a iudicio rei principalis non poterat, declarabat decretum ab Ordinario ex processu extraiudiciali, et in forma poenitentiaria ut supra latum, non posse destruere actionem, cui Presbyter, et correi subiiciebantur, ideoque facultates ad omnes titulos extendi.

Proposita igitur causa in tribunali Curiae Cesenaten. die 23 Octobris 1856, Iudices ob libellos famosos, et iniuriosa scripta Presbyterum, de quo agitur, ad annos octo detentionis damnarunt; et mitioribus poenis correos mulctarunt.

In sententia refutabatur exceptio desumpta ex decreto lato ab Episcopo Ariminensi, in ea enim legebatur: « Si comprende l' erroneità di » una tale supposizione se si osservi allora solo potersi invocare il prin- » cipio di diritto *ne bis in idem* e quindi far valere l' eccezione della » regiudicata, quando constasse, che fosse stata portata formale sentenza » su quei medesimi titoli delittuosi, pei quali, nulla sopravvenendo di » nuovo, repugnasse un secondo giudizio » *ne saepius de eiusdem ho-*

minis admisso quaeratur: Leg. 6. ff. §. fin. tit. Nautae Caupones. « Ma » allorchè accade, che non abbia preceduto se non un provvedimento » meramente disciplinare, non solo non si scorge ripugnanza alcuna a » conoscere e giudicare formalmente degli stessi capi di delitto, ed ap- » plicare una pene temporale in surrogazione di una spirituale, se così » occorra, ma ciò anzi si esige dai più esplorati principii di diritto sui » rapporti dei delitti e delle pene. »

Asserebatur insuper in sententia decretum Episcopi correctionale tantum esse, quia extraiudicialibus actis fundatum, praemissis monitionibus, et poenitentiae causa latum.

Causa in gradu appellationis ad S. C. delata, Patronus condemnati Presbyteri duplicem proferebat exceptionem, scilicet primam, quae iam in praecedenti iudicio producta fuerat, *ne bis in idem;* et contendebat decretum Episcopi prorsus iudiciale fuisse: secundam vero ex defectu evulgationis, quae de iure requiritur ad constituendos proprie dictos libellos famosos. Quae omnia sedulo, diligenterque perpensa fuerunt in Congregatione generali diei 31 Iulii 1857, in qua Emi Patres rescripserunt:

Sententiam esse reformandam reducta poena ad quinquennium (1).

31 Iulii 1857.

ASCULANA SEU CIRINIOLEN.

Super associatione funerum.

Inter Capitulum Cathedralis Asculanae in Regno Neapolitano, et Religiosos Reformatos S. Potiti gravis exorta erat controversia circa funerum associationem. Capitulum enim contendebat, quod Religiosi teneantur accedere ad Ecclesiam cathedralem, ut ipsum capitulum comitentur, dum illud ad associandum aliquod cadaver accedit; e contra Religiosi existimabant non teneri ad Ecclesiam Cathedralem accedere, sed posse convenire sive in Ecclesia parochiali, sive in Ecclesia, in qua fortasse defunctus depositus fuerit.

Religiosi innitebantur resolutionibus S. C. relatis a Luc. Ferraris V. *Cadaver* num. 35, et *Crux* n. 13, a Cavalieri in sua collectione de-

(1) Saepe saepius Patroni reorum actionem criminalem in reos peremptam esse contendunt ex eo, quod Episcopus ante formale iudicium aliqua poena correctionali, et spirituali in reum oeconomice animadvertit. Quapropter necessarium visum est huius causae speciem, et resolutionem referre, in qua Emi Patres huiusmodi exceptionem reiicerunt.

cretorum, a P. Francisco a Torano in compendio privil. Regul. Capitulum vero aliis resolutionibus tum eiusdem S. C. EE. et RR., tum S. C. Rituum, tum auctoritate Baruffaldi in Commentario ad Rituale Romanum; et animadvertebat quod si aliqua in contrarium habetur resolutio eam respicere dumtaxat casum, in quo de Ecclesia Cathedrali, et de eius Capitulo non agatur. Quibus omnibus in medium prolatis in Congregatione generali habita die 12 Martii 1858 propositum fuit dubium:

Se, e come intervenendo il Capitolo della Cattedrale all' associazione de' cadaveri, i Religiosi debbāno accedere alla Cattedrale, e di là dar principio alla processione funebre nel caso?

Emi Patres, referente Emo Villecourt, rescripserunt:

Affirmative in omnibus (1).

12 Martii 1858.

TRANEN.

Funerum.

Haec causa, quae superius relata est pag. 648, proposita fuit die 30 Maii 1856, et Emi Patres rescripserunt: *servetur consuetudo quoad associationem; in reliquis spectare Confessario.* A defensore tamen Monasterii, obtento novae audientiae beneficio, partes novas allegationes exhibuerunt, quae praesertim consuetudinem respiciebant. Defensor Monasterii excludere conabatur praetensam consuetudinem tam in facto, quam in iure: in facto quia ea tantum adducebatur probatio, quae desumitur ex libris capitularibus in quibus legitur de una, vel altera moniali quod fuerit « *capitolarmente sepolta* ». At vero haec verba aequivoca, et incerta veram probationem in facto constituere negabat. Sed etiam dato quod Capitulum consueverit cadavera Monialium associari, inquiebat, hoc indubium esse processisse ex invitatione singulis vicibus facta, ac propterea denegari minime posse huiusmodi acta uti *facultativa* habenda esse, nullumque ius inducere.

Reponebat vero Capituli defensor nullum dubium moveri posse circa consuetudinem, ea enim non solum ex actis capitularibus desumitur, sed ex continuis publicis factis apparet, quae originem trahunt ab anno 1681 usque ad recens Archiepiscopi decretum; ideoque in casu concurrere quasi biscentenariam, et immemorabilem consuetudinem, quae excludit *precariam* et *variabilem* voluntatem, qualis in actis facultativis requiritur.

Quapropter proposito dubio in Congregatione generali die 13 Februarii 1857:

(1) Vide pag. 304, et 313 huius Collectaneae; et Bened. XIV Inst. eccles. 105, num. 27.

« An sit standum, vel recedendum a decisis in casu ? »

Emi Patres, referente Emo della Genga, rescripserunt :

« In decicis, praevia tamen consueta invitatione quoad associatio-
» nem, et amplius. »

At vero Capituli Archipresbyter, qui curam animarum exercet, deinde declarationem praefati rescripti a S. C. expostulabat. Ipse enim existimabat ius habere ad associationem non solum ad comitandum funus, sed *qua Parochus* ad ad eiusdem funeris celebrationem ; si enim quoad Capitulum consuetudo de simplici associatione admitti potest ; relate ad Parochum associatio formalis intelligenda est, eo vel magis quod Confessarius Monialium nullum ius habeat in actis, quae extra Ecclesiam et Monasterium agantur, prout est translatio defunctae monialis extra Monasterii ianuam per publicam viam, qua cadaver ad ecclesiam Monasterii ducitur.

Deinde Archipresbyter lamentabatur a Monialibus clausulam *praevia tamen consueta invitatione* ita intelligi ut invitatio ad actum mere facultativum reducatur, quin Moniales ad invitationem revera teneantur ; quam interpretationem falsam omnino esse contendebat, nam verba illa *praevia consueta invitatione* absoluta, et non conditionata sunt. Quapropter Archipresbyteri Defensor hanc responsionis formulam proponebat « Asso-
» ciatio iuxta consuetudinem fiat a Collegiata S. Mariae Maioris una cum
» Archipresbytero officio Parochi fungente, invitatione per Monasterium
» omnino non praetermissa. »

Patronus Monialium reponebat earum exemptionem a Parocho esse directe personalem, et solum per accidens localem, ideoque confessarium in Monialem defunctam, et si eius cadaver per publicam viam transferatur, jurisdictionem habere, non vero Parochum quod quidem S. C. aperte declaravit, cum simplicem associationem ex consuetudine Capitulo attribuit ; formalem vero quoad Parochum exclusit per verba illa *In reliquis spectare Confessario.* Quod vero spectat ad invitationem Patronus ipse animadvertebat eam referri ad urbanitatem, quae inter actus voluntarios, et facultativos recensetur, praesertim cum in casu *toties quoties* a Monialibus facta fuerit, ita ut quaelibet invitatio tamquam actus ab aliis disiunctus, et separatus haberi debeat, qui propterea consuetudinem, et consequentem obligationem inducere minime potest.

Relato igitur Archipresbyteri supplici libello in Congregatione generali diei 17 Septembris 1858,

Emi Patres, referente Emo Della Genga Praefecto, rescripserunt :

« Quoad praetensa iura Archipresbyteri uti Parochi negative : quoad
» invitationem moniales teneri. »

17 Septembris 1858.

SENOGALLIEN.

Cappellaniae.

Petrus Antonius Ludovici loci *Morro* in Senogalliensi Dioecesi ultimo, quo suo decessit, elogio diei 1 Ianuarii 1661 disposuit, ut ex sua haereditate Ecclesia sub titulo B. M. V. ab Angelo salutatae aedificaretur, et ad divinum cultum et ad sacra officia in ea praestanda septem constituerentur Cappellaniae *mere laicales*, cum onere missarum, nec non recitationis officii parvi B. M. V. quolibet die sabbati, et cum obligatione die festo Annunciationis celebrandi solemniter vesperas, et impartiendi populo benedictionem cum SSmo Sacramento. Ius nominandi primum Cappellanum nonnullis familiis concessit, ita ut si familiae ipsae deficerent, ius nominationis ad Municipium Morri spectare deberet: attribuit vero primo ius nominandi reliquos sex Cappellanos, nec non administrationem omnium bonorum cum titulo, et qualitate haeredis. Edixit: « Che al primo » Cappellano si dasse subito il possesso di tutta la mia eredità senza de- » creto di alcun Giudice ; » et tandem declaravit : « e questa dico esser la » mia ultima volontà, nella quale non voglio, che in modo alcuno possa » ingerirsi alcun superiore ordinario, ed a questo effetto la dichiaro me- » ramente laicale. »

Devoluto nominationis iure ad Municipium Morri quoad primum Cappellanum anno 1817, ab eo primi Cappellani nominati fuerunt. Quod pariter factum est cum anno 1854 prima Cappellania vacaret, nam Municipium quemdam Presbyterum nominavit, eumque non solum in possessionem omnium bonorum; sed etiam Ecclesiae immisit per municipalem Secretarium, qui Cappellano claves Ecclesiae tradidit, Ecclesiae ianuas aperire, et claudere fecit cum sonu aeris campani, aliisque solemnitatibus, quae ab auctoritate ecclesiastica in possessione Beneficiorum servantur. Quae cum ad Emi Episcopi notitiam pervenerint, statim apud S. Congregationem reclamavit 1. contra ritus, et caeremonias a Municipio in danda Ecclesiae possessione adhibitas, utpote quod facultates usurpaverit, quae ad ecclesiasticam tantum auctoritatem spectant; 2. contra factam nominationem Cappellani, qui nonnullas patitur exceptiones, praetendens Episcopus, ut cum Municipium ad nominationem procedit, debeat de nominatione ipsa, antequam possessionem Cappellaniae capiat, episcopalem curiam certiorem reddere, et illius approbationem, et confirmationem quoad personam Cappellani nominati obtinere.

Municipium primam gravaminis partem sponte admisit et praxim servatam relate ad possessionem Ecclesiae reprobavit; addidit tamen posses-

sionem ipsam non esse necessariam cum a Testatore non fuerit praescripta; ideo neque a Curia dandam esse; valere tamen possessionem in bona Cappellaniae laicalis ab ipso Municipio datam. At vero totis viribus secundae gravaminis parti sese Municipium opponebat, quia in Cappellaniis mere laicalibus neque praesentatio, neque institutio locum habet. Eo igitur quaestio reducebatur, an cappellanus nominatus a Municipio proponendus esset Emo Episcopo pro approbatione.

Emus Episcopus ad iura sua tuenda scribebat die 21 Martii 1855: « Trattandosi di un Beneficiale, le di cui attribuzioni devono esercitarsi » in una Chiesa a Noi soggetta, è dovere del Patrono di manifestarci la » nomina per la nostra approvazione, senza la quale non è eseguibile »: et revera in casu agitur de Cappellano, qui curam, et regimen Ecclesiae non exemptae suscipere debet, et sacra in ea cum aliis Cappellanis peragere. Sed nemo ignorat Episcopum in Ecclesiam non exemptam habere iurisdictionem, Cap. 3. De Rel. dom. et cap. 7. De Relig. dom. in 6. Ex hoc consequi arbitrabatur non posse ad istiusmodi Ecclesiae curam, et regimen assumi Cappellanum, quin eius nominatio ab Episcopo approbetur, patroni enim ius tantum habent nominandi, non autem nominatum regimini Ecclesiae praeficiendi. Hinc licet aliquod Municipium ius habeat eligendi deputatos alicuius hospitalis, spectat tamen ad Episcopum approbatio electionis iuxta tradita a Pignatellio, Tom., 9, consult. 123, num. 3 et 4.

E contra Municipium acriter contendebat nominatum Cappellanum, nullo modo Episcopo esse per approbationem proponendum, quia in Cappellaniis mere laicalibus Patroni, qui ius nominandi habent, ab Ordinario prorsus independentes sunt prout Canonistae communiter docent; Garcias de benef. part. 1, can. 2, num. 102 habet: « Unde in huiusmodi Cap- » pellaniis valere ordinationem fundatoris, quod Ordinarius non se in- » tromittat in earum provisione, sed ad solos patronos spectet »; Barbosa in iure eccl. lib. 2, cap. 5, num. 4; Amostaz *de Cappellan.* cap. 2, num. 2.

Nec Municipum suis iuribus officere opinabatur deducta per Emum Episcopum relate ad Ecclesiam, et ad sacras functiones, quae Cappellani facere debent; etenim aiebat, distinguenda est *pia institutio* in se ipsa considerata, ab *operibus iniunctis*. Illa cum sit mere laicalis Episcopi iurisdictioni minime subest, sed Episcopus dumtaxat curare debet illius exequutionem iuxta Conc. Trid. sess. 22, cap. 8, de reform. *Episcopi sint..... piarum dispositionum Executores*, quin institutionem ipsam ullo modo immutare possit: ad eum pertinet nominatio, et immisio in bonorum possessionem. Quod vero spectat ad iniuncta opera, si ea sacra respiciant, super iisdem operibus Episcopus suam iurisdictionem exercere valet, ideoque providere

poterit, ut sacra utensilia apta sint, et decentia: ut sacrae functiones recte peragantur, ut Cappellanus muneri suo satisfaciat.

Re igitur delata ad Congregationem generalem diei 4 Februarii 1859 cum dubio:

« An haeres seu Cappellanus nominatus a Communitate sit proponendus Emo Episcopo pro approbatione etiam ad effectum adipiscendae possessionis in casu? »

Emi Patres, referente Emo Della Genga Praefecto, rescripserunt:

« Negative, facta tamen obligatione Communitati exigendi a concurrentibus bonum testimonium Episcopi loci, et praestito ab electo eidem Episcopo obsequio ante assumptionem sui officii. »

4 Februarii 1859.

NULLIUS SUBLACEN.

Solutionis.

Titius Canonicus Collegiatae cuiusdam oppidi *Nullius Sublacen.* a S. Congregatione poena mulctatus fuerat, quam ut lueret, a sua residentia abesse debuit. Alter Canonicus Caius ob illius absentiam munus Diaconi, et Subdiaconi in Missis, et Vesperis per annos circiter quatuor exercuit. Cum igitur Canonicus Titius uti postremus illius Collegiatae Canonicus ad praefatum Diaconi, vel Subdiaconi munus ex antiqua consuetudine, prout asserebatur, teneretur, Caius existimabat sibi ius competere exigendi compensationem in obulis quinque pro unaquaque vice.

Canonicus Caius consuetudinem immemorabilem in Capitulo vigere asserebat, qua duo postremi Canonici ad munus Diaconi, et Subdiaconi praestandum obligati sunt. Id probare conabatur ex resolutionibus Capitularibus anni 1772, et 1773, quibus Capitulum consensum praestitit cuidam Canonico, ut a Choro abesse posset causa studiorum, ea conditione, ut ipse propriis expensis aliquem substitueret, *per le parature.* Quin imo Capitulum ipsum quatuor iurata documenta nonnullorum Canonicorum exhibuerat ad appositam conditionem tuendam; Canonici enim deponebant in similibus casibus alias personas ad effectum, de quo agebatur, expensis indultarii substitutas fuisse.

E contra Canonicus Titius assertam consuetudinem mordicus denegabat; etenim in Constitutionibus Capitularibus a Card. Barberinii an. 1673 editis nulla de praetensa obligatione fiebat mentio: insuper ageretur de consuetudine irrationabili, et iniusta, ex qua sequeretur, quod si duo postremi Canonici a choro abessent, praeter fallentias etiam stipendium pro

officio Diaconi, et Subdiaconi, reliqui vero Canonici dumtaxat fallentias solvere deberent. Iis omnibus accedere inquiebat, quod cum postremus Canonicus Missam Conventualem canit, alii Canonici non excluso Decano, officium Diaconi vel Subdiaconi exercere solent. Addebat quoque obstare recens exemplum trium Canonicorum, quos, etsi postremi essent, diu abfuisse a Choro, quin alios ad enunciatum officium substituerint.

Emus Abbas de sua sententia requisitus Titio favebat, cum enim ipse omnes fallentias persolverit, iniuria ad praestandam compensationem cogeretur, nam pro unica culpa duabus poenis subiiceretur.

Proposito igitur in Congregatione generali diei 18 Februarii 1859, dubio:

« Se, e come a Caio competa il diritto di essere soddisfatto da Ti-
» zio per le parature nel caso? »

Emi Patres, referente Emo Asquini, rescripserunt:

« Negative in omnibus. »

18 Februarii 1859.

TARVISIN.

Tonsurae.

Episcopus Tarvisin. die 12 Octobris 1858 S. Congregationi exponebat quod Abbas a misericordia nuncupatus, cuius Abbatia Venetiis extat, quemdam iuvenem Angelum prima tonsura insigniverat, licet ille ad Dioecesim Tarvisinam pertineret; ideoque apud S. Congregationem conquerebatur non solum, quia privilegium Abbatis ignorabat, verum etiam quia sua iurisdictio violata fuerit. S. Congregatio ab Abbate exquisivit qua auctoritate tonsuram subdito Episcopi Tarvisin. contulisset. Et responsum accepit privilegium habere ex litteris Apostolicis Nicolai V. diei 1 Aprilis 1434 incipien. *Ex paternae charitatis officio,* quas tamen minime exhibuit: Angelum vero parentibus orbatum, et bonis destitutum Venetias migrasse, ibique auctorante civili potestate intra limites Abbatiae domicilium constituisse. At vero Episcopus Tarvisin., cui haec communicata fuerunt, referebat Angelum vocationis signa haud exhibuisse, et in eum animadvertisse, ideoque e sua dioecesi discessisse: sese ignorare, quo privilegio Abbas frueretur; sed etiam supposito privilegio contra Constitutionem Innocentii XII incipien. *Speculatores* egisse, etenim Angelus in fraudem legis a dioecesi abierat, nempe ut Ordines susciperet, prout in transmissionis decreto a potestate civili lato exprimebatur; nec Venetiis canonicum domicilium ad effectum Ordinationis acquisiverat, non enim

bona, quibus carebat, Venetias transferre poterat, nec per decennium ibi manserat, nec beneficium ab Abbate receperat, nec per triennium penes Abbatem commensalis fuerat, et insuper ne litterae testimoniales quidem ab originis Episcopo requisitae fuerant, sed post breve temporis spatium clericali tonsura insignitus fuit. Quare expostulabat, ut Angelus ad clericalem habitum dimittendum cogeretur, et poenae a Sacris Canonibus sancitae locum haberent. Deinde Sacra Congregatio Patriarchae Venetiarum scripsit: « Che credendo l'Abbate avere il privilegio di conferire la » tonsura, e gli ordini minori, conviene, che esibisca il privilegio me» desimo, e che dimostri non essere stato il medesimo revocato dal Con» cilio di Trento a forma di quanto insegna Benedetto XIV. *De Syn.* » *Dioec. lib. 2. C. XI. num. 9.* e che posteriormente abbia avuto nuova » concessione. Quindi V. S. domandi all'Abbate i suddetti schiarimenti, » che comunicherà a questa S. Congregazione, e riferirà sull'uso finora » praticato ». Patriarcha vero referebat Abbatem fuisse ab Episcopo benedictum, quod minime locum habuerat quoad antecessores Abbates, qui propterea tonsuram et ordines minores minime conferebant: ideoque modernum Abbatem, cum benedictionem consequutus fuerit, hac vice tantum tonsuram contulisse: de privilegio vero, eiusque exhibitione altum servabat silentium.

Bened. XIV. loc. cit. habet: « Quoniam autem Tridentinum Abba» tibus quovis modo exemptis facultatem dumtaxat reliquit Tonsuram » minoresque Ordines conferendi suis subditis Regularibus; et Abbates Sae» culares quantacumque gaudeant exemptione Regularibus non praesunt, » necessario inde consequitur, eos non posse ullum, quamquam suae iu» risdictioni subiectum, ad primam Tonsuram minoresque Ordines pro» movere, nisi hanc potestatem a S. Sede Apostolica post Tridentinum « Concilium impetraverint ». Abbas, de quo agitur, nullum privilegium exhibuit, sed dumtaxat de litteris Apostolicis Nicolai V. in genere mentionem fecerat, quae Concilium Tridentinum antecedunt.

Bened. XIV. eod. loc., num. 13, docet nullam esse collationem primae Tonsurae et minorum Ordinum factam ab Abbate, qui nullo privilegio illas conferendi fruitur; illicitam vero sed validam esse, si conferantur non subditis ab Abbate, qui privilegio gauderet (1).

Hisce praemissis in Congregatione generali habita die 8 Aprilis 1859 propositum fuit dubium:

1 Se costi del privilegio di conferire la tonsura, e gli ordini minori a favore dell'Abbate della Misericordia di Venezia nel caso?

Et quatenus negative

2. Se convenga prendere qualche spediente, e quale?

(1) Vid. superius pag. 127.

Et Emi Patres, referente Emo Clarelli, rescripserunt: Ad 1. negative. Ad 2. nullam esse collationem Tonsurae et Ordinum Minorum, quatenus ab Abbate collati fuerint, et cogendum esse Angelum ad dimittendum habitum clericalem cura Patriarchae Venetiarum, qui utrique salutarem poenitentiam suo prudenti arbitrio iniungat, et resolutio communicetur Episcopo Tarvisin. facto verbo cum SSmo.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Pio PP. IX. in audientia habita eadem die, S.S. resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit; et insuper Patriarchae Venetiarum facultatem tribuit tam Abbatem, quam Angelum, postquam poenitentiam salutarem ab eodem Patriarcha eis iniungendam expleverint, a censuris, et poenis ecclesiasticis ob praemissa quomodolibet incursis absolvendi, et dispensandi. Contrariis etc.

8 Aprilis 1859.

COMACLEN.

Praelationis.

Praevio beneplacito apostolico emphyteusis ad tertiam generationem adiudicata fuit favore Raphaelis Testoni annuo canone scut. 140. 50, salvo iure vigesimae et sextae, super nonnullis fundis ad Orphanotrophium Comaclen. spectantibus, quos Antistes Virgili ei donaverat, quique ad familiare eius patrimonium spectabant. Ex curiae mandato edicta pro vigesima publicata fuerunt die 13 Iulii 1857 praefixo termino dierum triginta ad eam exhibendam, etsi terminus a decreto S.C. die 18 Martii 1835 (1)

(1) Vid. pag. 62, in qua citatum decretum legitur. Et hic non abs re erit aliqua attingere, quae decretum ipsum, et licitationes pro rebus ecclesiae alienandis respiciunt. In 1. articulo edicitur: *In adiudicandis rebus ecclesiasticis observandae sunt leges latae a Benedictio XIV. in suo Motu Proprio edito die* 22 *Novembris* 1742 *pro locationibus bonorum Cameralium*: etenim non solum ex praxi S. Congregationis plura servabantur, quae in dicto Motu-Proprio praescribuntur, prout patet ex Nucerina *alienationis* anni 1784. superius relata pag. 39, verum etiam eumdem Motum-Proprium Pius VI. ad contractus pro rebus Ecclesiae alienandis expresse extendit. Id constat ex Aquipendien. super alienationibus 2. Septembris 1763 pag. 42, in qua habetur: *Con Enciclica di N. S. Papa Pio VI. fu già nell' anno* 1785 *prescritto a tutti i Vescovi dello Stato Pontificio, che nelle vendite, affitti e concessioni di enfiteusi di beni appartenenti alle chiese si osservi il Motu-Proprio de'* 22 *Novembre* 1742 *fatto da Benedetto XIV. rapporto agli affitti ed appalti Camerali.* Quae igitur in praefato decreto edicuntur non constituunt simplicem internam normam pro secretaria S. Congregationis, sed legem auctoritate Summi Pontificis latam et iuxta morem S. Congregationis publicatam. Propterea mirum non est si S. Congregatio eidem semper steterit in definiendis causis etiam in contradictorio iudicio propositis.

Quibus praemissis clare patet in alienationibus bonorum Ecclesiae loco edictorum, quae in dicto Motu-Proprio, et citato decreto praescribuntur, procedi haud posse per

pro oblatione vigesimae ad dies viginti praefinitus sit. Die 14 Augusti Aloysius Virgili nepos ex fratre nominati Antistitis obtulit vigesimam in scut. 7. 20, quae notificata primo oblatori, ab eo acceptata fuit. Die 13 Octobris publicata fuerunt edicta pro sexta praefixo termino dierum quindecim contra tenorem dicti decreti S. Congregationis, quo terminus pro oblatione sextae ad tres menses extenditur. Infra dies quindecim dictus Virgili obtulit pro sexta scut. 24. 61. 7., nempe annuum canonem ad

candelae accensionem, quod S. Congregatio saepe expresse declaravit, uti in Tuscanen. anni 1814. S. Congregatio scripsit Vicario generali: *Procedendo la S. Congregazione per i contratti dei beni ecclesiastici in tutto e per tutto a forma di quanto prescrive il Motu-Proprio della sa. me. di Benedetto XIV. per gli appalti dei beni camerali, non può attendersi l'accensione della candela; ma bensì debbono aversi le offerte chiuse e sigillate nel tempo da prefiggersi negli editti.* Brevitatis gratia silentio praetereo alias declarationes datas in Ripana 1801, in Eugubina 1816, in Mandelen. 1860. Quaeri etiam hic potest an in locationibus ad triennium bonorum Ecclesiae, quae ab Extravagante *Ambitiosae* prohibitae sunt, procedi debeat ad edictorum affixionem. Ni fallor varii casus distinguendi sunt. Et revera si agatur de Beneficio, vel Cappellania ecclesiastica, quae a suo Rectore administratur, et ab eo tantum redditus percipiuntur, pro locatione ad triennium Rector non cogitur ad edictorum affixionem: nam cum huiusmodi locationes successores non afficiant, in casu non de Ecclesiae, sed de interesse tantum personali Rectoris agitur. Si vero agatur de bonis, quorum redditus ab Ecclesia, a piis sodalitatibus, aliisque locis piis percipiantur, illorum Administratores vi proprii muneris ad rectam administrationem tenentur, ideoque negligentiae accusari merito possent, si ea omitterent, quae ad utiles incundos contractus adhiberi solent, prout communiter edictorum affixio reputatur. Hisce limitationibus intelligendum videtur responsum a S. Congregatione datum Vicario Apostolico Callien. anno 1801 nempe: *Questi miei Emi Signori mi comandano di scrivervi, che sebbene per l'affitto triennale non proibito dalla Estravagante* Ambitiosae *non sia necessario l'affissione degli Editti, nè la licenza dell'Ordinario, potendo il Beneficiato, o Luogo pio fare l'affitto di sua autorità, d'onde proviene, che in passato, come voi dite, il Priore della Compagnia ossia Cappella del Rosario di Serravalle abbia così praticato, quantunque i fondi siano veramente ecclesiastici, ed appartenenti alla Cappellania suddetta, nulladimeno è sempre lodevole, che si permetta l'affissione degli editti; e premettendosi inducono l'obbligo di dovere scegliere il migliore oblatore, e danno luogo all'addizione in diem per la vigesima, e all'ammissione della sesta.*

Et revera in Catacen. diei 17 Maii 1743, de qua supra p. 362, et 363, cum in casu huiusmodi locationes fierent absque edictorum affixione cum detrimento Conventus, S. Congregatio *mandarit servari decreta apostolica praescribentia, quod in locationibus bonorum ecclesiasticorum praecedat affixio edictorum.*

Possunt Episcopi in Synodis Dioecesanis praescribere edictorum affixionem pro locationibus ad triennium prout legitur in Synodo Anagnina anni 1780, in qua pag. 368 §. 8 habetur: *volumus, ac mandamus, ut ne ad triennium quidem* (locationes) *fiant, nisi publicis edictis, dataque omnibus libera conducendi facultate;* et haec synodalis constitutio ad bona beneficiorum simplicium extenditur. Similia edicuntur in Synodo Dioecesana Praenestina anni 1804, pag. 235, §. 5, ut de caeteris taceam. Ideirco S. Congregatio die 12 Septembris 1783 Vicarium Capitularem Viterbien. succensebat eo quod asseruerit *che nei triennali contratti non suole precedere l'affissione degli Editti, quandochè codesto Sinodo Oddi con tanta maturità, ed esame approvato, al tit. 3, cap. 4, §. 4, espressamente e chiaramente la richiede.* Sed sunt ne affigenda edicta

scut. 172. 31. 7. adauxit. Antonius quoque Prediali obtulit annuum canonem scut. 170; sed cum dubium exortum fuerit quod huiusmodi oblatio ex aliqua aequivocatione locum habuerit, oblator a Curia auditus obtulit per declarationem annuum canonem scut. 173: at memoratus Testoni, cui nova oblatio communicata fuerat, eam minime acceptavit.

Verum Virgili die 8 Decembris annuum canonem scut. 180 obtulit, et die 13 eiusdem mensis Angelus Rossi canonem ad scut. 182 accrevit; et insuper idem Virgili die 18 eiusdem mensis novam oblationem pro canone scut. 185 exhibuit, sed cum reservatione *salvi gli abboni, che possono competermi* ob plures ab eo expositas causas. Interim defuncto dicto Rossi eius pupilli per tutorem a facta oblatione recedere declararunt. Rebus sic stantibus Episcopus Comaclen. S. Congregationem instructam reddens, et oblatori Prediali favens opportunam instructionem expostulabat. Sacra Congregatio universam facti rationem ad iudicium plenarii conventus deferendam esse statuit, facta partibus intimatione, ut sua iura deducerent, et requisitis ab Ordinario exemplaribus authenticis oblationum cum relativis declarationibus. Virgilius contendebat sibi praelationem deberi utpote qui maiorem oblationem exhibuerat, et cum Antistite, qui dicta bona reliquerat, sanguine proxime coniunctus erat. At Episcopus Virgili oblationem reiiciendam esse putabat etiam ob reservationem ab

in alienatione fundi, qui a condominis laicis, et a loco pio *pro indiviso*, possidetur? Licet aliquando ob peculiaria rerum adiuncta S. Congregatio in casu, de quo agitur, ab edictorum affixione dispenset, si evidens loci pii utilitas appareat, tamen generaliter loquendo mandat affigi edicta, quia condominium non impedit quominus utilitati loci pii iuxta praescriptas regulas prospiciatur, quod conforme est decisioni S. Rotae in Romana *praefixionis termini* 22 Martii 1858, coram De Witten; advertendum enim S. Ordo existimabat *quod cum de praedio res sit, quod pro indiviso possidetur, quodque maiori ex parte ad locum piuum.... pertinet, necessum omnino erat, ut locatio per licitationem fieret triplici ex edicto explendam, id est oblationis, vigesimae, et sextae, ceu praescriptum legitur in citata sa. me. Pontificis Benedicti XIV. Constitutione dici* 23 *Novembris* 1742, *quae licet edita pro fiscalibus contractibus, ad alios tamen, et ad eos praesertim, qui res Ecclesiae, et piorum locorum respiciunt, ex usu fuit ampliata.*

Edicta praesertim affiguntur pro contractibus locationis, emphyteusis et venditionis; et in venditionibus praeferuntur oblatores, qui contextualiter pretium persolvunt, etenim contractus venditionis *ad fructus*, uti aiunt, *compensativos*, nempe quando emptor accipit fundum, et pretium non tradit, sed illius fructus compensativos persolvit, periculi pleni sunt, nam etsi dominium favore loci pii reservetur, tamen saepe in hypothecam resolvitur; et non infrequenter accidit, ut emptor fructus deinde persolvere nequeat, et loca pia cogantur ad fundum venditum, licet deteriorem effectum, vindicandum non sine eorumdem locorum piorum detrimento. Ad huiusmodi pericula removenda, dum munere secretarii fungebar, inducta est clausula qua cavetur, ut emptor infra terminum praefinitum, nempe triennii, vel quinquennii pretium tradere debeat, et interim fundum suae liberae proprietatis hypothecae vinculo subiiciat, ad initi contractus securitatem.

eo appositam, quae litibus viam aperiret, et ob intentionem ab eodem aliquo modo expressam petendi deinceps canonis reductionem; ideoque Episcopus ipse opinabatur oblationem Prediali admittendam esse.

Verum in medium proferebatur decretum S. Congregationis diei 12 Martii 1835 superius memoratum, ex quo patet in alienationibus bonorum locorum piorum standum esse dispositioni Motus-proprii Bened. XIV diei 22 Novembris 1742; oblationes fieri debere in summa certa, et explicita sine ulla conditione, ac infra terminos a iure praescriptos, quin illi prorogari possint, prout resolutum fuit in *Assisien.* diei 12 Martii 1835 superius pag. 62 relata et in *Perusina licitationis* 10 Iulii 1840.

Insuper adducebatur S. Congregationis praxis, quam servare solet quando oblationes haud rite datae inveniuntur, scilicet mandat denuo procedi ad edictorum affixionem, ut omnes libere possint iuxta praescriptas regulas novas exhibere ex integro oblationes, quo fit, ut nemini iniuria inferatur, et locorum piorum utilitati prospiciatur; quod quidem in themate locum habere posse videbatur cum uterque oblator constitutam normam in exhibendis oblationibus, prout par erat, minime servaverit.

Re delata ad generalem Congregationem diei 8 Aprilis 1859 cum dubio:

Se, ed a favore di chi, e per qual somma convenga aggiudicare l'enfiteusi nel caso?

Emi Patres, referente Emo De Silvestri, rescripserunt:

Negative, et denuo affigantur edicta pro experimento vigesimae et sextae ad praescriptum decreti S. C. diei 18 Martii 1835.

8 Aprilis 1859.

SPOLETANA

Montis frumentarii.

In pago *Porzano* Dioecesis Spoletanae ab antiquo mons frumentarius extat, quem Archiepiscopo visitare volenti illius Syndacus obstitit, asseverans esse Montem frumentarium mere laicalem. Delegatus tamen Apostolicus scripsit Archiepiscopo, ut sua iura libere exerceret. Hinc Antistes inhaerens SS. Canonibus, et praesertim Cap. 8, sess. 22, de Ref. S. Concilii Tridentini ad syndacatum administrationis praefati montis processit, ediditque decretum die 21 Martii 1857, quo Syndacum debitorem declaravit et nonnulla sancivit ad rectam eiusdem montis procurationem.

Contra dictum decretum Prior Municipii Aquaespartae, cui Porzanum aggregatum erat, ad S. C. reclamavit, contendens montem frumentarium iuxta veteres traditiones erectum fuisse a familiis Porzianensibus per tri-

tici contributionem, illiusque administrationem subiectam auctoritati civili tantum fuisse, quin Ordinarius per annos 150 ullam iurisdictionem exercuerit, prout etiam novem eiusdem loci seniores confirmant.

Archiepiscopus vero animadvertebat se se gessisse iuxta praescriptum S. Concilii Tridentini, et Syndacum licet vocatum, ut redditioni rationum assisteret, minime comparuisse, nec Montistae nomen pandidisse; vices autem Syndaci contumacis satis suppletas fuisse a Delegato Apostolico, qui Archiepiscopo scripserat, ut libere procederet: « Mettendo in uso il suo » diritto, esigendone l'esecuzione, e facendolo valere col fatto, mentre » dal canto suo egli ne prestava adesione e plauso ». Addebat Archiepiscopus ex Curiae Tabulario, nihil desumi posse circa dicti montis fundationem cum praeteritis saeculis incendio obnoxium fuerit; ideoque praesumendum iurisdictioni Episcopi subiectum: sed dato quod inter loca pia laicalia recensendus sit, et a laicis administretur, etiam in hac hypothesi ius habere illum visitandi ex Cap. 8, sess. 22, de Ref. Concil. Trident., in quo legitur: « Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolicae delegati. . . . » habeant ius visitandi . . . . eleemosynas Montis Pietatis, et Charita- » tis, et pia loca omnia . . . . etiamsi praedictorum locorum cura ad » Laicos pertineat ». Et praesertim cum agitur de Montibus frumentariis, prout docet Monacellius Form. Leg. P. 3, tit. 1, form. 25, num. 8: « Porro si iste Mons Frumentarius esset erectus ex aerario laicorum pro » beneficio annonae vulgo *abbondanza*, et ab eis esset administratus absque » ulla dependentia Ordinarii loci, adhuc posset Episcopus, etiamsi non » esset auctoritate ecclesiastica erectus, illum visitare, statuta examinare, » et libros inspicere ad finem cognoscendi, an in distributione et mutua- » tione frumenti, eiusque receptione adsit labes usuraria, ut partibus con- » tradicentibus respondit S. Congregatio in Montisfalisci *Iuris visit.* 25 » Iunii 1695 ». Quod si Municipes ius haberent exigendi rationes, prout ita factum esse Prior contendit, Ordinarius tamen non excluderetur iuxta cap. 9 eiusdem sess. « Administratores. . . eleemosynae montis pieta- » tis . . . singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Or- » dinario: consuetudinibus et privilegiis quibuscumque in contrarium sub- » latis, nisi secus forte in institutione . . . . expresse cautum esset. » Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua » loci, aliis ad id deputatis reddenda esset, tunc cum iis adhibeatur Or- » dinarius ». Nec obstare potest consuetudo, etiamsi demonstraretur, nam in similibus consuetudo auctoritati Ordinarii officere minime poterit prout docent Canonistae, et comprobatur ex S. C. C. *Civitatis Castelli Visit. Sacrorum liminum* diei 18 Iulii 1857.

Prior vero Municipii denuo ad fundationem mere laicalem provocabat ex superius recensitis rationibus; et quaedam decreta ex antiquo

libro excerpta producebat facta a Vice-Gubernatore, ex quibus consequi autumabat montem ipsum a potestate laica unice pendere, cum Vice-Gubernatoris decreta habeantur, sed nullum Ordinarii in medium proferatur.

Proposito igitur in Congregatione generali diei 19 Augusti 1759, dubio:

« Se, e come si sostenga il decreto Arcivescovile, e gli atti contro » il Sindaco nel caso? »

Emi Patres, referente Emo Di Pietro, rescripserunt:

« Constare de iure Archiepiscopi visitandi montem frumentarium, » de quo agitur, atque interessendi redditionibus rationum una cum offi- » cialibus Municipii; et cum iis syndacandi, et providendi indemnitati » loci pii contra quos de iure iuxta praescriptum Sacri Concilii Tridentini. »

19 Augusti 1859.

INCERTI LOCI

Super ingressu Clericorum Saecularium in regulares Ordines.

Episcopo N. N.

Acceptis novis Litteris amplitudinis Tuae die 7 proxime praeteriti mensis Novembris ad SSmum D. N. Pium PP. IX. datis ad obtinendam prohibitionem, ne Clerici Saeculares tuae Dioecesis infra triennium a die, quo ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoti fuerint, computan. regularia Instituta amplecti possint, Sanctitas Sua pro ea, qua Te prosequitur benevolentia, iussit ut ab hac S. Congregatione Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita Litterae ipsae cum adnexis animadversionibus a Te exaratis diligentis examine expenderentur. Idcirco omnibus sedulo perpensis laudandum quidem esse Emi Patres existimarunt pastoralem sollicitudinem tuam, qua omni studio bonum ovium Tibi commissarum curas; sed tamen eis visum est magni momenti vulnus infligi ecclesiasticae disciplinae, si petita generalis prohibitio concederetur, praesertim cum pro aliquo urgenti et extraordinario casu, de quo citati a Te scriptores loquuntur, a Benedicto XIV. satis provisum sit, nec generalis huius concessionis exemplum habeatur, siquidem S. Carolus Borromaeus eam obtinuit relate ad unicum dumtaxat Institutum, cui Seminarii sui curam commiserat. Hisce etiam accedit, quod alii quoque locorum Antistites, qui in eisdem circumstantiis reperiuntur, hoc exemplo ducti, eamdem petitionem urgerent, quo facto occasio praeberetur insimulandi Episcopos adversari vocationes ad religiosos ordines, quo-

rum alumni evangelica consilia sectantes adiutricem operam Antistitibus locorum praestant. Nec dissimulandum est petitam prohibitionem Regularibus gravissimam fore, eamque quaerelarum causam futuram non sine periculo, ut eorum animi alieni fierent ab Episcopis, qui huiusmodi prohibitionem efflagitarent, cum suarum Dioecesum detrimento praesertim tristissimis hisce temporibus, quibus necesse prorsus est, ut uterque Clerus, saecularis nempe, et regularis conspirantibus animis, coniunctisque studiis in vineam Domini excolendam sedulo incumbat.

Quae cum Sanctitati Suae relata sint, ea Tibi communicanda mandavit, cui Apostolicam Benedictionem toto cordis affectu peramanter impertita est.

Haec Amplitudini Tuae significo dum prospera et felicia cuncta ex corde adprecor a Domino.

Amplitudinis Tuae

Romae 20 Decembris 1859.

EUGUBINA

Deletionis nominis a libris baptizatorum.

Cum nubilis Carolina NN. Eugubinae Dioecesis filium in lucem edidisset, Parochus baptisma infanti collatum in librum baptizatorum referens die 27 Iunii 1858 puerum Nazareni NN. filium esse conscripsit. At in sacra visitatione mandarunt Visitatores nomen patris e libro expungendum esse. Quod Parocho minime placuit, et res dalata fuit Episcopo, qui saltem limitationem *uti fertur* addendam esse iudicavit. Parocho tamen renuente Antistes iussit, ut liber ad curiam transmitteretur, quod executioni demandatum fuit.

Parochus ad S. C. reclamavit contendens librum sibi restituendum esse, nec nomen patris delendum, nec limitationem *uti fertur* apponendam esse, quia de Nazareni paternitate constare arbitrabatur ex inhonestis amoribus, qui inter illum, et Carolinam intercesserant; ex promissione matrimonii mulieri facta, et ex denunciatione ab ipso Parocho penes Curiam producta, et ex processu super stupro cum praegnantia, quem Curia confecerat.

Episcopus vero de informatione et voto requisitus animadvertebat causam de stupro minime definitam fuisse, cum et adhuc inquisitio expleta non esset: Parochum propterea inniti dumtaxat praesumptionibus: satisque provisum esse in similibus casibus per ecclesiasticas regulas, quibus edicitur satis esse inscribere nomen matris, cum de Patre non con-

stet, ne infamiae occasio detur. Rituale Romanum *tit. final.* habet: « Si » infans non fuerit ex legitimo matrimonio natus, nomen saltem alterius » parentis, de quo constat, scribatur, omnis tamen infamiae vitetur occa- » sio. » Quare Monacel. *formul. legal. tit. 10, form. 2,* tradit: « Si autem » sciatur mater, scribatur nomen eius, quatenus non adsit periculum in- » famiae, cuius occasio semper tollenda est ». Et Barbosa *de offic. et potest. Parochi par. 1, cap. 7, num. 3:* « Quod si infans spurius, et illegitimus fuerit; et parentes cognosci nolint, scribatur. . . esse filium parentum » *ignotorum.* » Baruffaldi *Comment. in Ritual. Roman. tit. 93, num. 8:* « Regula itaque certa erit scribere nomen matris, si certo sciatur, non vero » patris, quia hoc est difficilis probationis. . . . . Ab summum adnotare » poterit nomen patris cum clausula *ut dicitur, ut aiunt, ut instite-* » *runt scribi.* » Accedit Catalanus *Comment. in Ritual. Roman. tit. 11,* cap. 2, §. 2. Etiam in actis Mediolanen. Ecclesiae part. 4 Inst. ult. habetur: « Se il figliuolo non sarà nato di legittimo matrimonio, e che » il Padre e la madre non vogliono essere conosciuti, si scriverà in libro » a questo modo: È stato battezzato un figlio, o figliola di Padre e Ma- » dre incogniti ». In *monitis ad Parochos* iussu Leonis XII confectis cap. 3, art. 8, num. 3 legitur: « Huiusmodi annotatio (scilicet Bapti- » smatis spurio collati) patris etsi agniti nomen, et cognomen silentio prae- » terire debet, matris dumtaxat sufficienti expressione habita ».

Quod vero attinet ad translationem libri baptizatorum ad Curiam prae oculis habendum esse innuebatur *Ritual. Roman.,* quod loc. cit. habet: « Liber baptizatorum habeatur in Ecclesiis, in quibus confertur bapti- » smus; nec non resolutio S. C. relata a Barbosa loc. cit. cap. 7, quae » respondit in *Caven.* 3 Iunii 1614. Huiusmodi libros non esse per Epi- » scopum de potestate Parochorum extrahendos, sed penes illos debere » conservari ». Quae quidem de diuturna extractione intelligi fortasse possent.

Proposito igitur dubio in Congregatione generali diei 2 Martii 1860.

« Se, e come si debba cassare dal libro dei battesimi il nome di Naz- » zareno NN. nel caso? »

Emi Patres rescripserunt:

« Affirmative, et habeatur pro deleto nomine Nazareni, facta in libro » baptizatorum adnotatione resolutionis huius S. C.; et quamprimum idem » liber Parocho restituatur. »

2 Martii 1860.

ROMANA REGULARIUM

Quoad facultatem absolvendi reos perduellionis et invasionis in pontificiam ditionem.

Epistola ad Moderatores generales ordinum regularium, aliorumque institutorum.

Essendo stato riferito alla Santità di N. S. che alcuni Confessori regolari sostengono di potere in forza dei loro privilegî assolvere dalle censure, di cui si fa menzione nelle lettere Apostoliche *Cum Catholica Ecclesia* emanate il giorno 26 del mese di Marzo del corrente anno 1860, ha nell'apostolica Sua autorità disposto, e dichiarato, che niuno fuori del Sommo Pontefice, eccetto *in articulo mortis* come si prescrive nelle suddette lettere Apostoliche, può sotto qualunque pretesto assolvere dalle dette censure non ostante qualunque privilegio anche degno di speciale, espressa ed individua menzione, e non ostante qualunque facoltà concessa in passato per assolvere i rei di ribellione contro lo stato pontificio, la quale dalla stessa Santità Sua è stata revocata.

Il S. Padre ha ordinato a questa S. Congregazione de' Vescovi e Regolari di partecipare ai Superiori generali degli Ordini regolari, e degli altri Istituti e Congregazioni di qualunque specie desse siano, tale pontificia disposizione e dichiarazione, acciocchè per mezzo de' Provinciali o di altri Superiori sia portata a notizia dei Confessori del respettivo Ordine, Istituto e Congregazione.

Tanto dovea partecipare a V. P. Rma, e Dio la guardi.

Dalla Segreteria della Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari li 3 Luglio 1860.

3 Iulii 1860.

LYCIEN.

Iurium.

In Lyciensi civitate anno 1809 Conventus Minimorum suppressus fuit, quin deinde in iisdem aedibus restitutus fuerit. Anno 1858 eis dumtaxat concessum fuit coenobium Carmelitarum, quod gallica grassante invasione pariter suppressum fuerat. Porro antiquo Minimorum conventui adnexa erat Ecclesia, in qua erecta reperiebatur pia Sodalitas a Praesentatione B. M. V., et a S. Francisco De Paula nuncupata, quae expulsis Religiosis eiusdem Ecclesiae et divini cultus curam suscepit, postquam

omnem operam adhibuerat, ut derelictam Ecclesiam obtineret, et statuam S. Francisci a pio benefactore donatam, reliquiam eiusdem Sancti, et sacras suppellectiles e manibus usurpatorum vindicaret, quae quidem revera assequi potuit. Hinc factum est, ut expensis Sodalitatis, et piis fidelium oblationibus sacrae suppellectiles restauratae, aliaeque comparatae, ac instituta processio, atque devotio in S. Franciscum excitata, et propagata fuerit.

Haec omnia prospere processerant usque ad annum 1856, quo domus suppressa Carmelitarum in Lyciensi urbe existens Religiosis Minimis concessa fuit. Tunc enim Religiosi ipsi ius agendi festum S. Francisci, et processionem, nec non retinendi statuam, et reliquiam Sodalitati denegabant, illudque sibimetipsis vindicare totis viribus contendebant.

Episcopus S. C. significabat hac super re caute agendum esse, ne scandala et iurgia orirentur, Partes vero suas allegationes exhibuerunt.

Religiosi *iure postliminii* statuam, reliquiam, et sacras suppellectiles sibi vindicare posse existimabant; ideoque ius habere omnia consequendi, quae antea ad ipsorum Ecclesiam spectabant. At Sodales denegabant in casu agi de in pristinum restitutione, sed de nova fundatione praesertim cum Minimis non eorum aedes, sed Conventus Carmelitarum concessus fuerit. Insuper addebant statuam, reliquiam, sacrasque suppellectiles a piis benefactoribus donatas fuisse Ecclesiae, quae olim ad Minimos pertinebat; ac propterea eidem Ecclesiae, ea omnia addicta remanere, nec silentio praeteriri posse sacras suppellectiles, quae habentur, post Minimorum expulsionem comparatas fuisse.

Ad processionem et celebrationem festi quod attinet iuxta receptam disciplinam eadem die eiusdem festi celebratio, et processio in duabus Ecclesiis eiusdem loci non permittitur, et regulae constitutae sunt, quibus certae traduntur normae superius relatae in *Velitern.* 14 Decembris 1855 *pag.* 897, ne aemulationes haud certe probandae promoveantur. Agendum etiam erat de privilegiis, quae pia Sodalitas habere putabat; sed res facilis negotii erat, etenim privilegia non praesumenda, sed exhibenda sunt ab iis, qui eis frui contendunt, ideoque Sodalitatis erat ea exhibere, quae tamen non exhibebat. Tandem curandum erat, ut concordia inter Religiosos, et Sodalitatem restitueretur; et omnis dissidiorum occasio imposterum removeretur, super quibus plurimum Episcopo deferendum esse arbitrabatur, qui peculiaria loci adiuncta plane agnoscebat.

In Congregatione igitur generali diei 7 Septembris 1860, proposita fuerunt dubia:

« 1. Se, e come i Confratri possano essere obbligati a consegnare ai » Minimi la Statua, la Reliquia e gli arredi sacri nel caso?

» 2. Se, e come possano essere obbligati ad omettere la festa e la » processione nel giorno del Santo nel caso?

» 3. Se siavi luogo ad un qualche provvedimento, e quale? »

Quibus Emi Patres, referente Emo Clarelli, rescripserunt:

Ad 1. Negative: ad 2. Quoad festivitatem ecclesiasticam negative, relative vero ad processionem Episcopus curet rem componere de bono et aequo, ut processio unica fiat alternis annis; sin minus fiat a Religiosis cum associatione Sodalium: ad 3. Dilata, et audiatur secreto Episcopus.

7 Septembris 1860.

VERULANA

Substitutionis.

Alexander Rossi Verulanae Dioeceseos suis ultimis tabulis diei 16 Februarii 1770 scripsit haeredem suum universalem Carolum Antonium Iacoucci, onere adiecto celebrationis tot numero missarum, quot prudenti Ordinarii arbitrio determinari placuisset. Voluit insuper, ut: « Cessando » la linea del Sig. Iacoucci (bona haereditaria) ricadino alla detta Ven. » Confessione di S. Salome (cui praeterea legatum quoddam reliquerat), » quale ha sostituito e sostituisce erede in mancanza della linea del Sig. Ia- » coucci con il medesimo peso » nempe missarum supra memoratarum.

Cum plures post annos, prout nemo nescit, novae de hypotecis inscribendis leges invectae fuissent, Capitulum Verulanae Cathedralis, cui ius et onus est administrandi bona praedictae causae piae, quae venit nomine *di Ven. Confessione di S. Salome*, ut cautionem super bonis haereditariis Alexandri Rossi haberet pro eo casu, quo forte substitutioni fieret locus, hypothecariam inscriptionem generalem super omnibus memoratis bonis capere non dubitavit.

Plures a primo haerede Carolo Antonio Iacoucci aderant nepotes pronepotesve, ad quos testatoris haereditas pervenerat. Cum itaque quamdam domum, quae in numero bonorum haereditariorum computabatur, alienare constituissent, non levem difficultatem in exequendo venditionis contractu iis capta a Capitulo hypotheca exhibebat. Ut igitur actuales mediati haeredes huiusce hypothecae deletionem assequerentur, eam illegitime ac nulliter captam fuisse contendebant; siquidem ob notissimas gallici imperii leges, quibus fideicommissa omnia, omnesque dispositiones fidecommissum praeseferentes abolitae sunt ac de medio sublatae, substitutionem ab Alexandro Rossi peractam evanuisse, ac legitimum hypothecae titulum praebere nullatenus posse propugnabant.

Cum itaque huiusmodi controversia apud S. C. Ep. et Reg. deducta fuisset, audito Episcopo, qui suam noluit promere sententiam, auditisque scripto ambabus partibus in plenario auditorio diei 8 Martii 1861, dubium resolvendum sub hac formula propositum est:

An et quomodo constet de abolitione substitutionis in casu?

Emi Patres dicta die rescripserunt:

Affirmative firmis oneribus missarum per hypothecariam inscriptionem in tuto ponendis.

8 Martii 1861.

VELITERNA, SEU TERRACINEN.

Emphyteusis.

Extat in oppido *Sermoneta* Dioecesis Terracinen. beneficium a B.V.M. Montis nuncupatum iurispatronatus Ducis Caetani ad quod spectabat praedium in territorio Cisternae dioecesis Veliternae positum valoris, detractis expensis, scut. 362. 50, taxato a perito annuo redditu in scut. 18. 12.

Presbyter Salvator Caraffa eiusdem Beneficii Rector oblatorem anno 1858 invenerat, qui pro emphyteusi perpetua ad annuum canonem scut. 38. solvendum paratus erat; ideoque apostolicum beneplacitum Rector ipse a S. C. expostulabat.

S. C. commisit Emo Ordinario Veliternen. (1), ut eius curia ad affixionem edictorum procedi mandaret. Quibus publicatis comparuit Vincentius Censi, qui canonem annuum scut. 38, quem antea private Rectori exhibuerat, in publicis actis obtulit; et S. C. die 2 Iulii 1858 beneplacitum apostolicum benigne concessit pro emphyteusi ad lineam masculinam, et foemininam in infinitum favore eiusdem Censi, salvo iure vigesimae, et sextae; et executionem eidem Ordinario Veliternen. remisit. Inutiliter facto vigesimae experimento, sextam obtulit De Marchis–Armellini, et canonem ad annua scutata 44. 33 ½ accrevit cum aliis proficuis conditionibus. Hanc sextae oblationem praefatus Censi acceptavit.

Interim vero patronus S. C. reclamavit putans rescriptum subreptionis et obreptionis vitio laborare, quia in precibus nulla de iurepatronatus mentio facta, nec patronus auditus, nec eius consensus obtentus fuerat, praesertim cum ageretur de perpetua emphyteusi, quae concedi non solet, nec rector, utpote temporaneus administrator, potestatem distrahendi bona

(1) S. C. solet committere acta pro alienationibus non Ordinario loci, in quo beneficium erectum reperitur, sed Ordinario loci, in quo fundus alienandus situs est, cum iste potius, quam primus de valore fundi, deque utilitate contractus iudicium ferre valeat.

beneficii haberet. Quod si utilis contractus reputaretur, patronus paratus erat ad illum pro se iisdem assumptis conditionibus ineundum.

Sed oblator Censi instabat pro stipulatione instrumenti, quia omnia rite, et legitime peracta fuerant: et contendebat patronum in administratione beneficii nullo modo sese immiscere posse; nec obstare agi de vetito contractu, nam hac de causa beneplacitum apostolicum petitum, et concessum fuerat (1).

Tota igitur quaestio in casu versabatur utrum consensus patroni necessarius omnino foret. Porro in medium proferebatur cap. 3. sess. 24. de Ref. in fin. S. Con. Trid., in quo legitur: « Patroni.... neque visi- » tationi ornamentorum ecclesiae, aut bonorum stabilium, seu fabricarum » proventibus immisceant » ac etiam, quae tradit Card. De Luca Miscel. Disc. 35 n. 11. « Alia est enim *administratio* auctoritatis, et haec est » solius Episcopi: alia est ministerii, et haec est Oeconomi tantum qui est » sive debet esse Clericus: alia est providentiae, et sollicitudinis, et haec » competit laicis, puta Patrono »: et Fargna de Iur. patr. D. 5 Can. IV cas. VI num. 11 « . . . . dissensus patroni est attendendus, si ipse » allegat causam rationabilem, et gravem, quae grave involvat praeiu- » dicium Ecclesiae patronali, secus si nullum affertur praeiudicium ». Tandem animadvertebatur beneplacitum Apostolicum omnem solemnitatem supplere, ideoque quando illud concurrit patroni dissensum contractum impedire non posse; et rectores beneficiorum veram bonorum administrationem cum usufructu habere, et non patroni, sed illorum nomine contractus stipulari: hinc mirum non esse, si S. C. in permittendis alienationum contractibus patronos ordinarie non audiat, nisi peculiaria casus adiuncta aliter suadeant.

Quibus praehabitis in Congregatione generali diei 8 Martii 1861 proposita fuerunt sequentia dubia:

« 1. Se, e come si abbiano ad attendere i reclami del Patrono » nel caso?

» Et quatenus negative

» 2. Se, come, ed a favor di chi si debba permettere la stipolazione » dell'istromento enfiteutico nel caso? »

Et Emi Patres, referente Emo Marini, rescripserunt: Ad 1. Negative. Ad 2. affirmative favore Censi in summa scut. 44. 33 $\frac{1}{2}$, et cum reliquis conditionibus in oblatione Armellini appositis.

8 Martii 1861.

(1) In casu concessa fuerat emphyteusis ad lineam masculinam et foemininam in infinitum, non vero perpetua, quae etiam ad extraneos transmittatur, quamque S. C. dumtaxat in aliquibus casibus extraordinariis permittere solet.

SUTRINA

Emphyteusis.

Presbyter Hannibal Scagliosi Canonicus Collegiatae Capranicensis in Dioecesi Sutrina S. C. exponebat spectare ad suam canonicalem praebendam praedium in vocabulo *Regagni* positum mensurarum, quas *Rubbia* vocant, circiter quatuordecim, vel quindecim, cuius fructus, detractis expensis, in scutatis annuis viginti computari poterant. Ut igitur, ipse prosequebatur, rem utilem suae praebendae faceret, edicta pro emphyteusi publicaverat, et quindecim personae oblationes exhibuerant, ita ut canon complexivus ad annua scutata 76 pertingeret. Notam personarum, quae oblationes dederant, et divisionis fundi pro unaquaque cum respondente canone ad ipsam S. C. transmiserat, ut beneplacitum apostolicum consequeretur, quod assequutus est, nam S. C die 18 Decembris 1835 benigne annuit iuxta exposita *ad lineam masculinam tantum et in defectu masculinae etiam ad foemininam in infinitum* appositis consuetis clausulis, et conditionibus. Verum a Sacerdote Scagliosi habitis deinde tractatibus cum aliis personis, supradictae notae alia a Canonico Iacobo Cocozza scripta, glutine adhibito, superposita, in qua non quindecim, ut in nota S. C. exhibita, sed sexdecim Oblatores partim diversi ab iis, qui antea expressi fuerant, transcripti legebantur, inter quos ipse Can. Cocozza.

Hisce factis immutationibus die 14 Februarii 1837 instrumentum stipulatum fuerat, quo et ipsi Sacerdoti Can. Cocozza pars fundi in emphyteusim ad lineam masculinam, et in defectu masculinae etiam ad foeminilem in infinitum concessa legitur, quasi qui Presbyter esset, lineas masculinas, et foemininas legitime habere potuisset. Immisso Cocozza in fundi possessionem illum meliorem reddidit; et deinceps anno 1858 testamentum condidit, quo instituit haeredes usufructurias universales duas mulieres, quae ei famulatum praestiterant; et haeredem proprietarium hospitale Capranicae. Sed ipso morte correpto mense Octobris eiusdem anni 1858, Can. Scagliosi consolidari dominium utile cum directo contendebat, cum lineae in instrumento concessionis expressae in casu deficerent. E contra fratres defuncti Cocozza dari locum substitutioni lineae transversali et ad eos dominium utile spectare conclamabant. Haeredes vero usufructuariae una cum hospitali haerede proprietario autumabant non agi in casu de emphyteusi pactitia, sed haereditaria, ideoque ius succedendi in praefata emphyteusi omnino habere.

Et revera, aiebant, fratres Can. Cocozza nullum ius habent, quia

in concessione agebatur de linea masculina et foeminina originem habente a stipite, cui fundus adiudicatus fuerat, ideoque concessio respiciebat lineam directam, et non transversalem, et cum Can. Cocozza lineam habere ratione sui status non posset, habenda erat emphyteusis uti haereditaria. Nec audiendum esse Canonicum Scagliosi existimabant, quia ipse sciens, et volens contractum inierat, ideoque contra factum proprium reclamare non poterat. Quod si contractus ab initio irritus fortasse fuerit, autumabant ex bono et aequo sanationi locum esse, quia Can. Scagliosi, qui rem probe noverat, causam contractui dederat, et omnium actorum particeps fuerat, et aliunde tam usufructuariae, quam hospitale in miserrimo statu oeconomico versabantur, neque eis Canonici Scagliosi factum officere aequum arbitrabantur.

Si igitur aliquod vitium in stipulatione intercesserit, enixe sanationem deprecabantur. Sed Can. Scagliosi totis viribus contendebat contractum ab initio nullum fuisse ob non servatam beneplaciti apostolici formam tam relate ad personam Canonici Cocozza, qui in nota oblatorum S. C. exhibita non reperiebatur, tam relate ad canonem, qui ad rationem scut. 5 pro quolibet rublo exhibitus fuerat, et a Canonico Cocozza vix ad rationem scut. quatuor constitutus fuerat. Quod si, prosequebatur, ex damnata hypothesi contractus validus ab initio fuerit, tamen morte emphyteutae devolutioni locus erat, quia rescriptum S. C. dumtaxat lineam directam, et non transversalem respiciebat, nam in nota oblatorum S. C. exhibita reperiebantur dumtaxat laici, qui lineae directae capaces erant; nec ulla de linea transversali mentio fiebat; tandem inquiebat temere ab haeredibus ad emphyteusim haereditariam confugi cum in rescripto concessio ad certam lineam coercita fuerit, nec a S. C. emphyteusis haereditaria concedi soleat. Fatebatur tamen posse dumtaxat in casu locum esse alicui compensationi favore haeredum Cocozza ob aliqua melioramenta in vinea a defuncto facta; eos tamen teneri nonnulla damna a Testatore fundo illata reficere.

Auditis igitur partibus tam voce, quam scripto, in Congregatione generali habita die 14 Decembris 1860 proposita fuerunt dubia:

« 1. Se, e come si sostenga il contratto enfiteutico col Canonico Co-
» cozza nel caso?

» Et quatenus affirmative

» 2. Se, e come siasi fatto luogo alla devoluzione nel caso?

» Et quatenus negative

» 3. Se, e come l'enfiteusi spetti agli Oratori fratelli Cocozza, ov-
» vero agli eredi nel caso? »

Et Emi Patres, referente Emo Marini, rescripserunt: Ad 1. *Negative*, et supplicandum SSmo pro sanatione quoad praeteritum usque ad obitum

Canonici Cocozza, solutis per Beneficiatum Scagliosi scutatis biscentum pro quocumque titulo favore haereditatis Cocozza ad effectum ea investiendi, et ad mentem; mens est: ut sit supplicandum SSmo pro sanatione reliquorum contractuum ratione diversitatis personarum in rescripto S.C. non comprehensarum (1). Ad 2. et 3. provisum in primo.

Hac accepta resolutione Canonicus Scagliosi manus victas minime dedit, sed obtento novae audientiae beneficio non solum emphyteusis contractum iterum oppugnabat, verum etiam asserebat ab hospitali, quod fundum uti haeres Cocozza retinebat, eidem fundo nova damna illata fuisse ob caesionem arborum factam in sylva in eodem praedio existente, ac propterea pro illorum reparatione acriter instabat in Congregatione generali diei 17 Maii 1861, in qua propositum fuit dubium:

Se debba starsi all' emessa decisione, o recedersi dalla medesima?

Cui Emi Patres, referente Emo Marini rescripserunt: *In decisis,* salvo iure Beneficiato agendi pro novis damnis quatenus, et prout de iure; et amplius.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Pio PP. IX in audientia habita die 31 Maii 1861, S. S. resolutionem S. C. approbavit, et propositam sanationem benigne impertita est. Contrariis non obstantibus.

17 Maii 1861.

(1) In hac resolutione declaratur sanatione indigere contractus, quando bona adiudicantur personis, quas beneplacitum apostolicum minime respicit. Et revera quando in beneplacito apostolico determinatur persona, cui res adiudicanda est, alia subrogari non potest, non solum quia inferior non potest recedere a superioris praescriptione, sed etiam quia S. C. solet inspicere qualitates, et idoneitatem personae offerentis, et praesertim an par sit adimplendo obligationes contractus.

Hac de causa in contractibus Ecclesiae non admittuntur oblationes *pro persona nominanda,* nisi statim persona ipsa declaretur. Quapropter S. C. in Pisana diei 17 Aprilis 1750 significabat Archiepiscopo Pisano. . . . *E siccome dalla stessa di lei relazione si rileva, che Giacomo Antonio Cresci terzo e maggiore oblatore* pro persona nominanda, *non abbia ancora nominata la persona; così l' Eminenze Loro vogliono ch' Ella gli prefigga un breve termine a nominarla: lo che non venendo adempiuto, rigetti la di lui oblazione con ragguagliarne la stessa S. C.* Quod pariter rescriptum fuit in *Montis Falisci* 11 *Septembris* 1777, cum significatum fuit Episcopo *che costringa il Miccinelli a dichiarare la persona da nominarsi.*

Dumtaxat vigesimarius, vel qui sextam obtulit, subrogatur primo deliberatario, si deliberatarius ipse vigesimam, vel sextam acceptare detrectet. Verum vigesimarii aliique, qui sextam obtulerunt, probare tenentur eorum idoneitatem ad executionem contractus et ad obligationum adimplementum.

ANAGNINA

Manutentionis seu redintegrationis in munere procuratoris.

Collegiale Capitulum Anagninum in sessione Capitulari habita die 25 Novembris 1837 Andream Gisci in suum procuratorem elegit, ad hoc ut Romae eius negotia tum iudicialia tum extraiudicialia pertractaret cum annuo fixo honorario scutatorum duodecim. Plures per annos praefatus Procurator Capituli negotia in Urbe peregit. Cum vero anno 1861, Capitulum alium sibi Procuratorem loco memorati Gisci adlegerit, hic suas querimonias ad hanc S. C. EE. et RR. detulit contendens « che sia » mantenuto nel possesso dell' Officio di Agente e Procuratore del Capi- » tolo a forma della risoluzione del 25 Novembre 1837. » Etenim perpetuo se esse Procuratorem constitutum tum ex verbis Capitularis sessionis, tum ex modicitate honorarii propugnabat; ac propterea manutenendum esse in officio, nec removeri ab eo posse, quin eius honori vulnus infligeretur: paratum se quoque exhibens ad munus per aliquot annos in posterum gratuito exercendum, ut omnis ratio a Capitulo removeretur eum ab officio Procuratoris dimittendi.

Capitulum e contra se iustis de causis ad novum sibi constituendum Procuratorem in Urbe devenisse affirmabat; nec ob id iniuriam ullam se irrogavisse Procuratori Gisci, quippe minime perpetuo ei id muneris contulisse ex eo potissimum eruebat quod quotannis Capitulum soleret illum in praefato officio confirmare; nec Procuratoris munus a mandato abludere, quod liberum semper erit mandanti revocare.

Hinc proposito dubio:

« Se, e come sia luogo alla manutenzione o reintegrazione nell' Offi- » cio di Procuratore ed Agente a favore dell' Oratore nel caso? »

S. C. in plenario Auditorio die 13 Septembris 1861 rescripsit:

« Negative, salvo iure pro integro honorario ultimi anni (1). »

13 Septembris 1861.

(1) Haec resolutio conformis est decisioni Sacrae Rotae super simili casu, in *Romana manutentionis et solutionis coram De Petro* 15 *Martii* 1847, et in eius confirmatoria diei 18 Iunii eiusdem anni; et cum casus huiusmodi non raro contingant nonnulla ex dictis decisionibus desumpta hic transcribuntur. Sub n. 3 primae decisionis habetur: *Quaeritur, num Piorum Locorum Causidici seu ad lites Procuratores valeant ab eorum munere pro arbitrio deiici, seu potius sint in eodem perpetuo reservandi. . . . . At non multis quidem opus erat ut evinceretur eorum officium revocabile prorsus esse. Siquidem cum Procurator ad lites in omnibus, ac per omnia habeatur ad instar Mandatarii cumque ad tesxtum expressum* in lege 22 §. 16 ff. mandati, *extinguatur mandatum immutata Mandantis voluntate, sequitur profecto ut quotiescumque Mandator existimet non esse amplius fidem praestandam Manda-*

LINCIEN.

Missionis Parochorum Regularium in possessionem Paroeciae.

Vicarii Curati Regulares Ecclesiarum parochialium pleno iure monasteriis unitarum Dioecesis Lincien. in Austria postquam a proprio regulari Superiore nominati sunt, et ab Episcopo approbati in possessionem solent immitti. Decanus enim ecclesiae parochialis coram populo legit litteras, quibus Ordinarius nominato curato regimen animarum tradit, et deinde symbolis spiritualibus, quae illi consignat, scilicet stolam, librum Evangelii, claves Ecclesiae et similia, potestatem Curato concessam indicat, palamque exhibet: et tandem confluenti populo Pastorem ostendendo sermonem habet.

tario vel Procuratori, possit ille mandatum sua voluntate arbitrioque revocare. Bonis namque moribus, et naturali rationi repugnaret ut propriae familiae arcana, negocia, et lites ab ea exercerentur, quem Procuratorem amplius esse nolumus, et cuius fides suspecta nobis evasit. Hac itaque de causa prudentes inter invaluit, ut precaria haberetur quasi possessio, qua versatur Procurator quoad mandati exercitium, propterea quae ad tradita per Rotam in Romana Manutentionis 11 Iunii 1792 n. 2 coram Resta. *Procuratori namquam manutentio impertiri solent, dum de revocato mandato, et immutata Mandantis voluntate legitimo constat.* Et n. 4. *Et perperam Emygdius* (Procurator) *cum incontroversa haec iuris nostri principia dissimulare non posset subiiciebat ex non interrupta consuetudine Piorum Locorum Procuratores a Mandati exercitio amoveandos non esse nisi iusta et legitima suppetat removendi causa. Etenim praeterquamquod consuetudo haec ab Emygdio invocata, vix semel aliquando fuit in Iudicio comprobata, et non desunt aliorum Piorum Locorum facta, quae illam penitus excludunt; rem conficiebat. . . . . animadversio, quod legitimae in themate non defuerint causae. . . . .* Et n. 6. *Nec magis attendenda Partibus visa sunt quae de nominis iactura praedicabantur. Siquidem cum haec necessario occurrat quoties mandatum ex iusta causa revocatur, concludendum erat exceptionem hanc nullo prorsus in pretio haberi posse, quippe huiusmodi erat quod cum nimis probare videatur, nihil probet reapse.* Et §. 7. *Neque utiliter Emygdius. . . . . contendebat, non quidem mandatum eum inter et Illyricorum Congregationem stipulatum fuisse, sed operarum locationem, et conductionem, annuamque summam eidem a Confratribus pensitandam non honorarium, sed mercedem operis correspectivum fuisse. Etenim quamvis ad textum expressum* in Inst. Imper. de Mandato §. 3 *regulariter in mandato merces intercedere non debeat, eaque interveniente, mandatum saepe saepius in operarum locationem convertatur, tamen diversum omnino sentiendum erat de mandato inter Confratres, et Emygdium inito, tum quia Pii Loci Visitator merum Procuratorem constituere voluisse patebat, tum quia eidem non mercedem operis correspectivam spopondit, sed eadem ipsa honoraria et emolumenta, quae veteri Procuratori persolvi consueverant. . . .* cogli stessi emolumenti, oneri, e pesi soliti e consueti. Et num. 9. *. . . Ambigendum siquidem non est in Procuratore constituendo mandatum quod Procuratori vel ad Lites, vel ad negotia gerenda impertitur esse principalem contractus causam, conventionem vero de salario esse mandati consectariam, quae scilicet non nisi quam propter Procurationem inuititur. Quibus positis etiam si nobile Procuratoris officium in quasi servilem operarum locationem quis traducere conaretur, tamen cum*

At vero Abbas Monasterii Ordinis S. Benedicti Lambaci in dicta Dioecesi existentis, cui nonnullae paroeciae unitae reperiuntur, abolendum huiusmodi usum existimabat, quia possessio, et investitura iuxta sacros canones datur Parochis perpetuis, quibus Paroeciae in verum titulum conferuntur; non vero Vicariis Curatis, qui ad Superiorum nutum amoveri possunt, prout sunt Parochi regulares: quibus accedere, aiebat, quod in huiusmodi dandis investituris lituis, tubisque perstrepitur, opipere epulatur, aliaque peragantur non sine gravibus impendiis, et regularis disciplinae detrimento. Quapropter idem Abbas S. C. deprecabatur, ut Monachos Parochos a capessenda huiusmodi possessione liberos, et exemptos declararet.

R. P. D. Nuncius Apostolicus a S. C. requisitus votum transmisit D. Fessler in Athenaeo Viennensi Iuris Canonici Professore, qui sententiam praedictae consuetudini adversam proferebat ea fretus ratione, quod investiturae tantummodo locum habeant quando titulus beneficialis in perpetuum conceditur, non tamen quando cura animarum precario exercenda committitur, ideoque in casu autumabat non agi de rationabili consuetudine, sed potius de corruptela, et abusu, qui clamoribus, et strepitibus locum praebet.

Sed Episcopus Lincien. respondebat non agi in themate de vera, ac proprie dicta investitura, sed potius de « repraesentatione ad populum

etiam in huius generis contractu principale semper esset mandatum, consectarium vero operae conductio; sequeretur inde ut cessante per revocationem mandato, una simul corruere deberet iactata operarum conductio, et mercedis promissio. Et profecto, iamdiu in foro hac lege vivimus ut licet cuicumque mandato ad lites sit ab origine, lege ipsa volente, adnexum salarium, tamen tum Mandator possit mandatum revocare, tum Mandatarius procurationem deserere.

Et in confirmatoria num. 4. *Quae adeo vera sunt ut ne pacto quidem statui, nec iureiurando pacisci possit de mandato non revocando. Quippe cum ea, quae contractuum substantiam respiciant a contrahentibus nullimode mutari queant, et cum ad mandati substantiam vere pertineat eiusdem ad mandantis nutum revocabilitas; putam profecto est nec posse de mandato perpetuo servando pacto conveniri per ea quae post* Cap. 9. libri sexti Decretal. in Tit. de Procurat. firmant Navarr. de alienatione rer. Ecclesiae 14. Tiraquel. de Iure Primogen. quaest. 78. Flamin. de resignat. bon. lib. 9 quaest. 31 num. 2. Barbosa in comment. ad cap. 9. Golin. de Procurat. part. 3. cap. 5 num. 129.

Hinc proposito dubio *An decreta, et rescripta S. Visitationis sint servanda, et sit locus perpetuae manutentioni et solutioni?. . . . .*

Sacer Ordo responsum dedit *Negative in omnibus.* Quam resolutionem deinde confirmavit rescripto *In decisis.*

Hae S. R. decisiones respiciunt Procuratores, qui directe ad officium cum honorario deputati sunt. Sed possunt ne applicari Procuratoribus, qui uti Coadiutores nominati fuerint et munus coadiutoria durante gratis exercuerint? In collectione, quam *Giornale del Foro* vocant, anno 1842, refertur causa a R. P. D. Ferrarelli Locumtenente Civili Vicariatus decisa; sed cum agatur de sententia a Iudice singulari lata parum

» adeo ut in iis instrumentis, quae regularibus traduntur, expresse ad-
» notatur, quod Vicariatus parochialis a Praelato monasterii N. N. de-
» pendeat. » Dictam vero consuetudinem asserebat in aliis quoque Dioe-
cesibus, et praesertim in contermina S. Hippoliti vigere. Nec obstare ar-
bitrabatur Abbatis responsum, nempe huiusmodi morem originem ha-
buisse quando regnante Iosepho II Cathedra episcopalis Lincien. erecta
fuit, nam, ipso fatente abbate, consuetudo fundationi dioecesis contem-
poranea fuit, et deinde semper viguit, et conformis reperitur praescri-
ptionibus a primo Episcopo Linciensi decanis ruralibus datis, nec ullo modo
bonis moribus, vel rectae rationi repugnat, vel improbata a iure inve-
nitur: ad abusus vero, quod spectat, Episcopus in votis se habere fa-
tebatur, ut e medio ab Abbate tollantur, non enim cum investiturae actu
confundi possunt. Probata igitur consuetudine, prosequebatur Antistes,
eam servandam esse statuit Concilium provinciale Viennense nuper celebra-
tum, hisce verbis « Relate ad regulares parochiae domui religiosae incorpo-
» ratae administratores lex, sive consuetudo dioecesana intacta remaneat. »

In iure triplex canonicae institutionis species habetur, ita Gloss.
in cap. Beneficium circ. med. de reg. iur. in 6: Dicendum quod tri-
plex est institutio: quaedam est institutio collativa; alia est institu-

auctoritatis habere videtur. In decisionibus S. R. nulla, quam sciam, habetur, quae quaestionem directe respiciat. Aliquid tamen hac super re desumi fortasse poterit ex *Romana coadiutoriae, et transictionis super executione resolutionum generalis adunantiae diei* 14 *Ianuarii* 1788 *coram De Bayane,* in qua licet peculiaria rerum adiuncta, et praesertim rescriptum Summi Pontificis et transactio concurrant, tamen decisio innixa praecipue videtur primaevae coadiutoriae concessioni favore cuiusdam Alexandri Ciampoli. Inhabili enim facto quodam Derossi procuratore Ecclesiae, et Universitatis Pistorum coadiutoriam cum futura successione Alexander Ciampoli a Summo Pontifice consequutus fuit. Id aegre ferens Universitas Pisterum duos procuratores nominavit, scilicet Regnoni pro Ecclesia et Foschetti pro Universitate. At Ciampoli pro observantia rescripti Coadiutoriae penes Iudicem institit; sed postea partes transactionem inierunt, qua Regnoni, et Foschetti sese obligarunt ad annuam summam favore Ciampoli respective persolvendam. Transactionem confirmavit Universitas, et publico instrumento Foschettum in perpetuum procuratorem Universitatis declaravit.

Verum Universitas ipsa deinde Foschettum a procuratoris officio removere contendebat. Re ad S. C. delata, Iudex concordiam, et instrumentum servari mandavit. Deinde in gradu appellationis in Sacra Rota proposito dubio: *In resolutiones generalis adunantiae Universitatis Pistorum Urbis quoad Coadiutorem, et Procuram, de quibus agitur, et respective transactio sint exequendae, ita ut sit locus manutentioni in casu?* responsum fuit *Affirmative in omnibus.* Nam agebatur in casu non de simplici mandato sed de mandato remuneratorio, et correspectivo transactioni initae cum Ciampoli, qui coadiutoriam a Clemente XIV obtinuit quo in casu Procuratorem in officio durante eius vita manutenendum esse, vel saltem *ad quanti interest* ius habere existimabatur.

Haec decisio indirecte coadiutoriam, directe transactionem, quae ex coadiutoriae rescripto ortum habuit, respicit; et peculiaribus facti circumstantiis innititur; ac propterea in ea ad alios casus extendenda caute procedendum erit.

» tio auctorizabilis quoad commissionem curae animarum; alia est insti-
» tutio realis, et actualis, quae vocatur investitura seu inductio in pos-
» sessionem realem, et corporalem. » Nemo, ut notat Reinfestuell. lib. 3 tit. 7 num. 4, generaliter loquendo in possessionem immitti proprio marte valet: et hodie ius immittendi in possessionem ad Episcopum, seu eius delegatum spectat ex cap. *licet Episcopus* 28 *de praeben. in* 6. Antiquitus regulares poterant libere deputare Vicarios curatos in ecclesiis pleno iure unitis monasteriis prout docet *Barbosa de offic. et potest. Episcopi;* sed Concilium Tridentinum *sess.* 25 *de Regul.* sanxit ut ab Episcopo approbentur; idque a Summis Pontificibus confirmatum est, nempe a S. Pio V. in Const. *Ad exequendum,* a Gregorio XV in Const. *Inscrutabili,* a Benedicto XIV. in Const. *Firmandis.*

Ex hac autem lege, qua approbatio Episcopi etiam quoad Vicarios Curatos regulares requiritur, minime consequitur necessarium esse, ut Episcopus ad investituram procedat, nam nullus Vicario regulari conceditur titulus, qui penes Monasterium residet. Barbosa *de potest. Episcopi part.* 3 *allegat.* 72 *num.* 188; et in *Iuris Eccles. univers. lib.* 3 *de Vic. Capit.* 6 *num.* 63; Ferraris *V. Vicarius Curatus num.* 46.

Tota igitur controversia in casu ad usum et consuetudinem referebatur.

Proposito igitur dubio in Congregatione generali diei 19 Septembris 1862:

An, et quomodo servanda sit consuetudo in casu?

Emi Patres rescripserunt:

Affirmative, sublatis abusibus quoad expensas, et clamores.

13 Septembris 1861.

TERRACINEN.

Institutionis ad Beneficia.

Vicarii Generales Terracinen. Privernen. et Setin. post obitum Vicarii Apostolici, ne praefatae dioeceses interim sine regimine remanerent, a S. Sede in Delegatos speciales deputati fuere cum facultatibus ad formam SS. Canonum Ordinariis competentibus, « excepta collatione bene-
» ficiorum, ac dimissoriis pro ordinibus suscipiendi. »

Hi vero cum supplicem S. Sedi libellum porrexissent quaerentes « se la istituzione dei beneficiati in causa di giuspatronato, ed in se-
» guito di nomina, o presentazione del rispettivo patrono, sia o no com-
» presa nella eccezione fatta. » Sanctitas Sua in Audientia diei 23 Maii

1862 ad quemquam illorum scribi mandavit ad mentem: mens est: « Che » essendo nato dubbio, se Ella come Delegato speciale di cotesta dio- » cesi possa dare la istituzione canonica alle persone nominate e pre- » sentate dai legittimi patroni, quantunque nell'atto della sua Delega- » zione le sia stata proibita la collazione dei beneficî, il S. Padre ben » conoscendo la differenza, che passa tra la collazione dei beneficî, e la » semplice istituzione canonica delle persone nominate e presentate, si è » degnato dichiarare, che Ella sebbene non possa conferire i beneficî, » può dare la istituzione, di cui si tratta. Tanto » ecc.

23 Maii 1862.

EUGUBINA

Solutionis pretii stramentorum.

Episcopus Pecci, qui dein ad Sacram Purpuram evectus fuit, cum Episcopalem Sedem Eugubinam anno 1841 regendam susceperit, praeter nonnulla illius mensae debita, quae dimittenda adinvenit, praediorum quoque stramenta, vulgo *le scorte morte* foenum nempe ac sterquilinium pro illorum cultura necessarium proprio sibi aere comparare in summa scutatorum 555. 26 debuit. In subsidium autem pro enunciatis debitis dimittendis, ac reparationibus in fundis peragendis, die 22 Ianuarii insequentis anni 1842 petiit et obtinuit a S. Sede cessionem scut. 1341. 26. 5 quae pro tempore vacationis ad R. C. Spoliorum spectavissent, praelevatis eiusdem favore scutatis centum. Postea die 21 Ianuarii anni 1855 eodem Emo Pecci vita functo, vacantis Eugubinae mensae administrationem praelaudata R. C. Spoliorum assumpsit. Interim haeredes Pecci penes eamdem institere, ut eis stramentorum in agris existentium pretium in memorata summa scutator. 555. 26 restitueretur. Verum R. C. Spoliorum id praestare renuente, ad hanc S. C. EE. et RR. in acri partium conflictu quaestio ipsa definienda conscendit.

Ex parte eiusdem R. C. in medium afferebatur, tum *ex facto* tum *ex iure* nullam actionem haeredibus competere ad stramina repetenda; quippe *ex facto* eis obesse omnino cessionem anni 1842; in qua nec praesumptive, nec expresse stramenta videbantur comprehensa, adeoque non acquisita ab eorum auctore vi eiusdem cessionis: *ex iure* autem opponi Circularem Litteram ab eadem R. C. Spoliorum emanatam die 25 Iulii 1854, quae ex quarumdam legum dispositione sanxiit, stramenta, sterquilinia, foenum, ac paleas, praediorum dotem non vero fructum constituere. Cum igitur non de fructu res esset, sed de dote, concludeba-

tur praefata stramina ad haeredes pro rata temporis antecessoris minime pertinere ; quin utiliter ex adverso oggeratur dispositio Synodi dioecesanae Eugubii, qua constabilitur, stramenta ex consuetudine locali inter fructus recenseri ; quandoquidem consuetudinem ipsam localem haud posse vim habere contra S. Sedem ; sin minus corruptelam esse diiudicandam asserebatur.

Ex parte autem haeredum examussim opponebatur localis praefata consuetudo Eugubinae dioecesis Synodalibus Constitutionibus comprobata, et numquam interrupta, quia stramina *le scorte morte* inter fructus ad defuncti Episcopi haeredes pertinentes nunquam non recensita fuerunt. Ac perperam contendi praefatam consuetudinem procedere contra S. Sedem, cum ea dumtaxat opponatur Circulari Litterae R. C. Spoliorum, quae uti simplex administratrix Fiscalis, non uti legislatrix poterat ad normam tantum suorum ministrorum per circularem ipsam edicere, stramenta tamquam praediorum dotem habenda esse ; siquidem leges quibus praefata Circularis innititur, latae fuerunt pro casu venditionis fundorum, in quo stramenta tamquam pars fundi seu dos divenduntur, nec ullo modo respiciunt casum de quo agitur, in quo beneficiati tamquam usufructuarii habentur, qui sua fecerunt stramina recollecta, nec ea ad successores transmittere tenentur : meliori nec omine propugnari praefatam consuetudinem corruptelam esse, cum ea nec contra bonos mores, nec contra naturalem rationem comprobetur. Imo cum ageretur de spolio praedecessoris Episcopi Masi praelaudatam ipsam R. C. ex facto proprio retinuisse, stramenta simplices fructus esse non dotem. Satis insuper superque comprobari in enunciata donatione anni 1842 eadem stramenta in summa scutatorum 555. 26 inspecta redditione rationum omnino fuisse comprehensa. Verum in deteriori hypothesi, dato scilicet et non concesso, quod decedens Episcopus teneatur relinquere stramenta necessaria tamquam dotem pro fundorum cultura ducto calculo plus aequo stramenta praetendi ; ita ut praelevata necessaria quantitate, ea saltem in summa scutatorum 450 tamquam superflua ad culturam, veniant haeredibus restituenda.

Quibus hinc inde perpensis, S. haec C. propositae rogationis formulae :

Se, e come sia luogo alla ripetizione della somma di sc. 555. 26. *nel caso ?*

In generalibus Comitiis diei 11 Iulii 1862 respondit :

Affirmative in omnibus.

Cum haec causa deinde ad instantiam R. C. Spoliorum iterum proposita fuerit die 13 Martii 1863 :

Emi Patres rescripserunt: *In decisis*, salvo iure agendi contra actualem Episcopum (1).

13 Martii 1863.

VICENTINA ET SAVONEN. AC NAULEN.

Super interventu Regularium ad functionem Oleorum Sanctorum.

In Synodo Vicentina anni 1689 *part.* 2. *c.* 3. §. 9. legitur « Iuxta » antiquissimam consuetudinem Parochi per se, non vero per substitu- » tos, et Monasteriorum Praefecti, ad quos spectat, inservient nobis fa- » cientibus Sacrum Chrisma Feria V. in Coena Domini, et hoc sub poena » librarum triginta. . . . Ecclesiae, quarum Praefecti tenentur adesse » sunt sequentes. » Ecclesiae verum viginti adnotantur, inter quas re- censetur Ecclesia S. Luciae, quae quondam paroecia erat. Deinde ex dicta ecclesia cura animarum in aliam S. Mariae in Aracoeli, cui datus fuit titulus S. Luciae in Aracoeli, translata fuerat. Postrema Ecclesia S. Mariae minime comprehensa erat inter viginti Ecclesias, de quibus supra; sed peracta in eam curae animarum translatione mittere incoe- pit, et deinceps semper misit suum sacerdotem ad Cathedralem, ut Oleo- rum consecrationi assisteret. Interim prior Ecclesia a Sancta Lucia nun- cupata triginta circiter abhinc annis, nempe paulo post translationem curae in aliam supradictam ecclesiam, Religiosis minoribus Reformatis concessa fuit, qui, uti asserunt, Presbyterum ad memoratam Sacrorum Oleorum benedictionem neminem miserunt, et revera in Kalendariis dic- tae Dioecesis ann. 1858, 1860, 1861, nulla de hac Ecclesia mentio re- peritur, licet aliae in iis Ecclesiae describantur, quae Subdiaconum, vel Diaconum, vel Presbyterum mittere solent. In Kalendario dumtaxat ann. 1862 et 1863 etiam Ecclesia S. Luciae adnumeratur.

Haec innovatio in Kalendario facta Religiosis minime placuit, ideo- que contra illam reclamarunt. Sed Episcopus existimabat eorum oppositionem irrationabilem, et nullius ponderis esse, attenta superius relata Synodi Vicentini praescriptione, antiquo usu, exemplo Servorum B. M. V., et Minorum Observantium, exiguo Cleri Saecularis numero, et ratione deducta a publicis processionibus, quibus Regulares accedere debent.

Hisce argumentis moderator generalis dicti Ordinis respondebat non

(1) Cum R. C. S. summam ex haereditate Emi Pecci actuali Eugubino Episcopo concesserit antequam haec causa moveretur, sibi ius esse putabat illam repetendi si haeredibus Emi Pecci dicta summa scut. 555. 26 attribueretur. Hac de causa apposita fuit clausula *salvo iure agendi contra actualem Episcopum.*

obstare allatam synodalem praescriptionem, nam Ecclesia S. Luciae inter viginti Ecclesias recensebatur ob eius parochialitatem, et in praesens eius loco Presbyterum ad praefatam functionem Ecclesia S. Luciae in Aracoeli, ad quam animarum cura translata est, mittit: Ecclesiam Servorum B. M. V. parochialem esse, ideoque nil mirum si ipsa Religiosum ad Cathedralem mittat: neque ad rem facere, quae de processionibus edicuntur, paritas etenim non habetur cum quoad processiones praescriptio canonica expressa reperitur, qua Religiosi obligantur; nulla tamen relate ad consecrationem SS. Olcorum afferri potest: tandem a veritate alienum esse, quod Clerus Saecularis in exiguo numero existat, praesertim cum in Vicentino Seminario plurimi Clerici instituantur. Prosequebatur potius Religiosos S. Luciae paucos esse numero et praesertim in maiori hebdomada sacris obeundis continuo addictos esse.

Interim vero Episcopus Savonen. et Naulen. super eodem interventu Regularium sequens proponebat postulatum: « Potest ne Episcopus » obligare Conventus dioecesium suarum, ut unusquisque eorum mittat » fratrem sacerdotem ad assistendum Fer. V. Maioris Hebdomadae fun- » ctioni Oleorum Sanctorum alternatim cum Parochis dioecesium, ita ut » unusquisque Conventus computetur pro parocho? »

Exposita utriusque facti specie quaerebatur quid a iure cautum reperiatur. Antiqui libri Sacramentorum nihil prorsus definiunt, sed modo de *Presbytero*, modo de *Clero*, modo de *Convocatione* vage indistincteque loquuntur. S. Gregorius in suo Sacramentario habet: *Tunc offertur Pontifici Oleum et benedicit eum* (sic) *tum ipse quam omnes Presbyteri*. Vetus Ordo Romanus *Exorcizet Pontifex*, ait, *et benedicat illud, tam ipse, quam omnes Presbyteri, qui adsunt:* Vid. Martene *de antiquis Ecclesiae Ritibus lib. IV. Cap. XXI.* §. 3. *num. III.*

Bened. VIII, qui floruit initio saeculi XI, cum duodecim Episcopis aliquando consecrasse Chrisma legitur in vita S. Henrici cap. 23 apud Surium die 14 Iulii. De duodenario numero Presbyterorum loquitur canon 1. Concilii Rothomagensis ann. 1072. Pontificale Romanum, cui standum est, praescribit *de Officio in feria quinta Coena Domini* ut adhibeantur duodecim Presbyteri praeter septem Diaconos, totidemque Subdiaconos, et Presbyteros vocat *testes, et ministerii Sacri Chrismatis cooperatores*, Diaconos vero et Subdiaconos *Ministros*, et *inspectores*. »

Quibus praemissis necesse erat propius ad propositam quaestionem accedere, scilicet perpendere an Episcopus obligare possit Regulares ad assistentiam in Sanctorum Oleorum consecratione?

Porro in medium exemptio Regularium proferebatur, qua iurisdictioni Episcopi minime subsunt nisi in casibus a iure exceptis. At nihil in iure cautum reperitur circa casum, de quo agebatur. Aliunde vero ani-

madvertebatur agi de benedictione necessaria, quae omitti, vel differri non potest, ideoque, si desit Sacrorum Ministrorum ex Clero saeculari praescriptus numerus, debere Regulares vices Cleri saecularis deficientis supplere, quod conforme esse asserebatur resolutioni S. R. C. in Rithimen. 11 Novembris 1641 apud Gardellini num. 1354, quae sic se habet: « Supplicavit Episcopus Rithimen. responderi, quomodo se ge- » rere debet in confectione Olei Sancti, stante penuria Sacerdotum non » constituentium numerum, quem requirit Pontificale Romanum? » Et S. C. respondit: « Episcopum supplere debere cum Regularibus Sacerdotibus » (1).

Relate ad praetensam consuetudinem, quam proferebat Episcopus Vicentinus circa Regulares Conventus S. Luciae, opponi existimabatur, quod ante translationem curae animarum Regulares S. Luciae accedere tenebantur, quia eorum Ecclesia Parochialis erat; deinde vero per annos circiter triginta minime accessisse, ac propterea minime assertam consuetudinem in casu haberi, quae si revera legitime extitisset, eam servandam esse nemo negare potuisset.

Quae omnia in generali Congregatione diei 19 Iunii 1863, proposita fuerunt cum dubiis:

1. Se, e come i RR. PP. Min. Osservanti di S. Lucia sieno tenuti » ad inviare alla Cattedrale di Vicenza un Suddiacono per assistere alla » funzione degli Olii Santi nel Giovedì della settimana maggiore nel caso? »

« 2. Se, e come rispondere al postulato del Vescovo di Savona nel » caso? »

Quibus Emi Patres, referente Emo Quaglia Praefecto, rescripserunt:

Ad 1. Negative nisi in subsidium ad formam resolutionis S. R. C. in Rithimen. 11 Novembris 1841.

Ad 2. Detur responsum S. R. C. prout in Rithimen.

19 Iunii 1863.

MINORUM OBSERVANTIUM S. FRANCISCI

Super itineratione in viis ferratis.

In regula Fr. Minorum habetur *Non debent equitare nisi manifesta necessitate, vel in infirmitate cogantur;* et in Constitutionibus seu Statutis MM. Observantium n. 270 legitur: « Nemo sine gravi, et manife- » sta necessitate, et Provincialis, vel in casu urgente Superioris localis

(1) Aliquando S. R. C. pro locis, in quibus nec Presbyteri Saeculares, nec Regulares, in praescripto numero haberi poterant, facultatem numerum reducendi Episcopo tribuit. Vid. Gardellini num. 1429, et 1486.

» de consilio trium discretorum scripta licentia equitare, bigare, quadri-
» gare audeat. » Hinc quidam Religiosus dicti Ordinis MM. Observan-
tium dubium S. C. proposuerat « Utrum iter facere in vapore terre-
» stri per se opponatur puritati Regulae Fratrum Minorum, vel saltem
» generalibus MM. Observantium statutis. »

Minister Generalis de voto rogatus referebat Definitorium generale in hanc devenisse sententiam, scilicet « usum currus vaporiferi per se » prohibitum non esse; nullatenus tamen negatur illum illicitum, et a » Regula interdictum fieri, si absque iusta causa ad pecuniam recurren- » dum sit. Eodem modo nullatenus Fratribus permittitur, ut recreationi » suae nimium indulgentes in curribus vaporiferis inutiles itinerationes » suscipiant: imo ne huiusmodi abusus fiant, superiores invigilare de- » bent, sine quorum licentia ne deambulationes quidem pedestres, et » multo minus itinerationes in viis ferreis suscipi possunt (ex exposi- » tione Regulae F. Min. P. Alberti a Bulsano 1850). »

Insuper S. C. votum exquisivit P. Ministri generalis PP. Cappuccinorum uti eiusdem S. C. Consultoris, qui referebat aliquos Religiosos putare usum viae ferreae regulae Fratrum Minorum opponi, alios vero contrariam docere sententiam, inter quos recenseri debere P. Albertum a Bulsano, et P. Samuelem a Lauda Pompeia vulgo *Lodi* in eorum operibus, quibus Regulam Fratrum Minorum exponunt. Deinde expositis rationum momentis favore secundae sententiae concludebat « che se sa- » rebbe impossibile il proibire assolutamente l'uso delle vie di ferro, e » di equiparare questo mezzo di trasporto a quello delle vetture, sarà » agevole l'ottenere, che i frati si tengano nei giusti limiti della ne- » cessità voluta dalla Regola quando si tratti di dover spendere danaro. » Per ciò ottenere il miglior espediente sarebbe quello di ordinare, che » nessuno possa e debba approfittare della via ferrata, ove non vi hanno » posti gratuiti, senza il permesso del Superiore almeno locale e senza » che ne sia riconosciuto e approvato da questi il bisogno. »

Quaestio, de qua agitur, cum gravis momenti esset, requirebat ut iuris principia exponerentur. Porro prohibitio *de non equitando* inter praecepta, quae *aequipollentia* vocantur, recenseri debet, ideoque veram obligationem parit, nam in Clemen. *Exivi* 1. de V. S. declaratur « ut au- » tem haec, quae videri possunt aequipollentia praeceptis ex vi verbi, » vel saltem ratione materiae, de qua agitur, seu ex utroque sub com- » pendio habeantur, declaramus quod illud..... Item de non portandis » calceamentis, et de non equitando. » Et S. Bonaventura (Oper. t. 7. Romae Typ. Vat. 1596. *Expos. in reg. S. Francisci* pag. 340) dictum Regulae praeceptum interpretans scribit « *sed pro seclusione equitationis, subdit* (Regula) et non debeant equitare, *et per consequens* nec

bigare, nec quadrigare, *quae maioris sunt sumptus, nisi manifesta necessitate prolixi vel impediti itineris, vel negotii urgentis, vel infirmitate cogantur; dicit autem* non debeant pro eo quod est debeant non equitare. » Hanc S. Bonaventurae declarationem, prout refert P. Albertus a Bulsano in cit. opere Cap. 3, §. 48, n. 3, Martinus V. in Constit. *Non est novum* approbavit edicens *idem fiat de non equitando praeterquam in casu necessitatis, attentis etiam verbis S. Bonaventurae quod non debeant equitare, nec bigare, nec quadrigare* nec non eamdem declarationem Iulius II, ut refert cit. P. Albertus, pariter confirmavit. Benedictus vero XIV in Const. *Iniuncti nobis* pro Capulatis S. Francisci, idest Cappuccinis edita et a dicto P. Alberto relata declarat *neque ullo modo, ullave causa, praeterquam verae et actualis infirmitatis Cisio* (vulgo Calesse) *vel alio commodo Seraphicae Regulae quovis modo contraire uti valeant sub poenis.*

Sed licet ex S. Bonaventurae declaratione verba illa regulae *non debeant equitare* ita intelligenda sint, ut nec etiam debeant *bigare, et quadrigare,* tamen Expositores docent sub censura regulae non cadere navigationem; ea enim pro nonnullis locis prorsus necessaria est, et constituit modum itineris diversi omnino generis ac equitatio, sed minime loqui poterant de itineratione in viis ferratis, quae non existebant. De Amoeno tantum *de delictis et poenis* tom. 3 tit. 9 §. 2 quaestionem, qua cum hac quamdam similitudinem habet, proposuerat circa carrucas ventorum vi impulsas si fortasse dari possent et censebat, quod si darentur carrucae velorum ministerio impulsae a vento, earum usum in itineratione vetitum minime fore Fratribus Minoribus, quia nullo pacto tali modo itinerandi convenire potest nomen equitationis cum non vi animalium carruca moveretur. Citati recentiores Expositores Regulae Fratrum Minorum, inter quos etiam P. Canicatti in opere *Dottrina Serafica, e Regola del P. S. Francesco esposta* est recensendus, de itineratione in viis ferratis agunt, et censent earum usum vi Regulae Fratribus Minoribus non esse interdictum, nam huiusmodi prohibitio desumi non potest ex intentione legislatoris, nec in verbis illius ullo modo continetur.

Nonnulla tamen videbantur huic itinerationi obstare. Animadvertebatur triplicem esse finem, quem ex communi Expositorum doctrina in equitatione inhibenda lator legis sibi proposuit, scilicet ut evitaretur sollicitudo in comparando pretio equitationis, humilitas observaretur, et austeritas exerceretur. At ad iter in viis ferreis suscipiendum requiritur pretium; inceditur more divitum; et commodius iter absolvitur.

Insuper cum quod minus est prohibetur, etiam quod maius est prohibitum censeri, si fini, quem legis lator sibi proposuit, adversetur; qua ratione ductus S. Bonaventura, aliique Expositores iudica-

runt Franciscali Regulae usum bigae, et quadrigae adversari ; quin imo ipse Bened. XIV in cit. Const. eadem ratione dum poenas constituit in eos, qui absque causa *cisiis* utuntur, subdit quodlibet aliud *commodum* interdici.

Praeterea cum aliquis actus prohibetur , eius contrarius iniunctus intelligitur. Quando itaque interdicitur equitatio pedestris incessus iniunctus dicetur ; ideoque quodlibet commodum exclusum, ac proinde etiam iter in viis ferratis.

Tandem observabatur usum curruum vaporiferorum multis incommodis facillimam aperire viam, nam datur Fratribus occasio vagandi, comparandi sibi pretium, et Fratres praesertim tristissimis hisce temporibus exponuntur subsannationibus eorum, qui simul in curribus iisdem invehuntur.

Verum haec obiecta diluere conabantur, qui contrariam sententiam docebant. Et ad primum respondebant *finem legis non cadere sub lege* , ideoque non peccare contra legem interdictae equitationis Religiosum, qui commode, iucundeque cum honorifico comitatu iter pedestre conficiat: esto quod ex alia causa peccatum non effugiat. Neque in curribus vaporiferis ubi sedes diversorum graduum distinctae sunt , saltem relate ad alios saeculares, Religiosus triplicem illum finem paupertatis, humilitatis, mortificationis haud obtinere valet.

Ad alteram obiectionem respondebatur eidem locum esse , cum res maior sit eiusdem generis ac minor , sic bigatio , et quadrigatio eiusdem generis est ac equitatio, ac proinde vetita reputatur. Sed navigatio cum sit diversi generis in praecepto de non equitando non continetur. Nec Bened. XIV auctoritas respicit casum, de quo agitur, ipse enim non novam legem condidit, sed iam existentem poenis sancivit.

Tertia obiectio valet, quando inter utrumque actum nil medii est : sed inter equitationem, et pedestrem itionem adest navigatio, quae prohibita non est (1).

Circa ultimam obiectionem observabatur nil esse in rebus humanis, quod abusibus viam sternere non possit, quos tamen evitari poterunt si debitae cautiones adhibeantur.

In disceptatione huius quaestionis sedulo perpensae fuerunt sententiae Doctorum, qui innixi evulgatae regulae *ubi eadem est ratio ibi eadem currit legis dispositio* ut habet summarium in *l. Illud ff. ad leg. Aquil. et C. Inter de Translat. Episcop.*, docent mentem Legislatoris colligi ex legis ratione, quae ideo dicitur anima legis , unde censetur Le-

(1) In Constitutionibus Fratrum S. Petri de Alcantara editis Neapoli a Persile pag. 123, Cap. 11, §. 2, num. 6, cautum est ne Fratres iter maritimum aggrediantur cum *per l' imbarco si dovesse far ricorso alla pecunia.*

gislator comprehendere in ea voluisse omnes casus, ubi eadem adaequata ratio legis reperitur. Layman *l.* 1, *tract.* 4, *c.* 18, *num.* 9; Roncag. *de leg. c.* 2, *q.* 4, *R.* 2, *p.* 50, et Salm. *eod. tit. tract.* 11, *c.* 3, *num.* 34 cum Suar. Et monet S. Alphonsus de Ligorio, *lib.* 1, *tract.* II *de leg.*, *c.* IV, *num.* 200, ab hac *sententia non esse recedendum cum sit communis.* Quin imo etiam scriptores, qui oppositam tenent sententiam, cum prioribus conveniunt quando ita concurrit eadem adaequata legis ratio, ut nisi lex extenderetur, Legislator argui posset de iniustitia, vel imprudentia; tunc enim casus non expressus potius dici debet comprehensus, quam lex ad illum extendi: Suar. *de leg. l.* 6, *c.* 3; Bonac. *eod. tit.*, *D.* 1, *q.* 1, *p.* 8, *num.* 25.

Id autem evenire dicunt *in aequiparatis.* At aequiparatio in usu curruum intercedere nonnulli arbitrabantur sive currus ipsi ab animalibus, sive vi vaporis moveantur, nisi quis asserere velit regulam potius respicere bonum animalium, quam spiritum paupertatis, austeritatis, et humilitatis, quem Religiosi Minores vi regulae praeseferre tenentur.

Perpensum etiam fuit an franciscalium regula cum iter terrestre respiciat ita sumenda sit, ut velit Religiosos pedestres ire? Ratio dubitandi ex eo oriebatur, quod pedester ire debet, cui nec equitare, nec bigare, nec quadrigare permissum est, si de terrestri itinere agatur, quando enim regula evulgata est, vel a S. Bonaventura declarata, iter terrestre confici non poterat nisi vel usu equi, bigae, et quadrigae, vel pedester, quapropter Bened. XIV ultra cisium quodlibet aliud commodum aperte excludit, illiusque usum Seraphicae Regulae contrarium esse edicit, gravibus poenis in transgressores comminatis. Neque, prosequebantur, inter iter pedestre, illudque, quod fit usu equorum, uti medium habetur navigatio, etenim iter terrestre omnino diversi generis est ac iter maritimum, nec cum illo ullo modo comparari potest. His accedere opinabantur quod iter maritimum pro nonnullis locis omnino necessarium est, nec ab eo Fratres Minores sese abstinere possent si ad insulas accedere, vel oceanum transmigrare vellent; et aliunde non ita iucundum, ac luxurians ac iter terrestre in curribus, et in equis maritimum existimatur.

Quibus omnibus sedulo perpensis Emi Patres, referente Emo Riario Sforza, proposito dubio:

« Se, e come l' uso de' trasporti a vapore per terra sia permesso » ai Frati Minori Osservanti nel caso? »

In Congregatione generali diei 19 Iunii 1863 rescripserunt:

Affirmative ex rationabili causa de licentia superiorum prout in usu Rhedarum, salvo quoad locum spiritu humilitatis.

19 Iunii 1863.

MASSILIEN. SEU ADIACEN.

Super iure succedendi.

Extat in civitatibus Massiliensi, Bastiensi et Nannetensi pium Mulierum Institutum, quae *pauperes Sorores S. Clarae* nuncupantur, quaeque primam regulam S. Clarae ab Innocentio IV confirmatam, et quasdam eiusdem regulae explanationes vulgo dictas *S. Collettae Virginis Corbiensis* pluries a S. Sede approbatas profitentur; et in emittendis votis hac formula utuntur: « Ego Soror NN. voveo et promitto Deo, et B. M. » Virgini, et S. Patri Francisco, et B. Clarae, et omnibus Sanctis, et » tibi mater toto tempore vitae meae servare formam vitae sororum pau» perum S. Clarae, per eumdem B. Franciscum eidem S. Clarae tradi» tam, et per D. Innocentium PP. IV. confirmatam, vivendo in obedien» tia, sine proprio, et in castitate, servando clausuram. » Quapropter nihil possident, nullam a Novitiis, quae professionem emittunt, dotem exigunt, se divinae providentiae fidentes quotidianis eleemosynis vivunt. At vero ex S. Sedis pro Sanctimonialibus regni Galliarum declaratione (1) praedictae Sanctimoniales vota simplicia emittunt; et arctissima, quam profitentur, paupertas legibus civilibus haud conformis est; etenim iuxta legem 24 Maii 1820 Religiosis minime interdicta est *la libre jouissance* bonorum patrimonialium; aliorumque, quae acquirere possint; super quibus *leurs droits sont ceux du reste des Français:* e contra ex art. 1130 codicis renuntiatio vetita est: « On ne peut pas renoncer à une succes» sion non ouverte, ni faire aucune stipulation sur une pareille succes» sion, même avec le consentement de celui de la succession, de la» quelle il s'agit »: et ex art. 748. « Les successions s'ouvrent par la mort » naturelle, ou la mort civile »: et ex art. 724. « Les héritiers légitimes » sont saisis de plein droit des biens, droits, et actions du défunt. » Hinc sequitur quod statim ac consanguinei monialis obierint, ipsa sit haeres, ita ut necessario actum proprietatis facere debeat sive haereditatem adeat, sive ei renuntiet.

In tantis temporum difficultatibus usus invaluit, ut si aliqua haereditas, vel illius pars Monialibus praefatis devolvatur, de consilio, et licentia Superioris iuxta peculiaria adiuncta vel nihil omnino a consanguineis reclament, vel constituant procuratorem, qui ipsarum nomine apud tribunal iuxta leges agat, et si aliquid consequatur, id integre a Communitate accipitur, et in aes alienum Monasterii dimittendum, vel in quotidianas expensas impenditur. Cum vero obierit Berta soror germana cu-

(1) Vide superius pag. 455.

iusdam Monialis S. Clarae quae in pauperrimo asceterio degit, eius cohaeredes renuebant tradere partem haereditatis, quae ad illam iuxta leges spectaret, ea ratione ducti, quod ob paupertatis votum in dicto Instituto ab eorum Sorore emissum, nihil ei in conscientia praestare teneantur. Hinc quaestio oriebatur an monialis ad partem haereditatis assequendam tribunalia adire posset; et utrum cohaeredibus, etsi pluries admoniti fuerint, fas esset in conscientia partem haereditatis Moniali denegare. Hac super re ad S. C. delata fuerunt duo dubia, quae inferius iuxta propositam formulam referuntur. Ordinarius a S. C. rogatus existimabat ob peculiares loci et temporis circumstantias, et attenta simplicitate votorum Moniales posse petere partem haereditatis, quae ipsis a lege civili attribuitur, ideoque Sanctimoniales esse summopere laudandas ob arctissimam, quam profitentur, paupertatem, non tamen esse improbandam consuetudinem reclamandi partem haereditatis, quam cohaeredes iuxta leges civiles praestare tenentur.

Exposita facti specie quoad ius animadvertebatur non agi in casu de votis solemnibus, quae dominium penitus adimunt, sed de votis simplicibus, quorum professi dominio *radicali* non privantur, sed dumtaxat iure actuali utendi, ac disponendi de bonis temporalibus eorum arbitrio, absque superiorum facultate iuxta cuiusvis Instituti Constitutiones. Insuper in medium proferebantur nonnulla S. Sedis rescripta, quae rem, de qua agitur, respiciunt. Et revera S. Poenitentiaria pro Monialibus SSmi Redemptoris in Belgio die 30 Novembris 1842 Apostolica auctoritate concessit « Episcopo Brugen. facultatem indulgendi Monialibus, ut cum plena » ab ipsomet dependentia bona, quae ad illas spectant, vel pertinere iure » successionis, aliove legitimo titulo possunt, recipere, retinere, administrare, deque iis contractus inire, atque in pios, honestosque usus » praesertim vero in bonum Monasterii per actus inter vivos, sive causa » mortis etiam per testamentum disponere possint. » Et haec S. C. litteris ad Episcopum Mimaten. datis die 2 Ianuarii 1836 ei significabat « Iucundissimum mihi fuit quod cognovi ex litteris Amplitudinis Tuae » die 15 Decembris p. p. relate ad. . . . Praeterea cum paupertatis vo» tum constanter, et integre servari non possit (a Monialibus Regni Gal» liarum in praesenti rerum statu) eisdem Monialibus permittitur, ut cum » debita a superioribus legitimis dependentia actus civiles emittant ad » haereditates obtinendas, si ad illas iuxta leges civiles vocatae sint, tum » etiam ut ad bonum Communitatis, vel ad praecavendas lites inter fa» milias testamentum condant. . . . . » Et Episcopo Tornacensi S. C. ex audientia SSmi die 30 Martii 1838 facultatem ad quinquennium concessit « indulgendi Monialibus in Monasteriis suae dioecesis degentibus, » ut cum plena ab Ordinario dependentia bona, quae ad ipsas spectant,

» vel pervenire iure successionis, alioque legitimo iure possunt, recipere, » retinere, administrare, deque iis contractus inire, atque in pios, ho- » nestosque usus praesertim vero in bonum Monasterii per actus inter » vivos sive causa mortis etiam per testamentum disponere possint. Cu- » ret autem praefatus Episcopus, ut Moniales tantummodo actus huius- » modi emittant (1), minime vero implicentur in bonorum administra- » tione, sed ipse idoneis personis, et praesertim iis, qui curam respe- » ctivi Monasterii habent, committat, ne ullo modo a regulari observan- » tia (Moniales) distrahantur. »

Quibus praemissis in generali coetu diei 14 Augusti 1863, proposita fuerunt dubia sub eadem formula, qua ad S. C. fuerant exhibita, scilicet:

« 1. An in statu praesentis disciplinae Moniales praedictae Sanctae » Clarae possint consuetudinem servare de reclamanda portione haeredi- » tatis, quae ipsis ex lege civili attribuitur? »

« 2. An possint supradicti in casu parentes (nempe consanguinei) tuta » conscientia quando pluries admoniti fuerint iura monialis recusare at- » tenta praesertim paupertate dictae Communitatis? »

Et Emi Patres, referente Emo Quaglia Praefecto, rescripserunt:

Ad 1. Affirmative, salvis quoad administrationem, usum, et dispositionem Constitutionibus Instituti;

Ad 2. Transmittatur ad S. Poenitentiariam.

14 Augusti 1863.

NOVARIEN.

Restitutionis dotis.

In Novariensi Dioecesi extat domus Sororum mulieribus infirmis ministrantium, quae vota simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae ad annum emittunt; eaque quotannis renovant; ac constitutiones ab Ordinario anno 1734 approbatas servant, non enim Instituti confirmationem ab Apostolica Sede expostulasse ullo modo constat. Porro in constitutionibus circa dotis restitutionem cautum est: « Le Suore, che per mero » capriccio vorranno partire, o per demeriti verranno licenziate, nel primo » anno pagheranno la dozzina rigorosa, ma passato l'anno anche per un » mese, non potranno più pretendere nè dote, nè scherpa; solo si lascia » all'arbitrio del Vescovo di accordare loro per i primi quattro anni dopo » il suo stabilimento quella parte di dote corrispondente al tempo, che

(1) Nempe actus a legibus praescriptos.

» sono dimorate nella casa, ed alla qualità del mancamento commesso, » per cui sono licenziate. Passati detti quattro anni la dote s'intende » applicata alla casa, ossia che escano le sorelle volontariamente, o che » siano cacciate per demeriti; e della scherpa si darà loro il restante » portato del proprio ». In praefata domo anno 1844 recepta fuit Carolina Molo persoluta a fratre suo Emmanuele Molo pro dote summa libellarum 3000.

Sed anno 1860 valetudinis causa, et habita venia ab Episcopo dicta Soror domum reliquit, et Monasterium S. Ursulae eiusdem Dioecesis ingressa est, in quo vota solemnia emisit. Et quoad dotem decrevit Episcopus, ut summa libellarum 2000 restitueretur eo vel magis quod rata libell. 500 dotis libell. 3000 ex conventione in compensationem expensarum vestitionis, et professionis Asceterio, quod expensas fecerat, cedere deberet.

Verum dictus Emmanuel Molo huic decreto minime acquievit, nam alteri suae Sorori integra dotis summa restituta fuerat. Hinc S. C. supplex adiit: « per una decisione, o almeno per una dichiarazione favore- » vole, onde la sua povera sorella non debba trovarsi nel caso di una » non improbabile soppressione violenta gittata sulla strada ».

Requisitus Episcopus de informatione, et voto referebat vi constitutionum ne summam quidem libell. 2000 restituendam esse, quae tamen a Sororibus dictae domus ex charitate tantum, cum declaratione ne transiret in exemplum concessa fuit: et ipsam Carolinam Molo nihil aliud petere ultra summam libell. 2000, et Antistitam Monasterii S. Ursulae scripto declarasse, sese receptam summam libell. 2000 satis habuisse.

Quaestio, de qua agebatur, parvi momenti in se ipsa erat; sed tamen cum respiceret quid iuris esset quoad restitutionem dotis in Institutis votorum simplicium (1), ideo enucleatius res acta est. Porro de dote, quae persolvitur ab Oblatis, Tertiariis, aliisque Sororibus vota solemnia minime profitentibus, agit Card. De Luca *De Dote Disc. 177 num. 9. et 10; et disc. 77. De Regul.*, et tradit: « quod de stricta, et rigorosa iu- » ris censura, neque ipsa Sors persoluta repeti posset, quodque ubi ex » quadam aequitate, vel congruentia praefatae restitutioni locus esse de- » beret, adhuc tamen sine dubio intraret refectio alimentorum, » existimat enim non agi de vera constitutione dotis, sed potius de vitalitii contractu.

Quoad oblatas Asceterii Septem Dolorum Neapolis locum esse restitutioni dotis edixit Sacra Rota in *Romana Primogen. De Caesar.* 13 *Ianuarii* 1687 *coram Decano* prout refertur *in Decis.* 12, *Tom.* 5, *p.* 1,

(1) De restitutione dotis relate ad Monasteria, in quibus vota solemnia emittuntur, superius relata legitur consultatio in *Tranen.* et *Baren.* p. 645.

Nuperrim. nempe in *Romana Rest. dotis cor. Scotto* 19 *Ianuarii* 1796 confirmata in *Decisione* 248 *l. c.* 22 *Aprilis* 1797 *coram Dell' Olmo,* in qua discrimen exponitur inter vera, ac proprie dicta monasteria votorum solemnium, et alia improprie dicta, in quibus vota simplicia emittuntur, nam in prioribus Monasteriis professio est omnino irrevocabilis, non tamen in secundis. S. C. C. in suis resolutionibus videtur quamdam distinctionem agnoscere inter casum, quo Soror professa votorum simplicium obierit, et alium, quo Soror ab Asceterio egrediatur. Et revera in *Placentina rest. Dotis* 14 *Ianuarii* 1730, in qua sermo erat de restituenda dote cuiusdam professae Clarae Polli defunctae, proposito dubio *An sit restituenda dos in casu?* Rescriptum fuit *Negative.* E contra in *Civitatis Castellanae* 3 *Martii* 1792 cum Tertiariae quaedam e suo Asceterio egressae fuerint, dotemque repeterent, in S. C. C. duo dubia proposita fuere, nempe: « 1. *An vota, quae profitentur a Religiosis Mulieribus Iesu et Mariae Terrae Fabriani sint solemnia, vel potius simplicia in casu?* 2. *An sit locus repetitioni dotium, vel potius restitutioni medietatis iam solutae per dictas Religiosas sororibus de Angelinis in casu?* Emi Patres rescripserunt: *Ad* 1. *negative ad primam partem, affirmative ad secundam? Ad* 2. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et amplius* (1).

Hac super re etiam huius S. C. EE. et RR. resolutiones habentur in *Comen.* quoad duas Sorores S. Ursulae, quae post emissa vota simplicia e Monasterio egressae erant. Porro S. C.: « Referente Emo d'Ilcio » Ponente, attentis relationibus Episcopi Comensis, et Nuncii Apostolici » Helvetiorum, censuit, si SSmo placuerit, rescribi posse iuxta votum » Episcopi, et Nuncii Helvetiorum; hoc est, quod Collegium non teneatur » illas recipere, nec illae obligentur redire ad Collegium; quod teneantur » dimittere habitum collegii, et dispensentur a tribus votis simplicibus, » quae emiserunt: Collegium teneatur dotes ab eis perceptas, nec non » mobilia existentia in earum cubiculis restituere. Romae 1 Decembris 1758. » Et facta de praemissis relatione in audientia habita die 16; Sanctitas » Sua benigne annuit, et decretum confirmavit » (2).

Clariora principia traduntur quoad dotium restitutionem in epistola eiusdem S.C. ad Vicarium Capitularem Ferrarien. scripta die 16 Iunii 1772, quae sic se habet: « Sulle rappresentanze da voi fatte alla S. C. de'VV. » e RR. per essere istruito circa li molti casi, che costà succedono delle » Oblate, che partono dai Collegi, o Conservatorî soggetti alcuni all' Or-

(1) In Constitutionibus cautum erat quod Tertiariae post professionem *non potranno più andarsene, o esser mandate via dalla Congregazione senza gravissima causa da riconoscersi, ed approvarsi dai Superiori, e dall' Ordinario.*

(2) Vide Regestrum Monialium.

» dinario, ed altri ai Regolari, e pretendono la restituzione della dote » pagata nell'ingresso o dai loro parenti, o con sussidî de' Luoghi pii, » questi Emi miei Signori mi comandano di scrivervi, che in questi emer- » genti vi regoliate secondo l'Istituto, e le Costituzioni legittimamente » approvate di ciascun Conservatorio o Collegio. E qualora le medesime » non vi somministrano sufficiente traccia, dovrete in primo luogo osser- » vare se le Oblate o Terziarie sieno astrette con alcun voto, o giura- » mento alla perseveranza nel Conservatorio o Collegio, donde vogliono » partire, nel qual caso dovendosi ottenere per l'egresso speciale indulto » dalla S. Sede, alla medesima ancora spetterà dichiarare ciascuna volta, » se sia luogo o no alla restituzione della dote, e se vada restituita alla » Terziaria, che parte, o ai Luoghi Pii, che hanno somministrati i sus- » sidî. Che se poi non hanno verun obbligo di perseveranza, dovete ri- » flettere, che simili Conservatorî senza legge di Clausura sono tollerati » solamente, ma non approvati dalla S. Sede stante la nota Constituzione » di S. Pio V, e perciò in tal caso la decisione dipende dalle ordinarie » leggi dei contratti, beninteso che in ogni caso di restituzione, i sus- » sidî somministrati dai luoghi pii non potranno mai sborsarsi all'Oblata, » almeno nella proprietà, ma dovranno ricadere ai luoghi pii medesimi. » Tanto etc. »

His aliisque sedulo perpensis in Congregatione generali diei 14 Augusti 1863 proposito dubio:

« Se, e come sia luogo alla totale o parziale restituzione della dote « nel caso? »

Emi Patres, referente Emo De Silvestri, rescripserunt:

Provisum per decretum Episcopi.

14 Augusti 1863.

PISAUREN. SEU MINORUM CONVENTUALIUM

Super iure funerandi.

Post invasionem maioris partis Provinciarum Ditionis Pontificiae a Militibus Pedemontanis factam Laurentius Valerius Gubernii Commissarius die 3 Ianuarii 1861 temerario ausu contra religiosas familias decretum edidit, quo factum est, ut nonnulli Regulares a propriis Coenobiis, et Ecclesiis expulsi fuerint. Inter Religiosos, qui vim passi fuerant, adnumerandi sunt Conventuales Pisaurensis Civitatis, qui e domo, et Ecclesia expulsi in privatas domos recesserunt, et indultum temporaneae saecularizationis ob expositas circumstantias obtinuerunt. Unus tantum, nempe

P. Mordini uti Custos, et Rector Ecclesiae ab Episcopo post suppressionem deputatus aliquo tempore in Conventu remanserat, a quo tamen deinde coactus fuit discedere, et incolere domum ad praefatum Conventum iam spectantem et ab eo seiunctam, quam *Capsa*, ita dicta *ecclesiastica*, occupaverat, et locaverat.

Cum P. Mordini ad vitae finem properaret, Parochus Cathedralis sacramenta ei adminstravit, eoque defuncto Capitulum in Cathedrali Ecclesia funus explevit. Quae omnia pacifice expleta fuerunt, et Correligiosi eidem Capitulo ob funebres honores P. Mordini praestitos gratias egerunt. At paulo post folium ad S. C. transmissum fuit a nemine subsignatum contra Parochum, et Capitulum Pisaurense, quo asserebatur praefatum funus non a Parocho, et Capitulo exsolvi potuisse, quia illius celebratio ad defuncti Correligiosos, vel etiam ad Regulares aliorum Ordinum ob Regularium privilegia de iure spectabat.

Moderator generalis Conventualium a S. C. requisitus existimabat quod defunctus religiosus tumulandus fuisset in propria Ecclesia, et a suis correligiosis funus explendum, vel eius cadaver in Ecclesiam eiusdem Ordinis Urbini existentem asportandum, ibique funus exsolvendum a Religiosis, qui expulsi minime fuerant, etenim illegitima suppresio privilegia Ordinis minime perimere potuerat: quod si Religiosi ex indulto apostolico extra claustra morantur, id S. Sedis indulgentiae et gratiae tribuendum erat, quae privilegiorum spolium non inducebat, et Episcopo non tamquam Ordinario, sed uti apostolico Delegato etiam in vim voti obedientiae subiiciebantur.

Parochus, et Capitulum iure ab ipso funus factum fuisse contendebat, quia de intelligentia Ordinarii, e quo Custodes Ecclesiarum suppressarum deputabantur, processerat, idque in consimili casu, ipso P. Mordini curante, evenerat.

Episcopus animadvertebat per illegitimam suppressionem non fuisse Religiosos iure funerandi directe privatos, sed in talibus rerum adiunctis positos, ex quibus exercitium praefati iuris cum statu, in quo Religiosi post dispersionem de facto positi fuerant, incompatibile evaserat; etenim cum Religiosi expulsi in diversis commorarentur paroeciis non poterant, nisi a Parocho ad Ecclesiam transferri, ita ut si extra Ecclesiam Parochialem sepulturam eligerent quarta funeraria Parocho exsolvenda foret. Mordinius vero nullam (prosequebatur Episcopus) sepulturam elegerat, idcirco ad Ecclesiam parochialem transferendum erat, ibique funus celebrandum.

Quae ab Episcopo in medium proferebantur, visa sunt iuri consona omnino esse. Et revera licet Religiosi a potestate laica nec expelli, nec privilegiis privari potuissent, tamen facto suppressionis eorum communitas

dissoluta fuerat, sublata Ecclesia, et Conventu; ex quo factum est ut nec religiosam familiam amplius constituerent nec liberum Ecclesiae et Conventus usum haberent: facto igitur etsi illegitimo in ea conditione positi fuerant, ut privilegio funeris agendi exercere minime possent. Et sane quis dispersos religiosos ad associationem cadaveris convocaret cum etiam proprio locali Superiore carerent? Sub qua cruce procederent eorum extincta communitate? Quin imo non possent extra proprium Conventum cum pompa inconsulto Parocho cadaver deferre cum id etiam vetitum sit Religiosis in communitate existentibus quando quis eorum extra claustrum per accidens moriatur, prout docent Petra, Pignatelli, Matteuccius, Ferraris « *Talis autem delatio inconsulto Parocho est facienda modo privato sine pompa, sine cruce et processione . . . cum ratio, et consuetudo non patiatur ut Regulares sine Parocho . . . procedant extra Monasterium processionaliter* ». Id citati scriptores extendunt ad Regularem, qui in itinere, vel ut hospes in Conventu alterius Ordinis obiret. Ipsa Glossa in Cap. *Religiosi* agens de Religioso qui in loco a suo Coenobio remoto moriatur, habet « *Sed quid si moriatur non electa sepultura? Communis opinio Doctorum est quod sepeliendus est in Ecclesia Parochiali, in cuius Parochia mortuus est* ». At Conventuales Pisaurenses in peiori conditione reperiebantur, quia eorum religiosa familia, quae cadaver reclamare posset, amplius non existebat, nec ipsi propria ecclesia libere uti poterant.

Nec suffragari videbantur quae a Superiore generali exposita fuerant circa translationem defuncti ad Ecclesiam Conventualium Urbini, et in ea tumulationem, nam licet in *Cap. 5 de Sepult. in* 6 edicatur: « *Religiosi, nisi a propriis monasteriis adeo forsan sint remoti, quod ad ea cum moriantur, commode portari non possint, nequeunt (cum velle, vel nolle non habeant) sibi eligere sepulturam, sed sunt apud sua Monasteria tumulandi* », quia, omissa exceptione ex notabili distantia a Conventu Urbini, relata dispositio respicit Religiosos, qui in communitate vivunt; sed in casu id minime locum habet, quin imo Religiosi huiusmodi dispersi ex temporaneo S. Sedis indulto extra claustra dimisso Ordinis habitu manent, ideoque externam relationem cum aliis religiosis familiis minime retinent, et ex ipso indulto *tenentur tantum ad substantialia votorum cum praesenti suo statu compatibilia,* et Ordinario subiacent, ideoque suis necessitatibus consulere, pecunias recipere, easque expendere possunt, nempe ob novam eorum conditionem, licet ex illegitimo facto subsequutam *velle, et nolle* super praemissis habent.

Ex quibus deducebatur Religiosos, qui in communitate non vivunt, nec liberum usum Ecclesiae et Conventus obtinent, sed dispersi extra claustra manent, quoad funus et sepulturam aequiparandos esse aliis Christifidelibus, et Parochis subiacere. Haec, aliaque hinc inde a partibus de-

ducebantur, quae enixe expostulabant, ut a S. C. certa norma daretur, ad quaerimonias removendas, cum enim plures essent Religiosi dispersi, alii casus contingere facile possent.

Proposita quaestio sedulo perpensa est in Congregatione generali habita die 26 Februarii 1864 cum dubio:

Se, ed a chi spetti il diritto di far l'esequie ai cadaveri dei Conventuali di Pesaro durante il presente stato di cose nel caso?

Cui Emi Patres, referente Emo Bizzarri, rescripserunt: Affirmative nempe Religiosos dispersos quoad funera subesse Parocho loci prout caeteri Parochiani.

26 Februarii 1864.

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI, SEU BONONIEN.

Jurispatronatus ecclesiastici.

Publico instrumento diei 28 Februarii 1707 Senator Buon-figlioli Bononiensis Civis iuspatronatus quatuor Ecclesiarum, et praesertim Ecclesiae parochialis S. Ioannis Baptistae loci *Castenoso* favore conventus Augustinianensium Bononiae renuntiavit. Defuncto anno 1782 dictae paroeciae Rectore Bianconcini, indicto concursu, approbatus fuit Presbyter Ioseph Antinori, quem deinde Capitulum conventuale praefati Coenobii elegit, et praesentavit Emo Archiepiscopo, ut ei canonicam institutionem daret, prout reapse concessit.

Cum dicta Paroecia iterum anno 1817 suo viduata pastore ob illius mortem remansisset, illam Emus Archiepiscopus libere Presbytero Martino Amadori contulit, nam memoratus Conventus nondum restitutus fuerat. Mense Martii 1863, curante Bononiensem Ecclesiam Vicario Capitulari, per obitum Parochi iterum vacavit.

Religiosi eiusdem Conventus, qui in pristinum restitutus tunc reperiebatur, contendebant ad eos spectare ius praesentandi quem ipsi digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicaverint, ut a Vicario Capitulari institueretur, cum enim ageretur de iurepatronatus ecclesiastico, et institutio ad Vicarium Capitularem pertineret, procedendum esse existimabant iuxta decretum Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 18 de Reform., quod ius eligendi digniorem, illumque Episcopo praesentandi patrono ecclesiastico attribuit, excepto tantum casu, quo *institutio ab alio, quam ab Episcopo, erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei praesentet, ad quem institutio pertinet.*

Verum Vicarius Capitularis autumabat Beneficium curatum in casu

esse reservatum Datariae Apostolicae, cum Beneficia iurispatronatus ecclesiastici reservationibus subsint, ideoque ius sibi competere eligendi digniorem, nam iuxta tradita a Bened. XIV. *De Synodo Dioecesana* lib. 4, cap. 8, n. 10, huiusmodi ius, quod proprium foret Episcopi, eo defuncto in Vicarium Capitularem transfertur, quando provisio, seu institutio Paroeciae S. Sedi reservata sit.

Praemissa facti specie, et rationibus hinc inde deductis, in disceptatione causae Emi Patres animadvertebant iuspatronatus, de quo agitur, licet in origine laicalis fuerit, tamen cum a Patrono concessum sit personis ecclesiasticis quales sunt Religiosi, factum fuisse ecclesiasticum ex *cap. unico de Iurepatrontus in 6:* Beneficia iurispatronatus ecclesiastici subesse reservationi mensium, nempe Reg. IX Cancellariae, quia in ea *reservantur beneficia ecclesiastica . . . in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobris et Novembris mensibus . . . vacatura ad collationem, provisionem, praesentationem. . . . quorumcumque Collatorum* . . . . . non tamen reservationi, quae cadit sub regula II, quaeque respicit beneficia, Sede Episcopali vacante, conferenda, etenim clare, et expresse a reservatione excluduntur beneficia « *ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius praesentationem, vel electionem pertinentia* »: idque Doctorum auctoritate confirmabatur.

Et revera *Reclusio de Concursibus p.* 2, tit. V, §. 105 habet: « Si » contingat Episcopalem Ecclesiam suo Pastore viduari, tunc Beneficia, » quae ad defuncti Episcopi liberam collationem pertinent, Sedi Aposto» licae reservantur ». Porro beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici non pertinent ad liberam Episcopi collationem. Rigantius *in Commentariis* ad reg. II. tom. 1, Reg. 2, §. 3, n. 159, docet, quod Regula II. « Non comprehendit beneficia . . . . quae provideri debent ad alterius » praesentationem, vel electionem, seu supplicationem; nam ea beneficia » vacantia Sede Episcopali vacante sunt reservata Sedi Apostolicae, quo» rum collatio est libera, et ad solam dispositionem Ordinarii absque al» terius collatione, electione, praesentatione, seu supplicatione spectant ». Hanc esse Cancellariae Apostolicae praxim Pyrrus Corradus tradit in *Praxi benef.* lib. 3, cap. 6, n. 71 et seq.

At certum in iure est quod: « Etsi Capitulum sede vacante bene» ficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit; prae» sentatos tamen a Patronis potest admittere . . . in beneficiis, licet » ad Episcopum si superesset, admissio et institutio pertineret ». Ex *Cap. Etsi De Inst. in 6.* Quapropter Passerinius ad dictum Cap. n. 2, in genere concludit. « *Et intelligitur* regula universaliter sive patronatus sit » Laicus, sive Clericalis, sive sit Religiosus . . . Sic igitur potestas prae» sentatos instituendi Sede vacante devolvitur ad Capitulum ». Quod confirmat Gonzalez *in Comm. ad Decret.* ad dictum Cap. n. 5.

Cum igitur beneficium vacaverit mense Martii, qui in Reg. IX minime reservatus est, nec Vicarius Capitularis iuxta secundam partem eiusdem regulae alternativa gauderet, et reservatio procederet ex regula secunda, quae beneficia etiam iurispatronatus ecclesiastici minime comprehendit, prono alveo profluebat, institutionem beneficii in casu ad Vicarium Capitularem, et non ad Datariam Apostolicam pertinere ideoque primam partem citati decreti Tridentini quoad electionem dignioris locum habere.

Dubio igitur: « Se, e come durante la vacanza della Sede arcive-
» scovile di Bologna, il diritto di scegliere il più degno tra gli approvati
» nel concorso per la parrocchia di Castenoso spetti al Vicario Capitolare,
» salvo ai RR. Patroni Agostiniani il diritto della presentazione; ovvero
» tanto il diritto della sudetta scelta, quanto della presentazione appartenga
» esclusivamente ai Patroni medesimi nel caso? »

Emi Patres in generali coetu diei 4 Martii 1864, referente Emo Bizzarri, rescripserunt: Negative in omnibus ad primam partem; affirmative ad secundam (1).

4 Martii 1864.

PATAVINA

Decimarum.

Monasterium Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti loci *Praglia* Dioecesis Patavinae quaedam possidet praedia, quae obnoxia sunt oneri decimae favore praebendae canonicalis SS. Fabiani et Sebastiani in Cathedrali Ecclesia existentis; et obligationi praestandi partem fructuum, quam *Quartese* vocant, favore Parochi loci *Brusegana*.

Cum Gubernium efformare vellet locum pro exercendis militibus, quem *Campo di Marte* vocant, partem dictorum praediorum, quae enunciato onere decimae, et quartese gravabantur, constituta annua responsione, a praefato Monasterio prius ad triennium conduxit, et deinde aucta quantitate areae ex iisdem praediis, et annua responsione ad novennium conducere proposuerat.

Hinc cum dicta praediorum pars a cultura ob intentum a gubernio usum cessaverit, et insuper cessare deberet, Monasterium a praestanda decima, et quartese sese eximi posse autumabat, etenim quoad priorem contractum Tribunalia civilia sententiam, quae Monasterio favebat, pro-

(1) Quamvis huius Collectaneae editio anno 1863 incoepta fuerit, tamen eodem anno minime expleri potuit, ideoque in ea referuntur etiam nonnullae Consultationes ann. 1864, 1865 et 1866.

tulerant. Et revera, Monachi prosequebantur, decimae persolvendae sunt ex fructibus naturalibus, qui ex praedio decimano producuntur; cum igitur in casu praedia ab omni cultura, et fructu naturali producenda cessaverint, etiam onus decimae, et quartese cessare debet; nemo enim scilicet nec locator, nec conductor ex praedictis praediis naturales fructus percipit; nec huiusmodi cessatio culturae Monasterio ullo modo imputari potest.

E contra Episcopus partes Parochi et Canonici suscipiens animadvertebat decimas esse quidem partem fructuum, ideoque directe fructus, indirecte tamen proprietatem afficere, ideoque onere decimam praestandi dominum teneri; quod si decimans conductorem ad eam persolvendam urgere possit, conductorem ea tantum ratione obligari, qua dominum fundi decimani repraesentat: quapropter locatorem in ineundo locationis contractu cavere debere de decimantis indemnitate, et decimarum rationem habere vel imminuendo pro rata decimae responsionem, et obligando conductorem ad decimam persolvendam, vel praeservando sibi onus solutionis favore decimantis, alias vel iniuste contra conductorem ageret, vel cum decimantis iactura locupletior fieret: neque dominum data opera incultum, et infructiferum fundum reddere posse, cum praciudicium iuri quaesito decimantis inferre nequeat: quod si praedium ad alium usum quam culturae tertio locaret, responsionem uti surrogatum fructibus naturalibus habendum esse: iis accedere in Cap. *In aliquibus 32 De Decimis* statutum esse: « Ut domini talibus personis et taliter sua praedia » excolenda committant, quod absque contradictione ecclesiis decimas cum » integritate persolvant », qui canon etsi impossibilitatem moralem exigendi decimas respiciat, eum tamen ad casum, de quo agitur, extendi posse, cum etsi impossibilitas moralis non interveniat, physica tamen ob fructuum defectum habeat locum: tandem nullam difficultatem facessere rem iudicatam, nam ab incompetente tribunali nempe laico provenit, et insuper cum ea ad priorem contractum dumtaxat referatur, secundum minime comprehendere posse (1).

Quibus, aliisque perpensis proposito dubio in Congregatione generali diei 4 Martii 1864:

Se, e come, ed a carico di chi costi del diritto di esiger la decima ed il quartese nel caso?

(1) De Iudice competente in causis decimarum consulendus est Bened. XIV *de Synod. Dioeces. lib. 9, cap. 9, n. 7.* Plura de decimis, quae ad hanc causam aliquo modo referri possunt, tradit Card. De Luca *De decimis disc. 21.* Relate ad dictum Cap. *In aliquibus* legi poterunt Gonzalez et Fagnan. *De offic. et Potest. iud. rel. Cap. sane, n. 19.* Quando fundus decimanus in emphyteusim datur quibus debeat decimas solvere vide *Cap. a nobis 24. de decimis. Cap. fin. §. ceterum de decimis in 6.* S. C. C. in *Pisauren. decimarum 24 Martii 1792, ad 2 dubium.*

Emi Patres, referente Emo Bofondi, rescripserunt: Affirmative in omnibus, et decimas ac quartese esse praestandum a Monasterio in summa ab Ordinario determinanda.

4 Martii 1864.

TARVISINA.

Dubia super sacra ordinatione, et aliis.

Anno 1802 a Fratribus Cavanis erecta fuit Venetiis pia Congregatio Presbyterorum a *charitate* nuncupata, ut eius Alumni curam puerorum gratuito susciperent qua sacris exercitationibus in Oratoriis, qua institutione in scholis, qua subventionibus, aliisque subsidiis ad eorum temporales levandas necessitates. Pluries approbationem ab Apostolica Sede Fundatores expostularunt, sed cum maxima circumspectione et prudentia S. C. in huiusmodi approbationibus procedere soleret, nonnisi die 21 Augusti 1835 concessa fuit approbatio Instituti cum votis simplicibus, et sub iurisdictione Ordinariorum.

Cum in primaeva institutione nulla de emittendis votis mentio facta fuisset, nec satis constaret in quo praecise Ordinariis locorum subiicerentur, quasdam declarationes praefati Presbyteri a S. C. petierunt, et eidem Constitutiones subiicierunt ad hoc concinnatas, ut memoratae S. C. resolutioni se se conformarent. Die 23 Septembris 1836 S. C. declaravit, Alumnos dictae Congregationis suorum bonorum dominium, non vero usumfructum retinere: et statutum fuit ipsorum vota eousque obligare quousque Alumni in Congregatione permanserint, eos enim qui aut sponte discederent, aut prudenti Superiorum iudicio dimitterentur, eo ipso, et sine ulla dispensatione praedictis votis exsolvi. Constitutiones praescriptis nonnullis immutationibus confirmatae fuerunt: quarum aliqui tantum, qui ad rem faciunt, articuli hic referuntur:

« §. 8 – Singulae domus . . . immediate iurisdictioni proprii Ordi-
» narii subiectae erunt, firma tamen Superiorum auctoritate erga subditos,
» ac bonorum temporalium administrationem et observantiam nostrarum
» Constitutionum (1).

» §. 9 – Quaelibet Domus Instituti subdita sit tamquam Superiori

(1) Ita conciliata est iurisdictio Ordinarii cum Superiorum auctoritate; quod in praecedentibus litteris Apostolicis desiderabatur: hinc factum est, ut Congregatio praefata quoad Institutum, bonorum administrationem, et constitutionum observantiam ab Episcopis independens sit; in reliquis vero iis subiiciatur et praesertim relate ad visitationem Ecclesiae, res sacras, approbationem Confessariorum etiam pro Congregationis Alumnis.

» Provinciali illi, qui Domui Venetiis existenti pro tempore praepositus » fuerit; et similiter in quolibet regno unaquaeque domus Superiorem ha- » beat provincialem, qui pro tempore rexerit primam in illo regno canonice » erectam.

» §. 10 – Superioris provincialis erit cuique domum in qua resi- » deat, assignare, de una in aliam (intra tamen limites suae provinciae) » transferre. »

Domus dicti Instituti etiam extra Venetiarum Dioecesim erectae fuerunt, et praesertim in Dioecesi Tarvisina. Porro cum nonnulli Alumni eiusdem Congregationis ab Episcopo Tarvisino expostulaverint, ut ad Ordines ab eo promoverentur, quia in domo illius Dioecesis commorabantur, quaedam promota fuerunt dubia tum circa eorum ordinationem, tum relate ad iurisdictionem, quam Ordinarius loci in eos exercere potest, nempe: 1. An Episcopus Tarvisinus eos ordinare possit recepta tantum attestatione Superioris, qua declaret ipsos ad suam Congregationem spectare, seu potius servanda sint, quae in Constitutione Innoc. XII incipien. *Speculatores* praescribuntur? 2. An idem facere possit quoad alios Ordines Episcopus, in cuius Dioecesim Alumni translati fuerint postquam aliquem ordinem ab alio Episcopo susceperint? 3. Cum ordinati promittant obedientiam Episcopo ordinanti, poterit Superior absque intelligentia et beneplacito Episcopi eos alio transferre? 4. Si discedant a Congregatione subiiciuntur ne iurisdictioni Episcopi, in cuius Dioecesi domus existit, vel Episcopo, cui ante professionem subiiciebantur?

Superior praefati Instituti fatebatur suam Congregationem nulla exemptione, aut privilegio frui. Existimabat vero quoad ordinationem illum habendum esse proprium Episcopum, in cuius Dioecesi extat domus, ubi ordinandus commoratur, ea etiam ratione, quia Episcopi originis, et domicilii iuxta decretum S. C. *super statu Regularium* concedere debent iis, qui aliquod Institutum etiam votorum simplicium amplecti volunt, litteras testimoniales, quas ipse uti litteras remissoriales, sive excardinationis haberi posse autumabat. Relate vero ad dependentiam ab Ordinario concedebat Alumnos Congregationis Episcopo loci subiectos esse in omnibus, iis tamen exceptis, quae Constitutionibus repugnant. Emus Patriarcha Venetiarum de sua sententia a S. C. requisitus respondebat ipsum potuisse ad ordines promovere Alumnos dictae Congregationis attentis litteris testimonialibus, de quibus supra, ab Ordinario originis, vel domicilii occasione ingressus in Institutum concessis; alios vero Episcopos eosdem Alumnos non posse ad ulteriores ordines promovere, quia eadem Congregatio de Regularium privilegiis non participat. Quod vero spectat ad eorum de una in aliam domum translocationem existimabat ad eam de intelligentia tum Episcopi domus *a qua*, tum Episcopi domus *ad quam*

procedendum esse. Tandem relate ad Alumnos, qui a Congregatione discedunt, eos sub iurisdictione Episcopi originis redire autumabat.

At Emus Relator nonnullas quoad singula dubia animadversiones Patribus Cardinalibus subiiciebat. Quoad primum et secundum exponebat Praelatos Regulares posse concedere suis subditis regularibus dimissorias ad ordines vi cap. *Abbas* 3, *de privilegiis in* 6, Conc. Trid. *sess.* 23 *de refor. cap.* 10, servatis tamen legibus et conditionibus praescriptis in decreto Clem. VIII 1596, et in Const. Bened. XIV *Impositi nobis* 27 Februarii 1747; sed huiusmodi privilegium respicere dumtaxat vere et proprie dictos Regulares, nempe eos, qui vota solemnia emittunt; neque Alumnos Institutorum, in quibus emittuntur vota simplicia, frui posse hoc Regularium privilegio, nisi eis expresse concedatur: quapropter, ita prosequebatur, nonnullae ex hisce Congregationibus speciale indultum a S. Sede pro concedendis dimissoriis expostularunt. Hoc privilegium consequuta est Congregatio Presbyterorum Missionis, aliaeque etiam nuperrimis temporibus, ex. gr. haec S. C. illud die 27 Septembris 1838 concessit Societati a *Misericordia* nuncupatae Lugduni erectae, et a S. Sede approbatae quod hisce verbis expressum legitur: « Affirmative pro Alu» mnis, qui in Congregatione iam cooptati sunt, vel in posterum coopta» buntur cum litteris excardinationis Ordinariorum Originis, et postquam » vota iam emiserint, et reformentur preces ita ut intelligatur salva Const. » Bened. XIV, *Ex quo dilectus* (1) ». Hanc facultatem minime concessit in *Lugdunen.* 21 *Septembris* 1838 *super approbatione Statutorum Sodalitatis Cler. Catechistarum S. Viatoris.* Eam tamen tribuit in *Novarien. super Congregatione a charitate nuncupata die* 20 *Dec.* 1838.

Cum igitur Congregatio Presbyterorum a charitate Venetiarum, quae plane distincta est ab alia eiusdem tituli Novariae instituta, nullum privilegium obtinuerit, legem communem, nempe Const. Innocentii XII incipien. *Speculatores* quoad alumnorum ordinationem servare debet. Nec eius Alumni verum domicilium in domo, in qua commorantur, acquirere possunt; etenim iuxta eius Constitutiones de una in alteram domum transferuntur; nec eis suffragantur litterae Ordinariorum a S. C. *super Statu Regularium* decreto diei 25 Ianuarii 1848 praescriptae ad effectum dumtaxat in aliquod institutum ingrediendi, quibus Ordinarii nec consensum praestare, nec excardinationem concedere, sed debent dumtaxat testari de natalibus, aetate, moribus, vita, fama, conditione, educatione, scientia etc., quin ipsis umquam liberum sit huiusmodi testimoniales litteras denegare. Quapropter huiusmodi litterae nec speciem quidem litterarum dimissorialium ad effectum Sacrae Ordinationis, vel remissorialium ad effectum ex-

(1) Quoad hanc reservationem vide supra pag. 432 in *Pinarolien.* Cong. Oblat. B. M. V. diei 28 Iulii 1837 ad 2 dubium.

cardinationis praeseferunt, sed potius constituunt attestationem de vita, et moribus, ut Superiores qualitates eorum, qui ad habitum admitti petunt, agnoscere possint.

Ita in praxi servatur quoad huiusmodi antiqua Instituta, quae privilegiis carent. Id testatur Onorante *in praxi Vicariatus Urbis* pag. 130, et 131, scribens de Presbyteris Oratorii, qui privilegio Ordinationis in alma Urbe non fruuntur: « Semper eorum Clerici promoti sunt cum lit- » teris dimissorialibus Episcoporum originis ad titulum beneficii, seu pa- » trimonii ab iisdem Episcopis approbati. » Insuper « Patres Congregationis » Piorum Operariorum..... cum sint de coetu Presbyterorum saecula- » rium, nec ullum habeant privilegium..... promoveri debent, uti de » facto promoventur, cum litteris dimissorialibus suorum Ordinariorum » ad titulum beneficii vel patrimonii ».

Haec satis esse videbantur pro primi et secundi dubii resolutione. Ad tertium dubium, quod attinebat, primo quidem idem Emus Relator animadvertebat Congregationes, in quibus non emittuntur vota solemnia, nec privilegium exemptionis hebetur, Episcopis subiectas esse, excepto eorum Instituto, sive iis, de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis a S. Sede approbatae, prout patet ex resolutionibus S. C. diei 30 Decembris 1757 et 1826 *quoad Presbyteros Oratorii editis* (1).

Porro in Constitutionibus huius Congregationis iuxta superius relatos firma remanet superiorum auctoritas erga subditis, ac bonorum temporalium administrationem, ac observantiam Constitutionum; et Superiori conceditur facultas alumnos de una in aliam suae provinciae domum transferendi, nulla facta favore Ordinarii reservatione; igitur Ordinarii locorum super praemissis iurisdictionem exercere minime possunt: ac proinde Provincialis liberam habet potestatem alumnos transferendi. Si enim in translationibus aliquam dependentiam ab Ordinariis S. C. servari voluisset, prout in nonnullis Sororum Constitutionibus factum est. Nec hoc aliquid novitatis sapit, nam in instructione a S. C. data anno 1859 quoad Congregationem *pauperum Sororum Bavariae* legitur: « La Superiora ge- » nerale potrà cambiare le Suore da una casa all'altra; e nell'esercizio » di queste sue speciali attribuzioni non dipende dal Vescovo ». Innocentius X nonnullos Conventus subiecit iurisdictioni Episcoporum; hinc sub Alexandro VII quaedam dubia exorta sunt, inter quae dubium XIV ita se habet: « Si provincialis, vel superior localis voluerit aliquem ex Fratri-

(1) Vide superius pag. 49, 155, 433, ubi ex professo hac de re actum est: et doctrina ibi exposita prae oculis habenda est in interpretatione responsi dati die 27 Februarii 1863 in *Rehdonen.* pag. 155 et 156: nam etiam in eo habetur clausula *salvis Statutis, et Constitutionibus ab Apostolica Sede approbatis.*

» bus a tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit? Et S. C. » super statu Regularium *respondit:* non posse ».

Quod vero obiiciebatur ex promissione, quae fit Episcopo in ordinatione nullam difficultatem facessere exponebatur si ea quae tradit S. Alphonsus De Ligorio in Theol. Moral. perpenderentur: « Sacerdos (inquit » S. Alphonsus) in sua ordinatione promittit obedientiam Episcopo. Hinc » quaeritur ad quid teneantur Sacerdotes? Bened. XIV in Const. *Ex quo* » *dilectus* diei 14 Ianuarii 1747 sic explicat: Agnoscimus Presbyterum » huiusmodi promissionis vi ea lege inter alias adstrictum teneri, ut a » servitio Ecclesiae, cui addictus fuerit, discedere nequeat sine licentia » Episcopi. Hoc tamen intelligendum, nisi Presbyter etiam Parochus ve- » lit transire ad aliquod Monasterium, vel regularem Canonicam, ut ha- » betur in cap. *Duo sunt, can.* 19, q. 2, tunc enim (ut ibi statuit Ur- » banus II) potest libere discedere etiam contradicente Episcopo ». Ex quibus deducitur huiusmodi promissionem non impedire quominus Presbyter possit statum perfectiorem amplecti, eoque assumpto legibus illius obstringi, et praesertim voto obedientiae, quam professus suo Superiori praestare tenetur, quaeque incompatibilem reddit cum novo statu vim promissionis Episcopo factae. At Constitutio Bened. XIV extendi debet etiam ad eos, qui vota simplicia emittunt, prout a S. C. declaratum fuit die 21 Iulii 1837 in citata *Pinarolen.*, ne impediatur vocatio ad statum perfectiorem; ergo in casu Alumni dictae Congregationis debent potius obedire suo Superiori quam Episcopo in iis, quae Institutum, et observantiam Constitutionum respiciunt, etsi non agatur de Congregatione ab Episcopi iurisdictione exempta.

Ad quartum dubium definiendum referebatur resolutio S. C. C. in *Reatina residentiae,* diei 26 Ianuarii 1833; nempe quidam Gaspar Brizi ex Reatina Dioecesi professionem emiserat in Congregatione Missionis, et acceptis dimissoriis ab illius Superioribus etiam ad Presbyteratus Ordinem ab Emo Urbis Vicario promotus fuerat, nam illa Congregatio privilegium habet suis alumnis dimissorias ad Ordines concedendi. Deinde vero a Congregatione dimissus, ab emissis votis simplicibus liber evasit, et ad patriam familiamque suam rediit: nullum tamen Beneficium ecclesiasticum ab Episcopo obtinuit, sed dumtaxat Scholis Municipii, quibus laicalis Cappellania adnexa reperiebatur, praefectus fuerat, in quo munere ad quinquennium circiter remanserat. Et tamen praefata e Dioecesi inconsulto Episcopo discessit, ipse enim Ordinario Reatino minime se devinctum esse existimabat, quia professionem in dicto Instituto emiserat, Ordines ab Emo Urbis Vicario sine dimissoriis Episcopi Reatini susceperat, nec post egressum ullum ecclesiasticum beneficium ei ab Episcopo collatum fuerat, nec verum domicilium in patria sua, quam antea reliquerat, denuo acqui-

siverat. At Episcopus Reatinus autumabat ius sibi spectare Britium in Dioecesim revocandi, nam licet fateretur ipsum ab iurisdictione Ordinarii originis subtractum fuisse ex suscepto Missionariorum instituto, quandoquidem privilegium hoc est perfectioris vitae; verumtamen cum cessante causa cesset effectus, ita arbitrabatur ex suscepti Instituti dimissione desiisse in Britio causam, quae illum ab sui Episcopi potestate exemerat.

Proposito igitur dubio: *An, et quomodo Sacerdos Gaspar Britii cogi possit, ut in Dioecesim Reatinam revertatur?* S. C. C. rescripsit: *Affirmative, dummodo de congrua eidem ab Episcopo provideatur.*

Decidendi ratio magis valere in praesenti casu asserebatur, nam in Congregatione Missionis vota simplicia perpetua sunt, et Superiores facultatem habent concedendi dimissorias ad ordines; in Instituto vero, de quo agitur, vota non sunt natura sua perpetua, cum ipsi alumni possint pro illorum lubitu discedere; et ad Ordines promoveri nequeunt sine proprii Episcopi dimissoriis iuxta praescriptum Constitutionis Innocentii XII, quapropter iurisdictio Episcopi originis vel domicilii suspensa tantum est, donec Professi in Instituto remanent; et post egressum cessat causa, ob quam illius exercitium suspensum fuerat.

Ita praemissa disceptatione in plenario conventu diei 6 Maii 1864 exhibita fuere sequentia dubia iis ipsis verbis, quibus ab Episcopo Tarvisino fuerant concinnata; nempe:

« 1. Se, e come il Vescovo di Treviso possa ammettere alla ordinazione i membri dell'Istituto di Carità sull'attestato del Superiore della » Casa dichiarante, che sono ascritti alla Casa medesima; ovvero siano necessarie le dimissorie e testimoniali del Vescovo di origine o domicilio » a forma della Costituzione della S. M. Innocenzo XII, che incomincia » *Speculatores?*

» 2. Se, e come lo stesso debba dirsi de' membri già promossi alla » tonsura o altro ordine da altro Vescovo?

» 3. Se, e come, non ostante la loro promessa di obbedienza al Ve» scovo di Treviso fatta nella ordinazione, sia libero ai Superiori dell'Isti» tuto trasportare i membri medesimi in altra provincia senza dipendenza, » o intesa del Vescovo prelodato?

» 4. In caso di egresso dall'Istituto per dimissione, o dispensa, i me» desimi appartengono alla giurisdizione del Vescovo, ove è situata la casa, » a cui sono ascritti, o al Vescovo, al quale erano soggetti anche prima » dell'ascrizione all'Istituto? »

Emi Patres, referente Emo Bizzarri, rescripserunt:

Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 2. Affirmative in omnibus.

Ad 3. Superiorem provincialem posse libere uti facultate transfe-

rendi Alumuos Provinciae iuxta Constitutiones ab Apostolica Sede approbatas.

Ad 4. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam (1).

6 Maii 1864.

ALEXIEN.

De Episcopo Regulari quoad regulae observantiam.

Episcopus Alexien. Aloisius Ciurci Ordinis Minorum de observantia exponebat iuxta Constitutionem Bened. XIII diei 7 Martii 1725 incipien. *Custodes,* imponi suspensionem *ipso facto* incurrendam Episcopis regularibus, qui regulam proprii ordinis non servant in iis omnibus, quae eorum statui non repugnant; ideoque Romanum Theologum in animadversionibus in bibliothecam Lucii Ferraris docere Episcopos regulares peccare mortaliter si secus egerint. At vero, ita prosequebatur, S. Rota in *Vilven. Ordinis S. Basilii diei* 3 *Aprilis* 1761 statuebat quod ut primum Regularis ad Episcopatum promovetur, a iugo regularis observatiae liberatur: et S. Alphonsus de Ligorio Lib. IV, dub. 1, q. 2, sibi proponit dubium *Utrum Episcopus regularis teneatur ad observantiam suae Regulae?* et innixus canoni *Monachus* respondet: *probabilius esse, quod ipsi sub nulla culpa sint ad Regulam obligati, sed solum ex honestatis debito; quod autem debitum ne sub levi quidem obligat.* In hac sententiarum discrepantia Episcopus Orator enixe expostulabat, ut Apostolica Sede certam normam praescriberet, cui Episcopi regulares tuto se se conformare possent.

(1) Ex hac resolutione ad 4 dubium apparet haud iuri conformem esse illorum antistitum agendi rationem, qua renuunt recipere in suas Dioeceses Alumnos alicuius Instituti votorum simplicium, qui ad easdem Dioeceses ante professionem pertinebant, quique deinde ab Instituto, seu Congregatione dimissi sunt, vel ab iisdem votis dispensationem obtinuerint, ea tantum de causa, quod in aliquo Instituto professionem emiserint, licet antea eorum iurisdictioni subiicerentur. Nec opponi potest praxis S. C., quae servatur in concedendis indultis saecularizationis Professis votorum solemnium, pro quibus ordinarie loquendo requirit S. C. acceptationem Episcopi benevoli receptoris; nam Professi votorum solemnium ob statum permanentem, quem amplexi sunt, in perpetuum a iurisdictione Episcoporum omnino subtrahuntur, quod locum non habet quoad Professos votorum simplicium, qui dimitti et dispensari solent. Dixi *ordinarie loquendo,* quia S. C. aliquando, si gravis causa concurrat, cogit Episcopos ad recipiendos in suas Dioeceses Saecularizatos, qui ante solemnem professionem eorum iurisdictioni subiiciebantur. Id tamen raro admodum durante meo munere factum est, licet S. C. *super Statu Regularium* declaraverit posse ad effectum reformationis Ordinum Regularium obtinendae etiam invitis Episcopis saecularizationes concedi caute tamen, et prudenter perpensis peculiaribus rerum adiunctis.

Re igitur ad S. C. EE. et RR. ablegata illius examen duobus Consultoribus commisit, qui elaboratum votum emiserunt, cuius summa hic refertur.

Primus Consultor tradebat Episcopum regularem observantia votorum solemnium ab eo emissorum teneri; idque probabat ex communi Theologorum sententia, et praesertim ex Salmaticen. tract. 15 de statu relig., cap. 5, ex S. Alphonso, qui ait: « Tum quia religiosus factus Episcopus » remanet Religiosus . . . ergo manet adstrictus votis, quae sunt de » essentia Religionis . . . tum quia vota personalia comitantur personam » in quantum sunt compatibilia cum suo statu ».

Deinde Consultor referebat S. Thomae doctrinam, qui art. 8, q. 185, 2, 2, quaerit: « Utrum Religiosi, qui promoventur in Episcopos, teneantur ad » observantias regulares, et respondet . . . Sic ergo dicendum est, quod » si quae sunt in regularibus observantiis, quae non impediant pontifi- » cale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est » continentia, paupertas, et alia huiusmodi, ad haec remanet religiosus, » etiam factus Episcopus, obligatus, et per consequens ad portandum ha- » bitum suae Religionis, quia est huius obligationis signum ».

Deinde S. Doctor solvit obiectiones desumptas ex C. *Statutum*, in quo habetur: « Monachum canonica electio a iugo regulae monasticae profes- » sionis absolvit, et sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit . . . . » Quem Sacra Ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hae- » res, paternam sibi haereditatem iure vindicandi potestatem habet ». Respondens ad primam difficultatem: « Ille qui fit de monacho Episcopus, » absolvitur a iugo monasticae professionis non quantum ad omnia, sed » quantum ad illa, quae officio pontificali repugnant; » et ad secundam: « Proprium nullo modo habere possunt. Non enim paternam haereditatem vindicant quasi propriam, sed quasi Ecclesiae debitam. Unde ibi- » dem (c. *statutum*) subditur quod postquam Episcopus ordinatur ad Al- » tare, ad quod sanctificatur, et intitulatur, secundum sacros canones, » quod acquirere poterit, restituat. Testamentum autem nullo modo fa- » cere potest, quia sola ei dispensatio committitur ». Et quoad votum obedientiae docet: « Hoc est per accidens, quod Episcopi religiosi obe- » dire praelatis suarum religionum non tenentur, quia scilicet subditi esse » desierunt, sicut et ipsi praelati religionum: manet tamen adhuc obli- » gatio voti virtualiter, ita scilicet, si eis aliquis praeficeretur, obedire » tenerentur, in quantum tenentur obedire statutis regulae per modum » praedictum, et suis Superioribus, si quos habent ».

Hinc patere aiebat quomodo S. Rotae superius citata decisio intelligenda sit, nempe iuxta C. *Statutum;* agebatur enim de donatione facta ab Episcopo regulari favore causae piae.

Postea Consultor gradum faciebat ad obligationem servandi statuta regulae, et opinabatur Episcopos regulares teneri ad observantiam illorum statutorum, quae perfectioni et pontificali statui non opponuntur. Id probare satagebat auctoritate S. Thomae, qui loco citato, q. 185, habet: « Siqua sunt in regularibus observantiis, quae non impediunt pontificale » officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est conti- » nentia, paupertas, *et alia huiusmodi*, ad haec remanet religiosus etiam » factus Episcopus obligatus. Siqua vero sunt in observantiis regularibus, » quae officio pontificali repugnant, sicut est solitudo, silentium, et aliae » abstinentiae, vel vigiliae graves, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum pontificale officium, ad huiusmodi observanda non » tenetur ».

At Episcopus regularis, ita prosequebatur Consultor, tenetur ad observantiam statutorum regulae sub culpa etiam gravi, vel tantum ex quadam morali honestate? Salmaticenses docent: « quoad vim coactivam non » obligari, idest quoad poenas, et censuras in eis contentas . . . Tenetur obedire statutis regulae saltem quoad vim directivam » . . . . Addunt: « ipsum teneri ex quadam decentia, et morali honestate »; quibus suffragatur Sylvius. Et deinde aiunt: « Difficultas ergo est in praesenti, » an vinculo legali, et quoad culpam teneantur ad dictas observantias, » quae non pugnant cum suo munere »; et concludunt: « Probabilior sententia est non obligari sub culpa; ut enim obliget hoc pacto talis debet » esse regulae subiectus: Religiosus vero factus Episcopus a iugo regulae liberatur ».

Hanc sententiam S. Alphonsus amplexus est sese ad Salmaticenses referendo, nulla habita ratione Constitutionis Bened. XIII diei 7 Martii 1725 incipien. *Custodes*. Porro in dicta Constitutione haec habentur: « Haec tamen, quae ex venerandis Ecclesiae monumentis adduximus per » humanam corruptelam nisi eis occurratur, nobis ipsis spectantibus, in » desuetudinem abire videantur, hac nostra Constitutione Apostolica firmum robur perpetis futuris temporibus habitura, ea omnia confirmantes et renovantes *statuimus, atque sancimus*, ut ex monastico, regulari, et mendicantium instituto ad Episcopalem, seu quamcumque aliam » dignitatem, et S. R. E. Cardinalatum iam evecti, et in posterum evehendi, universis, et *singulis suae regulae officiis*, et *obligationibus*, quae » pontificale sive cuiuscumque alterius dignitatis, aut Cardinalatus officium minime impediant, *perpetuo subsint*. » Deinde ex praemissis uti per consequentiam decernit « et proinde sui monastici ordinis, sive alterius » regulae mendicantium insignia, et propria indumenta lanea, suoque peculiari colore distincta, rasilem quoque. . . . coronam praeferant, quibus antea . . . ex solemni sua professione insignia induere, et coro-

» nam praeferre tenebantur, a cuius professionis obligatione . . . . . » neutiquam absolvuntur . . . . . propterea huiusmodi Episcopis . . . . » *in virtute sanctae obedientiae praecipimus*, et *mandamus*, ut omnia, et » singula praesentibus litteris Nostris hactenus recensita, undequaque » observare non differant. Si vero . . . hoc agere contempserint, vel » neglexerint, eos poena suspensionis ab exercitio pontificalium ipso facto » incurrenda tamdiu innodatos esse declaramus, donec. . . . relaxatio- » nem meruerint obtinere . . . »

Attentis igitur tenore et verbis dictae Constitutionis, quae verum praeceptum praeseferunt, nec non gravi suspensionis poena transgressoribus comminata (1), Consultor existimabat haud retineri adhuc posse Salmaticensium sententiam, et S. Alphonsum amplectendo eorum doctrinam minime prae oculis praefatam constitutionem habuisse, vel loquutum fuisse de Religiosis, cuius regula sub praecepto non obligat. Quare concludebat Episcopos regulares teneri in conscientia ad observantiam statutorum, quae cum statu pontificali compatibilia sunt, nisi specialem ab Apostolica Sede dispensationem obtinuerint; et praesertim Episcopos ex Ordine S. Francisci, utpote qui non solum ad id obligantur ex praecepto memoratae Constitutionis, sed etiam ex propriae regulae praeceptis, quibus Bened. XIII robur adiecit.

Alter vero Consultor praemittebat definitionem status religiosi; exponebat in quibusdam Ordinibus, cum alumni professionem emittunt, profiteri regulam; in aliis obedientiam secundum regulam, prout tradit S. Thomas 2, 2, q. 186, art. 9, ad 1. Verum sive primo modo, sive secundo professio emissa fuerit siquis regulam transgrediatur non semper vota violat, vel mortaliter peccat, sed quando illam transgreditur per formalem contemptum, vel in iis casibus, in quibus regula verum praeceptum continet, ita tamen ut si praeceptum sub gravi obligat, committitur peccatum mortale, si sub levi, veniale: si vero non praeceptum, sed consilium regula exprimat, nullum peccatum patratur prout declaratum fuit a Clem. V, Cap. *exivit* §. 1, *de verb. signific.;* quod clare explicat S. Thomas loc. cit.: « Ad primum ergo dicendum, quod ille, qui profitetur regulam, non vo- » vet servare omnia, quae sunt in regula, sed vovet regularem vitam, » quae essentialiter consistit in tribus praedictis (nempe votis) ».

Consultor addebat in regula aliquando praeter ieiunia, et alia simi-

(1) Licet ex Constitutionis tenore et contexta desumi possit Episcopos regulares ex praecepto teneri ad observantiam regulae in iis, quae praeceptum continent, et dignitati ac officio episcopali non repugnant, tamen poena suspensionis, quae utpote odiosa restringi debet, referri videtur non ad quamlibet regulae etiam praeceptivae transgressionem, sed ad ea, quae praecipuum constitutionis scopum respiciunt, nempe ad omissionem gestationis habitus, et ad rasilem coronam.

lia, contineri etiam quaedam, quae iuxta peculiarem Instituti spiritum materiam ipsam votorum determinant; ita ex. gr. in Societate Iesu ad removendam in exercitio sacri ministerii omnem lucri suspicionem, regula vetat ne Religiosus quodlibet stipendium in rebus spiritualibus agendis recipere possit, qua regula, ut docet Suarez, votum paupertatis determinatur; et ideo Religiosi illam vi voti paupertatis servare debent.

Quibus praemissis animadvertebat Religiosum ad episcopalem vel cardinalitiam dignitatem evectum substantialiter religiosum permanere; ita Sanchez, Suarez, et Card. De Lugo *Resp. Moral.* lib. 5, dub. 12; quia status religiosus natura sua cum praefatis dignitatibus quoad substantiam incompatibilis non est. (Vid. S. Thomam 2, 2, quaest. 185, art. 89.) Neque cessat religiosum esse ex Apostolica dispensatione, quia non solum non constat de huiusmodi dispensatione, sed potius argumenta, quibus positive excluditur, habentur; igitur Episcopus Regularis voto paupertatis tenetur, licet in illius observantia a simplici Religioso differat. Et revera quoad primam partem ad essentiam voti paupertatis pertinet, ut quis rebus tamquam propriis non utatur, et ad hoc etiam Episcopus Regularis obligatus remanet docente S. Thoma 2, 2, q. 185, art. 8, ad 3: *Proprium autem nullo modo habere possunt;* et q. 88, art. 11, ad 4: *Nihil debet habere tanquam proprium, sed sicut dispensator communium bonorum Ecclesiae* quapropter neque dominium, neque proprietatem retinere potest; et si a Summo Pontifice testandi indultum Episcopus regularis obtineat: « Non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed Apo» stolica auctoritate intelligitur esse ampliata potestas suae dispensatio» nis, ut eius dispensatio possit valere post mortem ». S. Thom. l. c.

Hinc Episcopus Regularis quidquid acquirit, Ecclesiae suae acquirit. Et licet ex C. *Statutum* 18, q. 1: « *Monachus factus Episcopus velut legitimus haeres paternam sibi haereditatem postea iure vindicandi potestatem habeat* »; tamen iuxta interpretationem S. Tho. l. c.: « *Proprium autem nullo modo habere possunt, non enim paternam haereditatem vindicant quasi propriam, sed quasi Ecclesiae debitam* ».

Et si Episcopus Regularis sit tantum Titularis « *Dicendum est per se, et ex vi iuris acquirere illi Ecclesiae, cuius titulum habet; quia vero non possunt illi cum effectu applicari talia bona in pia opera dispensanda sunt, quae dispensatio ipsi Episcopo est commissa, dependenter autem a Summo Pontifice* ». Suarez *de Relig.* Tom 3, lib. 3, cap. 17, n. 5.

Episcopi vero regulares a Religiosis simplicibus quoad usum bonorum differunt, nam ab ipsa assumptione ad episcopalem dignitatem ex tacita Summi Pontificis concessione possunt bonis ipsis in proprium commodum scilicet in licitos et honestos usus impendere, ac etiam aliis rationabili quidem modo dispensare; sunt enim administratores, et dispensatores

reddituum mensae. Exinde Consultor concludebat Religiosum ad Episcopatum evectum remanere ligatum voto paupertatis secundum regulam, quam professus est, nec non debere servare regulas, quae observantiam voti paupertatis determinant.

Deinde Consultor gradum faciens ad votum obedientiae, tradebat Episcopos regulares voto obedientiae obnoxios remanere iuxta modum, nempe vi voti debent Romano Pontifici obedire, licet Superioribus regularibus obedientiam amplius praestare non teneantur, prout etiam accidit Superioribus generalibus ad vitam in munere permansuris, qui alios non habent superiores regulares, sed Romano Pontifici tantum obedire tenentur, et quidem etiam vi voti obedientiae in iis, quae directe, vel indirecte regulam respiciunt.

Maior habetur difficultas dum disceptatur de obligatione observandi regulas, quas Episcopi regulares professi sunt, etenim Doctores in varias sententias abierunt; omnes tamen (ita Consultor autumabat) in eo conveniunt, 1.° quod Episcopi regulares non tenentur servare regulas sub poenis, et censuris in regulis contra transgressores comminatis. Passerini *de Triplici statu hominum* quaest. 185, art. 8, n. 115; 2.° quod non tenentur servare regulas, quae dignitatem episcopalem dedecent, vel episcopali officio repugnant, vel saltem rectum eiusdem officii exercitium impediunt; 3.° quod sub gravi, et sub poena suspensionis latae sententiae debent gestare abitum laneum coloris proprii Ordinis, et coronam habere in vertice capitis ex Const. Bened. XIII incipien. *Custodes*.

Relate vero ad aliarum regularum observantiam Doctores (ita Consultor) in tres sententias dividuntur: nempe iuxta primam sententiam Episcopus regularis regulas, de quibus agitur, servare non tenetur iuxta Can. *Statutum* 18, quaest. 1, in quo legitur: *Monachus, quem canonica electio a iugo regulae monasticae professionis absolvit, et sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit*, eo vel magis quod Episcopus regularis religiosae communitatis partem amplius non constituit. Alii docent Episcopum Regularem ad observantiam Regularum teneri *ex quadam decentia et ex debito morali*, quae sub gravi culpa non obligat. Alii tandem innixi auctoritate S. Thomae in locis superius citatis tradunt Episcopos Regulares teneri ad observantiam regularum *sub gravi, vel sub levi*, prout alios Religiosos obligant, si compatibiles sint cum dignitate, et officio episcopali. Hanc tertiam sententiam Consultor retinendam esse contendebat; et sequentes rationes in medium producebat; scilicet: obligatio regulae perpetua est, igitur non dissolvitur nisi ex duplici capite: 1. quia incompatibilis sit cum novo statu, ad quem Religiosus legitime assumptus fuerit; 2. vel ex dispensatione S. Sedis. In casu prima ratio ad rem non facit, agitur enim de regulis compatibilibus cum episcopali

dignitate, et ministerio: sed nec etiam secunda, nullibi enim huiusmodi dispensatio concessa reperitur, etenim Can. *Statutum* a S. Thoma explicatum est, prout supra; insuper refertur in decreto Gratiani, quod per se uti collectio auctoritatem non obtinet; sed tantum valent, quae in eo referuntur, quantum propriam vim habent; porro citatum caput desumptum est ex Concilio Provinciali Alteimensi, quod legibus generalibus derogare non poterat, etiamsi ut genuinum agnoscatur, quod tamen nonnulli denegant: quae quidem scriptores citati, minime animadverterant. Huic canoni Consultor alia recentiora documenta opponebat.

Referebat in primis epistolam Innocentii III ad Episcopum Pennen., qui prius erat Abbas Ordinis Cisterciensis, eumque graviter monebat, quia regulas Ordinis minime observabat, scribens: « Tacti sumus dolore cor» dis intrinsecus, et gravi moerore turbati, quod tu, sicut accipimus, in » iniuriam Ordinis tui, et infamiam Ordinationis nostrae agis in pluri» bus . . . Verum, de quo miramur non modicum . . . propriae condi» tionis oblitus, quod post acceptum Episcopatum quaedam illicita liceas, » et expedias, quae Fr. Cisterciensium observantia reputat inhonesta, » picturata sella, et chirothecis uteris sericatis, amplo te galero coronas, » et carnibus publice usque ad saturitatem te reples . . . Meminimus » quidem, et tu debueras meminisse, qualiter in recessu tuo coram fra» tribus nostris districte tibi duximus iniungendum, ut Cisterciensis Or» dinis observantias custodires, cum Pontificalis susceptio dignitatis non » absolveret te a voto, ex quo, licet cum honore sit, sic onus tibi ma» gis auxerit, ut Religionis nihil penitus deperiret, per quod eius habenas taliter relaxares. Ideoque Fraternitati tuae per Apostolica scri» pta mandamus, atque praecipimus, quatenus . . . ita corrigas vitam » tuam, et te sic observantiae regulari conformes, ut non rediisse ad » saeculum, sed in saeculo potius ipsum, et pompas eius contemnere vi» dearis ». Tom. 1, lib. 5, pag. 666.

Referebat etiam decretum Alexandri VII diei 26 Iulii 1662 super Episcoporum residentia a Clemente XI anno 1715 confirmatum, et extensum ad Episcopos regulares in Vicarios Apostolicos, Administratores, et Visitatores deputatos, nempe: « Decernit insuper, ac declarat Sanctitatis » Suae mentem nequaquam esse, eosdem Episcopos, si Regulares fuerint, » ab obligationibus professioni regulari, quam emiserunt, adnexis per ade» ptionem dignitatis, ac muneris episcopalis ullatenus absolvere, ac exi» mere, nisi quatenus eiusdem muneris, ac curae pastoralis exercitio im» pedimenti sint ».

Commentabatur deinde Constit. Bened. XIII superius relatam et refutabat Andreuccium, qui in opere *de Episcopo Titulari* part. 3, num. 163, docet etiam post Const. Bened. XIII Episcopos regulares teneri ad regulae oaservantiam *ex sola decentia et honestate*, quia cum agatur de lege

odiosa, et poenali, ea non est extendenda ultra casum expressum et aliunde iisdem Episcopis Can. *Statutum* suffragetur. Consultor rationibus ab Andreucci adductis opponebat, quae superius dicta sunt circa C. *Statutum*, nec non verba Constitutionis, nempe: « Statuimus, atque sanci- » mus, ut ex Monastico, Regulari et Mendicantium instituto, ad episco- » palem, seu . . . etiam S. R. E. Cardinalatum iam evecti, et in po- » sterum evehendi, universis. et singulis suae regulae officiis, et obli- » gationibus, quae pontificale . . . aut Cardinalatus officium minime » impediunt, perpetuo subsint ».

Pontifex, ita animadvertabat Consultor, exponit doctrinam S. Thomae, et confirmat, quae ex venerandis Ecclesiae monumentis deducuntur, ita ut in hac Const. novam legem non constituat, sed quae iam obtinebant, renovet, atque confirmet; ac propterea rationem ab Andreuccio allatam nullius momenti esse existimabat, utpote falso supposito innixam. Tandem allegabat sententiam Bened. XIV hac super re expressam in opere *De beatificatione* l. 3, cap. 35, n. 11, nempe: « Docet D. Thomas 2,2, q. 88, » art. 11, ad 4; et q. 185, art. 8: Religiosos assumptos ad Episcopa- » tum teneri ad regulares observantias, quae non impediunt officium pon- » tificale . . . ac de huius sententiae veritate absonum esset dubitare » post editam a Bened. XIII Const. an. 1725, quae incipit *Custodes* ».

Hisce praehabitis Consultor concludebat Episcopum regularem in substantialibus religiosum remanere, obnoxium tam votis quam regulis, quae votum paupertatis determinant, et extendunt, nec non obligatum ad alias regulas et observantias cum dignitate et officio episcopali compatibiles.

Haec omnia sedulo diligenterque perpensa sunt in Congregatione generali habita die 6 Maii 1864 proposito dubio:

« Se, e come il Vescovo Regolare sia obbligato alla Regola professata?»

Cui Emi Patres, referente Emo Quaglia Praefecto, rescripserunt:

Affirmative ad praescriptum Constit. Bened. XIII incipien. *Custodes:* nempe Episcopus Regularis tenetur observare regulas suae Religionis, quae materiam voti paupertatis determinant; item tenetur alias regulas, et observantias Dignitati et Officio episcopali non repugnantes eadem obligatione gravi vel levi observare, qua tenebatur antequam assequeretur dignitatem episcopalem, ita tamen ut in peculiaribus casibus prudenter iudicium ferre possit utrum cum dignitate et officio episcopali illae conveniant.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. PIO PP. IX in audientia habita eadem die, Sanctitas Sua resolutionem S. C. benigne approbavit, et confirmavit. Datum etc. (1) 6 Maii 1864.

(1) Diffusior huius quaestionis expositio facta est, quia de re gravis momenti agebatur, et Scriptores in ea definienda minime conveniebant, nam vim Can. *Statutum* et rectam illius interpretationem satis accurate non perpenderant; nec veneranda Ec-

PISCIEN. SEU ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI

Super facultate eligendi Confessarium.

Religiosus vir Aurelius Pirri Ordinis Erem. S. Augustini, et Prior Conventus, cui titulus S. Mariae in Sylva prope oppidum *Borgo-Ruggiano* nuncupatum Dioecesis Piscien. supplex S. C. rogavit, ut ad conscientiarum tranquillitatem sequens solveret dubium: *Quidam Regularis utens facultate obtenta a Priore sui Conventus, confitetur Sacerdoti, et quidem approbato.*

1. *Quaeritur an valide?* Et quatenus affirmative.

2. *Utrum Prior possit iure subditis suis hanc facultatem concedere nec ne?*

Requisito a S. C. voto unius ex suis Consultoribus, is exponebat certum omnino esse Praelatos Regulares iurisdictionem quasi *Episcopalem* in suos subditos habere: triplicis autem generis esse huiusmodi Praelatos, scilicet *infimos, medios et supremos* secundum superioritatis gradum, quem obtinent: quapropter Moderatores generales esse *praelatos supremos,* Provinciales *medios,* et Superiores Conventuales *infimos:* porro iuxta

clesiae documenta, et Summorum Pontificum Constitutiones, epistolas, et decreta prae oculis habuerant. Definita vero quaestione per superius relatam S. C. resolutionem a Summo Pontifice approbatam, dubitari fortasse poterit an quae de Episcopo Regulari quoad regulae observantiam definita sunt, etiam Religioso, qui indultum perpetuae saecularizationis obtinuerit, applicari possint. Officii mei non est dubium dirimere, ideoque quasdam tantum proponam animadversiones. Episcopus regularis nec ratione dignitatis, nec vi dispensationis apostolicae solutus est ab iis servandis regulis, quae eius dignitati et officio non repugnant. Ipse si a sua Ecclesia recesserit, tam ex Constit. Bened. XIII, quam ex decreto Alexandri VII ad claustra redire debet; ita enim legitur in superius citato Alexandri VII decreto post relata verba: *Ideoque* (Episcopi regulares) *quotiescumque ex ipsorum culpa (quod absit), sive ex alia qualibet causa, aut impedimento quantumvis iusto ac legitimo in praedicta Ecclesia, aut saltem Dioecesi residere. . . aut noluerint, aut nequiverint, minime absolutos esse, ac censeri ab obligatione, quam per professionem regularem contraxerunt, de vivendo intra claustra, et sub obedientia superiorum eiusdem Religionis, observandoque omnia et singula, quae regularibus intra claustra degentibus sive ex voto, sive ex praescripto regulae, et constitutionum suae religionis quomodolibet, et qualitercumque observari debent, ac solent.* E contra perpetuo saecularizati indultum consequuntur manendi in saeculo quod vixerint in habitu Presbyteri saecularis, si sint in sacris ordinibus constituti, vel in habitu decenti si sint tantum Clerici, vel Conversi, cum clausulis: *retento interius aliquo sui regularis habitus signo. . . ita tamen ut substantialia votorum suae professionis cum statu compatibilia observet, et sub obedientia eiusdem Ordinarii etiam in vim voti religiosi vivat.* Quibus additur *firmo voto castitatis* si agatur de Religiosis laicis, vel etiam de Clericis, qui in sacris Ordinibus non sint constituti.

Ideoque perpetuo saecularizati abscissi perpetuo videntur a proprio Ordine, et praeter votum castitatis debent servare dumtaxat substantialia aliorum votorum suae religiosae

doctrinam traditam a Suarez *de Relig.* tom. 4, tract. 8, lib. 2, cap. 22: *Si . . . generatim potestas conceditur Praelatis, vel Praelato, dicendum est dari Praelatis Conventualibus:* et a Portecco *In dub. regul.* verb. *Guardianus* num. 1, *sive in Regulis, sive in Constitut. Ordinum, sive in Bullis, aut privilegiis Summorum Pontificum nominantur indistincte Praelati, etiam illi* (Guardiani) *intelliguntur.*

Superiores conventuales esse vere Praelatos Rmus Consultor confirmabat auctoritate tum Fagnani lib. decret. cap. *ad aures,* cap. V, tum Salmaticensium, qui tract. 18, de privil., cap. 4, part. 1, §. 1, attribuunt etiam Prioribus et Guardianis non solum dominativam potestatem qualem habent patres familias, sed etiam potestatem iurisdictionis ecclesiasticae, qua possunt ligare, et solvere, et iurisdictionem quasi *episcopalem.*

Deinde Consultor ad quaestionem propius accedens referebat, quae hac super re docent Bordoni et Diana. Porro primus *De potest. Praelatorum* resol. 2, num. 23, sibi proponit dubium: « An superiores loca-
» les quandoque hanc facultatem (excipiendi confessiones) possint pro suis
» subditis delegare aliis sacerdotibus extra religionem, dando licentiam
» ipsis subditis, ut extra monasterium eligant confessarium? » Respondet:
« Possunt, et probatur tum iure communi cap. *omnis* 12 *de poenit.* . . . .
» tum quia in cunctis religionibus superiores locales approbant, et depu-
» tant suis subditis sacerdotes pro audiendis suorum subditorum confes-
» sionibus; ergo si illi non prohibentur expresse ut aliquando non possint
» deputare extraneum, poterunt ».

Et Diana in Tract. *Super dubiis regul.* resol. 11, habet: « Dubio: An
» Guardiani, Priores, Praepositi regularium possint illis praebere licentiam,

professionis nulla facta reservatione quoad regulae observantiam. Ex hoc fortasse repetendum erit, quod licet nonnulli Episcopi regulares ex Franciscalium familia a S. C. EE. et RR. dispensationem a ieiuniis et abstinentiis a regula praescriptis petierint, et obtinuerint, numquam a Religiosis saecularizatis huiusmodi indultum ab eadem S. C. durante meo munere Secretarii expostulatum vidi si excipias Carthusianos, et Minimos Sancti Francisci de Paula, qui non ex regula, sed ex voto ad abstinentiam tenentur, votum enim directe afficit personam, ideoque eius obligatio non cessat; praeceptum vero regulae afficit personas quatenus ad regularem familiam pertinent; si igitur a regulari familia ex Apostolico indulto perpetuo abscissi sint, eius partem amplius non constituunt, ex quo fortasse dici poterit quod perpetuo Saecularizati sicut non tenentur obedire Praelatis, ita ex stricta obligatione nec praeceptis regulae, quae vota non respiciunt.

Cum autem servare debeant substantialia voti paupertatis quantum in eo statu fieri poterit, ipsi licet ad eorum honestam sustentationem, et in suos licitos et necessarios usus bonis uti possint, tamen neque verum dominium, et proprietatem acquirere, nec de bonis per actus inter vivos, vel causa mortis praesertim per testamentum disponere, nec beneficia ecclesiastica assequi absque peculiari et expresso S. Sedis indulto ullo modo valent. Quoad dispositionem bonorum vide superius pag. 52.

» ut eligant confessarium extra religionem? affirmative respondeo seclusa » constitutione religionis, vel statuto in contrarium: et ratio est, quia qui » habent ordinariam potestatem possunt illam alteri delegare, ut habetur » in cap. *Quibus* de officio Ordinarii, et notat Sylvius in addict. ad ter- » tiam partem S. Thomae ». Quare Rmus Consultor ad utrumque proponebat affirmativum responsum cum clausula *dummodo non prohibeatur a Constitutionibus Ordinis.*

Voto Consultoris suffragabatur Vicarius generalis Ordinis Erem. S. Augustini, qui deinde gradum faciens ad sui Ordinis Constitutiones referebat §. 1, cap. 8, par. 1, ubi legitur: « Ad audiendas confessiones quo- » rumcumque sacerdotum Ordinis nostri, et fratrum clericorum, fratrum » laicorum . . . patres aetate, doctrina et vita graviores quilibet Prior in » conventu suo deligat (1) ». Nec officere arbitrabatur, quod in sequenti paragrapho edicitur, nempe: « Inhibemus autem ne aliquis frater alicui » extraneo sacerdoti sive sit religiosus, sive saecularis confiteatur, si co- » piam sacerdotis nostri Ordinis habere potuerit »; nam in primo conceditur facultas Prioribus deputandi Confessarios; in secundo non cohibetur Priorum facultas, sed Fratribus inhibetur ne ad Confessarios extraneos accedant, super quo Priores dispensare possunt, cum in prologo Constit. edicatur: « Super quae (nempe super Constitutiones) autem in conventu » suo Prior dispensandi cum Fratribus habeat facultatem . . . praeter » quam in his casibus, in quibus dispensari aliqua constitutio expresse » prohibet » nec ulla in eodem Ordine dispensandi quoad Priores prohibitio habeatur. Quibus omnibus accedere P. Vicarius generalis existimabat consuetudinem immemorabilem, qua scientibus moderatoribus generalibus Ordinis, quibus ius est constitutiones interpretandi, Priores solent concedere Religiosis facultatem sibi eligendi in Confessarios etiam extraneos.

Quae omnia deducta fuere in generali conventu diei 3 Iunii 1864 cum dubio:

« Se, e come convenga rispondere ai due quesiti proposti nel caso? »

Cui Emi Patres, referente Emo Quaglia Praefecto, rescripserunt: In Ordine Eremitarum S. Augustini affirmative ad utrumque, dummodo Sa-

(1) Ex quo patet quantum a veritate aliena sit opinio Giraldi, qui in *Iur. Pont. part. 2, sect. 105,* asserit in genere in Ordinibus Religiosis ad Moderatores generales, et Provinciales dumtaxat Confessariorum deputationem spectare non vero ad superiores locales, quibus *non competit iurisdictio Episcopalis* ». Inspiciendae enim sunt peculiares cuiusque Ordinis constitutiones, ut in specie quid iuris in singulis servandum sit, tuto agnosci possit. In Ordine Min. Observantium per statuta cap. 7, §. 1, requiritur facultas in scriptis Generalis, vel Provincialis, praevio examine, et eorumdem superiorum approbatione.

cerdos fuerit ex approbatis ab Ordinario loci. Pro aliis Ordinibus standum Constitutionibus et Statuti (1).

3 Iunii 1864.

AMERICANA

Votorum.

Anno 1800 D. Veale quasdam pias mulieres in Civitate Georgestoren. in communitatem collegit data eis regula, et constitutionibus Monialium Visitationis, sive S. Francisci Salesii, ut puellas catholicas instituerent, ac etiam in convictum reciperent. Cum huius institutionis utilitatem

(1) Confessarii Regulares pro Regularibus non indigent approbatione Episcopi, nam Tridentinum *sess. 23, cap. 15 de reform.* nihil innovavit quoad Confessarios Regularium. Quod comprobatur ex Const. Clem. VII, *Romani Pontificis, 23 Novembris 1599* et ex Const. Urbani VIII incipien. *S. Congregatio, 21 Septembris 1624:* sed approbari, et deputari debent ab eorum superioribus iuxta cuiusque Ordinis statuta. Porro superiores regulares, qui in proprio Ordine facultatem habent deputandi Confessarios, nisi obstet statutum, vel constitutio, possunt licentiam impertiri suis subditis, ut tam intra, quam extra claustra degentes confiteantur cuilibet Sacerdoti tam saeculari, quam alterius Ordinis, qui tamen sit ad confessiones excipiendas approbatus. Quare simplex Sacerdos delegari non potest. Id patet ex resolutione S. C. C. in *Hildesimen. 18 Septembris 1769:* etenim sequentibus dubiis ab Episcopo propositis, nempe: 1. *An tales confessiones* (factae nempe a Regularibus Sacerdoti simplici etiam de licentia suorum superiorum) *licitae sint?* 2. *An ignorante Episcopo validae fuerint?* 3. *An Episcopo sciente, et contradicente in posterum peragendae validae futurae sint?* S. C. respondit: *Negative in omnibus, et amplius.* Disputatum est a Doctoribus an Regularis alterius Ordinis, debeat esse approbatus ab Ordinario, vel sufficiat, ut approbatus sit a Praelato suae Religionis. Verum in indultis, quae S. C. EE. et RR. et S. Poenitentiaria concedit Regularibus eligendi Confessarios extra suum Ordinem haec formula adhibetur *Indulget Religioso viro Oratori, ut quemcumque Confessarium sive saecularem, sive Regularem, dummodo sit ex approbatis ab Ordinario loci, sibi eligere possit....* et in nulla alia ex recentioribus concessionibus Apostolicae Sedis diversam formulam inveni, si excipias Const. *Quoad communi, 30 Martii 1742* pro Cappuccinis, qua in §. 2 declaratur, ut quilibet ex Ordine Cappuccinorum sive Sacerdos, sive Conversus cum debita licentia extra claustra degens, si nullum ex dicto Ordine Confessarium reperiat, confiteri possit peccata sua *cuilibet Sacerdoti saeculari ab Ordinario loci approbato,* et etiam Regulari, *dummodo approbatus sit a suo superiore Regulari ad sacramentales confessiones excipiendas.* Benedictus XIV hanc edidit Constitutionem pro Cappuccinis, quia ex statutis eorum Capitulorum generalium, superiores etiam maiores non possunt deputare Confessarios extra Ordinem. Indultum a Bened. XIV concessum SSmus D. N. Pius PP. IX ampliavit per litteras Apostolicas in forma Brevis die 28 Septembris 1852 ita ut Cappuccini eligere sibi possint extraneum Confessarium ut supra etiam in casu, quo adsit *unus tantum Sacerdos Cappuccinus* ad confessiones approbatus; indulgens insuper, ut a Confessario extraneo possint *obtinere sacramentalem absolutionem etiam quoad casus per statuta Ordinis reservatos, incursasque proinde censuras, praestita tamen obligatione se statim ut primum licuerit superiori suo regulari praesentandi, atque iterum super casibus, et censuris huiusmodi absolutionem ab ipso impetrandi.*

experientia comprobasset, eas regere coepit ad instar monialium, quae regularem professionem emittunt, constituta Moderatricis electione, novitiatu et professione trium votorum paupertatis, castitatis et obedientiae, quae ad annum perdurarent, et quotannis, permittente Archiepiscopo Baltimoren. renovarentur. Memorato D. Veale ad Archiepiscopalem Ecclesiam Baltimoren. promoto, ipse anno 1816 Summum Pontificem deprecatus est *ut velit gratiose mihi conferre potestatem admittendi eas* (idest dictas Sorores Salesianas) *ad vota solemnia Religionis, et efficiendi dictam Communitatem vere religiosam*, subiectam regulis Instituti Visitationis cum omnibus privilegiis eidem concessis: et Pius VII. S. M. die 14 Iulii 1816 per S. C. de Propaganda Fede Archiepiscopo concessit facultatem eas *admittendi, servatis servandis, ad solemnem votorum professionem* . . . et cum extensione indulgentiarum, et privilegiorum, quibus gaudent Moniales Visitationis B. M. V.

Anno 1823 Archiepiscopus Baltimoren. petiit, et obtinuit a Sancta Sede, ut ad institutionem puellarum extra Monasterium deputare posset prius duas Sorores Conversas, deinde *tot ex illis quot opus esse iudicaret.*

Anno 1829 per rescriptum eiusdem S. C. sub die 10 Maii a Pio VIII. fel. rec. assequutus est sanationem nonnullarum immutationum factarum in constitutionibus ab Ordinario et in posterum forsan faciendas ob locorum circumstantias, praesertim quoad educandatum externum praeter alium internum, quem auctorante Episcopo iam constituerant, quin impedimenti essent, quominus dictae Moniales de Visitatione censerentur.

Tandem anno 1840 idem Archiepiscopus postquam Gregorio XVI. S. M. exposuerat praefatum rescriptum anni 1829; et erectiones aliarum domorum Visitationis factas in Civitatibus Mobilensi, Kaskakiensi et Baltimorensi deprecabatur *ut omnia, et singula privilegia, iura, et indulgentiae, quae Summi Pontifices huc usque Monialibus Georgiopolitanis concesserant, . . . respective extendantur ad omnia, et singula Monasteria, quae a praefatis Monialibus Visitationis iam erecta fuerunt, et in posterum sunt erigenda, ... et ut S. V. . . . earum vota* (idest a Monialibus in praefatis tribus novis Monasteriis emissa), *posito quod sint nulla quatenus solemnia revalidet, et confirmet, dummodo illae consensum renovent et professionem suam votis saltem privatis iterum emissis ratificent:* hisce precibus die 22 Novembris 1840 *SSmus mature perpensis expositis benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta petita.* Hoc rescriptum uti alia a S. C. de Propaganda Fide expeditum fuit.

Verum anno 1843 Rmus Rosati Episcopus S. Ludovici, in cuius Dioecesi Monasterium Kaskakiense extabat cum Romam advenisset dubium de solemnitate votorum proposuit fortasse quia supra relatum rescriptum

anni 1840 ignorabat. Tres rationes dubitandi proponebat, nempe: 1. defectus clausurae, quae integre servari non poterat ob ingressum puellarum, et aliarum extranearum personarum: 2. Dispositio legum civilium, quae effectus professionis quoad votum paupertatis minime admittunt: 3. Defectus vis coactivae ad coarcendam aliquam monialem, quae professionis religiosae pertaesa e monasterio egredi vellet, leges enim civiles huiusmodi professionem haud agnoscunt. Hinc cum de re gravissima ageretur proposito dubio:

« Se i voti delle Monache del Monastero della Visitazione di Kaskaskias » siano solenni e colla clausura papale, o semplici soltanto; o se almeno » convenga supplicare S. S. affinchè voglia degnarsi estendere per le Mo- » nache di quella Diocesi, che in seguito professassero la dichiarazione » data per le Monache di Francia? »

Emi Patres S. C. EE. et RR. die 13 Ianuarii 1843 rescripserunt: *Dilata, et audiatur votum proximi Concilii Provincialis certiorata S. C. de Propaganda Fide* (1).

Episcopi in bifariam abiere sententiam, nonnulli enim vota uti solemnia, nonnulli uti simplicia existimabant. Porro in Concilio Provinciali Baltimorensi anno 1858 hac super re sedulo disputatum est, et Patres Concilii decreverunt ad Summum Pontificem scribendum esse. Et revera epistolam die 9 Maii 1858 scripserunt in qua legebatur: « Habemus in » pluribus huius provinciae dioecesibus moniales quasdam de quarum » votis saepe dubitatur sint ne simplicia an solemnia. Aliquae Commu- » nitates videntur facultatem solemnia vota emittendi a S. Sede conces- » sam, certe possidere; de aliis non ita clare constat. Nonnulla sunt, » quae certo habent sua vota esse solemnia; iure tamen timeri potest ne » fallantur, cum conditionnes omnes ad hoc requisitas non adimpleve- » rint. . . . Nos. . . . rem hanc. . . . sedulo ad examen revocavi- » mus. . . . . eodem tempore aliam quoque quaestionem e priori inter » disputandum enatam, scilicet: utrum et quatenus expediat vota so- » lemnia a Religiosis mulieribus in hac provincia in posterum emitti.... » perpendimus ». Deinde exponebant quid ipsis visum fuerit: « Primo » loco lectis, et perpensis rescriptis, aliisque documentis ... (a S. Sede » acceptis), omnes uno consensu iudicavimus vota a monialibus Visita- » tionis in hac provincia emissa esse procul dubio solemnia. Nihil ob- » stare arbitramur Monasteriis in hac regione erigendis, in quibus vota » solemnia emitti possint, modo conditiones omnes, quas Concilium Tri- » dentinum, et Romanarum Congregationum praxis requirere solet, quoad » substantiam adimpletae fuerint.

(1) Vide pag. 487 huius Collectaneae.

» Verum quidem est vota solemnia non rata haberi, nec agnosci quidem a legibus civilibus huius regionis; sed in hoc nullam causam videmus quare vota huiusmodi emittenda non sint... Denique ... petimus a Sanctitate Tua, ut instructionem quamdam parandam, et nobis transmittendam curet, in qua clare, et plene exponantur conditiones omnes quas pro hac regione necessarias S. Sedes iudicat, ut Monasteria, in quibus vota sint solemnia, constitui possint ». Deinceps Archiepiscopus Baltimoren. die 4 Octobris 1858 scripsit epistolam, in qua legebatur: « Haerent plures Praesules, Sacerdotesque utrum expediat vota solemnia in posterum emittere, quae tamen Moniales ipsae plurimi faciunt utpote decus, et praesidium suum ».

Ex quibus omnibus patet non agi in casu dumtaxat de votis Monialium Visitationis, verum etiam de votis aliarum Monialium, quae extant in Statibus confoederatis Americae, uti sunt Moniales Carmelitae, S. Ursulae, aliaeque, quae profitentur regulam alicuius Ordinis a S. Sede approbati, in quo illius alumnae vota solemnia emittere solent (1). Secunda quaestio in eo posita erat ut expenderetur an ob peculiares circumstantias locorum, ac legum expediret praescribere in Statibus foederatis Americae quoad Moniales professionem dumtaxat votorum simplicium. Porro SSmus D. N. Pius PP. IX. huius quaestionis examen commisit Congregationi particulari Patrum Cardinalium Patrizi, Clarelli, Quaglia, De-Luca, Bizzarri ex Sacra Congregatione EE. et RR. delectorum, ut eorum votum panderent. Insuper deputati fuerunt duo Consultores, qui rem penitus perpenderent, et eorum animadversiones Congregationi deputatae subiicerent. Hinc quatuor dubia discutienda Consultores sibi proposuerunt, nempe: « 1. An Monasteria Monialium erecta in statibus foederatis Americae absque beneplacito, et concessione Sanctae Sedis vota solemnia habeant? 2. An Moniales Visitationis in domibus Georgestoren. Mobilien. Kaskaskias et Baltimoren. emittere valuerint, et valeant professionem votorum solemnium? 3. An expediat extendere declarationes datas pro Monialibus Regni Galliarum ad Moniales statuum foederatorum Americae, ita ut ipsae vota simplicia tantum emittere possint? 4. An, et quae instructio in casu danda sit? »

Hic summatim referuntur, quae Consultores diffuso calamo scripserunt. Et relate ad primum dubium nempe ad necessitatem beneplaciti Apostolici quatuor Doctorum sententiae relatae sunt, ex quibus prima docet post Concilium Tridentinum, quod, sess. 25. cap. 3. *de Regul.*, loquitur dumtaxat de Episcopi venia, extra Italiam sufficere licentiam Epi-

(1) Quaestio igitur non respicit Alumnas novarum Congregationum, in quibus ex ipsa institutione vota simplicia tantum emittuntur.

scopi, et non requiri beneplacitum Apostolicum; cum enim Concilium de licentia tantum Episcopi mentionem faciat, praecedentibus dispositionibus Canonicis derogasse censendum est.

Secunda sententia tradit legem beneplaciti Apostolici dumtaxat Religiosos mendicantes afficere; eos enim tantum respicit Const. Bonifacii VIII. *Cum ex eo; De excessibus Praelatorum* in 6, cum id ex citata Constitutione clare appareat. Quod si Const. *Instaurandae* Innocentii X. omnes Ordines etiam non mendicantes comprehendat, eius dispositio intra limites Italiae, et Insularum adiacentium cohibetur (1).

Tertia sententia respicit beneplacitum Apostolicum relate ad erectionem Monasteriorum Sanctimonialium, et tradit posse erigi monasteria monialium cum votis solemnibus etiam in Italia absque Apostolico beneplacito obtenta tantum licentia ab Episcopo, nam Moniales in citatis Const. Bonifacii VIII. et Innocentii X. non comprehenduntur, dummodo profiteantur Ordinem a S. Sede approbatum.

Quarta sententia affirmat omnino requiri beneplacitum Apostolicum pro canonica erectione novorum Monasteriorum, Conventuum et domorum religiosarum tam intra, quam extra Italiam cuiuscumque Ordinis sive mendicantium, sive non mendicantium et hanc beneplaciti necessitatem etiam ad Monasteria Sanctimonialium extendendam esse.

Prior Consultor quartam sententiam magno eruditionis apparatu tuebatur. Primo quidem referebat Monachos, et Moniales a vetustissimis temporibus consuevisse S. Sedem adire ad canonicam erectionem, et firmitatem consequendam; idque ex antiquis diplomatibus et recentioribus continuis Apostolicae Sedis concessionibus demonstrabat (2). Cum autem, prosequebatur, Mendicantes privilegia saeculo XIII. obtinuerint erigendi Conventus sine venia Apostolicae Sedis, religiosae domus plus aequo, et inconsulto excreverant; quare Bonifacius VIII. citata Constit. *Cum ex eo* privilegia revocavit, eisque sub excommunicationis poena mandavit, ne

(1) *Hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinum mendicantium, vel non mendicantium, Congregationum, Societatum, et cuiusvis alterius Instituti, etiam Societatis Iesu, in aliqua Civitate, Castro, Villa, seu loco ad habitandum Domos vel loca quaecumque de novo recipere, seu Monasteria, Conventus, vel Collegia incipere vel fundare praesumat absque Sedis Apostolicae licentia speciali plenam, et expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem in scriptis, et gratis concedenda, praevia examinatione Congregationis negotiis EE. et RR. praepositae; si secus egerint, eo ipso incurrant poenas privationis, et inhabilitatis ut supra inflictas; et nihilominus receptiones, fundationes, et erectiones sint ipso iure nullae, et invalidae. Intendimus autem in praemissis etiam ultra Italiam, et Insulas adiacentes providere.* Ita in Const. *Instaurandae.*

(2) Videri possunt *Annales Benedictini* Mabillonii, *Bullarium Romanum, Monasticon Anglicanum, Annales Camaldulenses* Mittarelli, et *Cistercienses* Maurique; et historiam *Ordinis Carthusiani* a Tromby edita.

inconsulta Apostolica Sede novos Conventus reciperent, et erigerent. Haec constitutio diligenter servata est etiam quoad Moniales usque ad Concilium Tridentinum, prout constat ex Bullariis Ordinum, et ex Annalibus Waddinghi. Post Tridentini decretum Regulares prosequebantur a S. Sede beneplacitum Apostolicum petere; et Romani Pontifices in expediendis litteris, quibus venia concedebatur novas domos erigendi, Const. Bonifacii VIII. derogare semper consueverunt: ideoque facto confirmabant memoratam Const. etiam post Concilium Tridentinum in suo robore permanere, ei enim neque explicite, neque implicite derogatum fuit cum incompatibilis dici nequeat necessitas assensus Antistitum, et Apostolici beneplaciti. Quod vero ad Monasteria Sanctimonialium spectat, suam sententiam confirmabat ex Constit. Sancti Pii V. et Gregorii XIII., quibus papalis clausura constituta fuit. Clerici Regulares, Consultor inquiebat, saeculo XVI. specialia privilegia pro erectione eorum domorum, et Collegiorum a S. Sede consequuti fuerant, quae deinde Urbanus VIII. revocavit, prohibens Const. *Romanus Pontifex* diei 28 Augusti 1624 non solum mendicantibus, verum etiam aliis Institutis Regularibus, ne monasteria, collegia, domos, conventus nisi de expressa Ordinarii licentia, et servata in omnibus, et per omnia SS. Canonum et Apostolicarum Const., et decretorum forma fundare praesumerent. Quapropter Didacus de Aragona in Opere, cui titulus *Dilucidatio privil. Ordinum Regul. praesertim Mendic.* habet: *Quia dicta privilegia fuerunt revocata ab Urbano VIII. per suam* 25 *Constit., requiritur copulative assensus Sedis Apostolicae* quod Donatus quoque tradit in Tom. 4 *Praxis regularis*. Quae cum ita res essent ante Constit. *Instaurandae* Innoc. X. tam intra, quam extra Italiam, mirum non est si huius Constitutionis dispositionem relate ad erectionem novarum domorum religiosarum ubique, ac etiam quoad Moniales Tribunalia, et Sacrae Urbis Congregationes servandam esse edixerint, prout refert Benedictus XIV. *de Synod. Dioeces.* lib. 9, cap. 1, n. 9 inquiens: « Com- » munis hodie, et in tribunalibus recepta est opinio non licere regularibus » tam intra, quam extra Italiam, nova Monasteria, aut Conventus sola » Episcopi localis auctoritate; sed Apostolicae Sedis licentiam praeterea » necessariam esse (1) ». Nec obstare arbitrabatur restrictionem appositam in dicta Constitutione *Instaurandae* relate ad Italiam, et Insulas adiacentes, ea enim non respicit omnia, quae in Constitutione praescribun-

(1) Vide decis. Rotae in *Barchinonen. Conventus* 20 Novembris 1637, in *Toletana manutentionis* 7 Febr. 1658, in *Caesaraugustana Fundationis Conventus* 17 Martii 1659, quibus edicitur assensum Summi Pontificis praeter alterum Ordinarii copulative necessarium esse: nec non resolutionem S. C. EE. et RR. diei 25 Novembris 1672, quae *declaravit non esse locum praetensae fundationi Conventus Carm. Excalc. in oppido de Bilbao, non obstantibus eorum assertis privilegiis.*

tur, sed dumtaxat suppressionem parvorum Conventuum, etenim in eorum suppressione extra Italiam cautius et graviori consilio procedendum erat.

Deinde Rmus Consultor accurate inspectis regestis S. C. EE. et RR. testabatur etiam recentioribus temporibus, nempe a saeculo XVIII. usque ad praesens pro erectione Monasteriorum sanctimonialium tum intra, quam extra Italiam beneplacitum Apostolicum passim expeditum fuisse, et speciales casus referebat, quibus directe facultas pro canonica erectione conceditur, et non privilegia tantum prout nonnulli scriptores censuerunt. Insuper plures proferebat eiusdem S. C. resolutiones, quibus vota Monialium simplicia tantum, et non solemnia declarata sunt ob beneplaciti Apostolici defectum in erectione Monasteriorum (1).

Postea idem Consultor ne aliqua exceptio quoad Americam profereretur, plurima indulta, rescripta huius S. C. ab anno 1571 usque ad nostram aetatem recensebat, idque auctoritate Solarzani in tract. *de iure Indiarum* comprobabat.

Quibus praehabitis concludebat vota, quae emittuntur in Monasteriis in statibus foederatis Americae sine Apostolico beneplacito erectis non esse solemnia, sed simplicia.

Alter Reverendissimus Consultor certum esse edicebat requiri pro canonica erectione Monasteriorum, et Conventuum virorum cuiuscumque Ordinis, et Instituti in Italia, et Insulis adiacentibus beneplacitum Apostolicum vi Const. *Instaurandae*. Fatebatur communiorem fortasse esse sententiam illorum, qui necessitatem beneplaciti Sanctae Sedis etiam extra Italiam extendunt; verum arbitrabatur eam valido fundamento haud fulciri relate ad Ordines non mendicantes, licet quoad mendicantes retinenda omnino sit. Et revera, ipse inquiebat, ante Bonifacium VIII. nulla lex reperitur, quae veniam Apostolicae Sedis praescribat: Bonifacius VIII. vero de Mendicantibus dumtaxat loquitur, quod pariter dicendum est de Clement. *Cupientes de poenis,* et de cap. unic. *de religios. dom.* in 6 (1). Cum igitur Urbanus VIII. in citata superius Constit. privilegia revocaverit, et formam a SS. Canonibus praescriptam servandam esse mandaverit, dumtaxat Mendicantes, qui ea lege tantum tenebantur, respicere poterat.

Idem Reverendissimus Consultor addebat gratuito, et absque fundamento asseri limitationem appositam in Const. *Instaurandae* referri tantum ad parvorum conventuum suppresionem, minime vero ad aliam Con-

(1) In Cap. *Auctoritate de Privileg. in 6,* statuitur quod Religiosi a iurisdictione Episcopi exempti non possunt in locis exemptis, inconsulta S. Sede, novas Ecclesias erigere. Hanc decretalem scriptores in utramque partem ad tuendam propriam sententiam interpretari pro viribus student.

stitutionis partem; hanc enim distinctionem minime probat Fagnanus in cit. Cap. *Non amplius*, *de Instit.* Nec Consultor aliquid difficultatis facessere arbitrabatur decisiones Rotae, nam in Decis. 745, part. 1 Recent. Rota opinabatur non esse necessarium beneplacitum Apostolicum; sed deinde sententiam mutavit eo quod acceperit S. C. EE. et RR. contrariam profiteri (1). In decisionibus autem *Cracovien. Fundationis Monasterii* 19 Aprilis 1649, 20 Iunii 1650 coram Celso, et *Eystelten.* coram Ratto de mendicantibus agebatur. Ad auctoritatem Bened. XIV quod attinet, animadvertebat in citato loco non agi hac super re *ex professo*, sed *obiter* tantum, et fortasse dumtaxat de mendicantibus (2).

Quibus praemissis Reverendissimus Consultor gradum faciebat ad canonicam erectionem monasteriorum Sanctimonialium virginum; et exponebat Scriptores duas sequi sententias, scilicet quosdem docere Moniales quoque ex paritate rationis in enunciatis Canonibus, et Constitutionibus Apostolicis comprehendi eo vel magis quod S. C. C. declaraverit Constitutionem Clementis VIII. etiam pro Sanctimonialium Monasteriis locum habere. Quibus accedunt duae declarationes S. C. EE. et RR. nempe prima sub die 12 Aprilis 1615 citata a Lezana, et relata a Gavanto in *Manual.* verb. *Monialium Monasteria*, qua edicitur non debere Monialium Monasteria erigi sine speciali S. Sedis venia: et altera 15 Iulii 1615 citata a Barbosa verb. *Monialium translatio* quae est sequentis tenoris: « Monia- » les transferri non possunt in Monasteria noviter erecta, nisi eadem » Monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse prius constiterit, ipsa- » que praevia visitatione earumdem Monialium capacia, eisque accommodata, » atque ita absoluta reperta fuerint, ut caementariis, aliisque fabris nulla » aedificationis causa in ipsa postea ingrediendi necessitas relinquatur »; 15 Iulii in Ulyxiponensi.

Scriptores contrariae sententiae putant Moniales non comprehendi, quia dici non possunt mendicantes, nec *in odiosis* sub Regularium no-

(1) Ipso fatente Consultore constat de antiqua S. C. EE. et RR. praxi.

(2) Pignatellius in Consult. 199 tom. 1 plura hac super re habet. Tradit legem beneplaciti Apostolici esse favorabilem; nam *lex censenda est favorabilis, etiamsi contineat odium alicuius, quando per ipsam primario intenditur favor alicuius. In hoc autem casu Pontifices principaliter intendunt favorem Regularium.* Docet esse *communiter reprobatam* sententiam, quae post Concil. Trid. beneplacitum Apostolicum excludit. Et §. 41: *Quare non subsistit, quod fundatio novi Monasterii sit prohibita solum quando agitur de mendicantibus, ut resolvit decisio 745 part. 2 recent... Ex quibus verbis constat necessariam esse facultatem Apostolicam.* Et Card. De Luca *de Regul. p. 1, tom. 14, in summa pag. 44, §. 3, num. 46* habet: *Plura sunt novae fundationis requisita copulative desiderata, ut ea legitime dicatur, nempe: 1. Sedis Apostolicae beneplacitum; quamvis enim aliquorum sit sensus, ut in mendicantium non autem in Monachorum Ordine id procedat, contrarium tamen magis receptum est, ut indistincte istud accedere debeat requisitum.*

mine veniunt; et quando a S. Concil. Trid., et a Constitutionibus Apostolicis comprehendi voluerunt, de eis expressa mentio facta reperitur. Praefatis S. C. EE. et RR. resolutionibus opponunt resolutiones S. C. C. a Fagnano in dicto cap. *amplius De instit.* citatas.

Hanc sententiam Rmus Consultor amplectebatur quia si Scriptores dissentiunt; si S. Congregationes conformes non sunt, de certa lege constare non potest. Nec obstare ei videbantur recursus ad S. C., eiusque praxis, et innitebatur auctoritate Fagnani Cap. *grave, De officio Ordinarii,* n. 53 ubi legitur: « Consuevit quandoque dubitari an Episcopis liceat ordinaria auctoritate Monasterium Monialium erigere in vim dicti cap. 3. » Sess. 23. *de Regular.* Practica est, ut erectiones fiant a Sede Apostolica, tum propter gratias, indulgentias, privilegia et exemptiones, quae » ab illa impetrantur, tum propter facultatem educendi Abbatissam ex » aliis Monasteriis pro novi Monasterii institutione. Cum enim haec facultas fuerit Episcopis adempta per Constit. S. Pii V. super clausura » Monialium ..... illa non consuevit concedi nisi pro Monasteriis erigendis auctoritate Apostolica ». Quo posito Rmus Consultor argumentabatur obligationem recurrendi ad Sanctam Sedem non oriri *directe* a lege praecipiente beneplacitum Apostolicum pro fundatione Monasteriorum, sed *indirecte* ex obligatione servandi legem clausurae. Nec obstare arbitrabatur resolutiones S. C. cum aliae contrariae habeantur, et insuper resolutiones Sacrarum Congregationum licet in casu concreto obligent, non tamen ad casus similes passim extendi debent (1).

Exinde concludebat, quod si agatur de Monasterio sola Ordinarii auctoritate erecto, in quo Sanctimoniales regulam a Sancta Sede approbatam profiteantur, dici non posse professiones irritas esse ex beneplaciti Apostolici defectu (2).

(1) Resolutiones S. C. EE. et RR., quibus declarantur simplicia vota, quae emittuntur in Monasteriis sine beneplacito Apostolico erectis, plures et constantes sunt, et non innituntur specialibus facti circumstantiis, sed solo fundamento quod Monasteria sine venia S. Sedis erecta sint: hinc si pro casu proposito valent, etiam pro aliis valere debent, quia unica est in omnibus decidendi ratio.

(2) Hic referre iuvat, quae tradit Card. De Luca tom. XIV de Regul. p. 1 suppl. lib. 16, part. 4, pag. 16. *Sed quodlibet Monasterium* (Monialium) *regitur per se independenter: atque licet plura adsint Monasteria in eadem civitate sub eadem regula,... attamen unum Monasterium, vel Institutum est magis latum, et alterum magis arctum sub diversis vivendi modis. Igitur manifestus error est cum dicta generalitate procedere quoniam est quidem valde professionis regularis necessarium requisitum, ut sit sub aliqua regula per sedem Apostolicam approbata, sed approbatio debet esse specifica in eo speciali, ac praeciso statu, ac instituto.* Et Pignatellius in citata Consult. 199, Tom. 1, post prolatas rationes ad demonstrandum non requiri beneplacitum Apostolicum pro erectione Monasteriorum Sanctimonialium notat huius sententiae assertores putare, *tutius esse, quod* (Monasteria) *confirmentur etiam a Sede*

Secundo dubio prior Consultor negative respondendum esse existimabat, nam dicta Visitationis Monasteria licet Apostolica auctoritate confirmata fuerint, tamen perfecta papali clausura carebant, et in rescripto Pii VII apposita erat clausula *servatis servandis*. At quis nescit (ita Consultor) in praesenti Ecclesiae disciplina necessariam prorsus esse pontificiam clausuram ad solemnia vota emittenda? Et revera Sanctus Pius V. in Constit. *Circa pastoralis officii* anno 1566 lata edixit: « Eatenus autem omnibus (Monialibus) sic absque emissione professionis, et clausurae vivere omnino volentibus interdicimus, et perpetuo prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum ordinem, religionem congregationemque recipiant, quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, et decretum aliquas receperint eas ad sic vivendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, et receptiones irritas facimus, et annullamus ». Si igitur Sanctus Pius V extinguere voluerat Instituta, quae clausuram papalem servare nolebant, consequens est eam fuisse Summi Pontificis mentem, ut in posterum erigi minime possent Monasteria votorum solemnium absque papali clausura. Hinc factum est, Rmus Consultor prosequebatur, ut Apostolica Sedes non soleat permittere erectionem novorum Monasteriorum sine clausura; et simplicia declaraverit vota, quae in Monasteriis, ubi clausura praescripta non reperitur; quae omnia in viridi observantia etiam in America esse pluribus recensitis casibus demonstrabat: nec contrariam consuetudinem vim habere asserebat, cum S. C. C. proposito dubio: *An decretis Conciliaribus, et Constitutionibus Apostolicis clausuram praecipientibus obstet contraria consuetudo etiam post Concilium introducta?* Respondit: *Decretis Conciliaribus, et Constitutionibus Apostolicis clausuram praecipientibus nullam consuetudinem obstare.* Quin imo si aliquando peculiares circumstantiae exigant, ut papalis clausura in episcopalem converti debeat, S. C. vota solemnia ad simplicia reducit. Quare cum quoddam Visitationis Monasterium canonicam erectionem cum votis solemnibus, et papali clausura a S. C. die 29 Ianuarii 1840 obtinuerit, et deinde postulaverit, ut papalis clausura in episcopalem converteretur, ne Educandatus, quam prius habebant, detrimentum pateretur, in Congregatione generali diei 17 Martii 1848, Emi Patres, referente Emo Ostini, rescripserunt: « Praefatum » Monasterium reducendum esse ad institutum votorum simplicium cum » episcopali clausura, ita ut Sanctimoniales, quae post datam huius de-

Apostolica. Et deinde concludit. *Solum urget declaratio S. C. EE. et RR.*, et S. C. C. verum his declarationibus opponimus declarationem aliam *a D. Fagnano relatam, qui ita tamen concludit, ut standum sit stylo Romanae Curiae, quae hodie in fundationibus Monasteriorum Monialium expeditur etiam Breve Apostolicum, et sic copulative requiritur licentia Sedis Apostolicae, et Ordinarii.*

» creti profitentur, nonnisi vota simplicia emittere possint . . . Et facta » de praemissis relatione SSmo D. N. in audientia habita eadem die, » Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, ac servari mandavit. Cum igitur in rescripto Pii VII. anni 1816 favore Monasterii Georgestoren. legi clausae derogatum non fuerit, quin imo clausula apposita legatur *servatis servandis* vota ab iis Monialibus emissa ex clausurae defectu nonnisi simplicia esse poterant (1).

Secundus Consultor de clausura loquens in memoriam revocabat eam duas partes habere, nempe: « una est observatio claustri non egrediendo » extra illud, alia est eiusdem claustri observatio, non admittendo personas » extraneas saeculares, vel laicas intra illud »: et clausurae essentiam iuxta Suarez non consistere in eo, quod numquam egredi possint, sed quod sine licentia egredi nequeant. Deinde Consultor commemorabat fontes, ex quibus obligatio clausurae orta, et progressa est, scilicet ex Const. Bonifacii VIII. cap. *Periculoso, De statu Regularium in* 6: ex Concil. Trident. Sess. 25, cap. 5, et ex Const. S. Pii V. *Circa pastoralis officii* qua clausura papalis decreta est sublata Episcopis dispensandi facultate, nonnullis tantum exceptis casibus, cui accesserunt Const. Gregorii XIII. incipien. *Deo Sacris* et Bened. XIV. *Salutare* et *Regularis disciplinae* ex quibus omnibus Consultor aiebat deduci omnes Moniales vere professas, et vere Religiosas, quae nempe vota solemnia emittunt, clausurae obligatione sub gravi praecepto teneri. Verum dumtaxat in dicta Constit. S. Pii V. professiones irritae declarantur emissae in Monasteriis, in quibus Moniales *absque clausura omnino vivere volunt;* vel si Moniales hac conditione non servandi clausuram professionem emittant. Sed cum accidentale sit discrimen inter clausuram papalem, et episcopalem, papalis clausura, dummodo episcopalis servetur, vel Moniales licet eam non servent, tamen paratae sunt ad illius observantiam, si S. Sedes, vel Episcopus urgeat, non est conditio essentialis ad vota solemnia emittenda (2).

Nec Consultori videtur obstare obligationem servandi clausuram papalem, quae in rescriptis a S. C. expresse exprimitur quando concedit licentiam erigendi aliquod monasterium, nam talis praescriptio nec *expli-*

(1) Ni fallor in casu animadvertendum videtur, quod Pius VII. nonnullis Monialibus permiserit egressum ad instituendas in scholis puellas catholicas, et a Pio VIII. rescripto anni 1829 fuerint sanatae aliquae immutationes factae ab Ordinario, et aliae in posterum forsan faciendae ob locorum circumstantias praesertim quoad educandatum externum. Igitur fortasse asseri poterat, quod clausura papalis non omnino deerat; sed quamdam clausurae moderationem a S. Sede Moniales consequutae fuerint, quae attenta Apostolica dispensatione solemnitati votorum officere minime poterat.

(2) S. Pius V constituit clausuram papalem in citata Const. et in eadem irritas professiones declarat. Videtur igitur Pontificem clausuram papalem et non episcopalem tantum exigere.

cite, neque *implicite* formam substantialem inducit, cum decretum irritans non addatur (1).

Quae cum ita sint, et habeantur rescripta Pii VII., Pii VIII. et Gregorii XVI. in casu, quibus professio votorum solemnium conceditur, et ob speciales circumstantias rigor clausurae remittitur, concludebat Rmus Consultor nullum dubium remanere quominus vota Monialium Visitationis, de quibus agitur, solemnia habeantur. Idem iudicium ferendum esse arbitrabatur de votis Monialium S. Ursulae, licet earum Monasteria auctoritate tantum Episcopi erecta fuerint, nec clausuram papalem servarent, nam regulam a S. Sede approbatam profitebantur, et aliunde beneplacitum Apostolicum pro canonica erectione necessarium non est, nec papalis clausura est conditio substantialis ad votorum solemnitatem. Tandem relate ad Teresianas et Benedictinas, aliasque, quae profitentur regulam a S. Sede approbatam cum votis solemnibus, existimabat *pro nunc non esse interloquendum,* cum de erectione earum Monasteriorum certae notitiae desiderarentur.

Circa generalem extensionem declarationis factae pro Monialibus Regni Galliarum, nempe quod earum vota sint simplicia, primus Consultor praesertim quoad status foederatos meridionales anceps haerebat; et secundus autumabat vota solemnia servanda esse, sed decernendum, ut antequam alumnae vota solemnia emittant, vota simplicia profiteantur, et in eis per decennium permaneant, quo elapso ad solemnia vota nuncupanda recipiantur.

Hic tamen pro coronide referre praestat, quae S. C. de Propaganda Fide scripserat die 5 Augusti 1855: *Equidem perspecta gentis indole, et institutis, quae libertati favent, vix expedire videtur, ut solemnia emittantur vota, nam saepe contingit, puellas proposito mutato e Monasterio exire velle, quae nequeunt detineri absque turbarum periculo: irruunt enim facto cives, eas in libertatem vindicantes.* Quare caute admo-

(1) Lucius Ferraris verb. *Monial.* art. III. n. 5, haec habet *Quamvis enim clausura non contineatur formaliter in regula cuiuscumque Monialis, continetur tamen virtualiter sub tribus votis S. C. EE.* in Zamaren. 7 Februarii 1592, et signanter sub voto obedientiae: eadem S. C. 16 Aprilis 1619. *Hinc Moniales profitentes hac conditione, ut clausura non obligentur, non sunt verae professae, quia S. Pius V in Const. incipien.* Circa pastoralis Officii *dictas professiones irritat.*

Et Card. De Luca loc. cit. pag. 2, n. 13, ait: *Numquam Apostolica Sedes praesertim intra Italiam, erectionem novi Monasterii, vel continuationem antiqui sine ista rigorosa clausura permisit; atque si aliqua ultra montes dignoscitur permissio, illa nimirum rara est cum maxima difficultate ad preces Magnorum Principum cum speciali huiusmodi Const. derogatione sequuta. Ideoque aliud est considerare clausuram tamquam requisitum essentiale professionis religiosae, et aliud illius defectum considerare ad arguendam Pontificis voluntatem non erigendi formale Monasterium.*

dum procedendum videtur in permittenda in posterum votorum solemnium professione in aliis Monasteriis statuum foederatorum.

Tandem Consultores dandam esse instructionem existimabant sed diverso modo conceptam secundum propriam cuiusque sententiam in resolutione praecedentium dubiorum expressam.

Emi Patres Cardinales deputati die Septembris 1864 universam rei rationem sedulo diligenterque perpenderunt, et votum pandiderunt, quod die 2 eiusdem mensis et anni SSmo D. N. Pio PP. IX a D. Pro-Secretario S. C. EE. et RR. relatum fuit: et Sanctitas Sua mandavit dari instructionem R. P. D. Archiepiscopo Baltimorensi per epistolam eiusdem S. C. sequentis tenoris:

N. 18165
5

ARCHIEPISCOPO BALTIMORENSI

Perillustris ac Rme Domine uti Frater

Pluribus abhinc annis, ut optime novit Amplitudo Tua, nonnulla Sacrae huic Congregationi EE. et RR. proposita fuere dubia quoad votorum naturam, quae ab istarum Regionum Monialibus emittuntur. Cum vero nihil super iisdem S. Congregatio decernendum ante putaverit, quam locorum Episcopos sententiam rogasset, acceptis tandem illorum responsionibus, minime distulit de universa rei ratione SSmo Domino Nostro referre. Porro Sanctitas Sua, praevio rei examine ab aliquibus Emis ac Rmis huius S. Congregationis Patribus habito, auditoque eorum voto, haec quae sequuntur statuit, ac declaravit:

1. Vota, quae a Monialibus a Visitatione B. M. V. nuncupatis emittuntur in Monasteriis locorum Georgestoren., Mobile, Kaskiaskias, S. Aloysii et Baltimorae vi Rescriptorum a S. Sede ab eisdem iam obtentorum, esse solemnia.

2. Quoad Clausuram, praedictas Moniales uti posse facultatibus sibi in variis Rescriptis a S. Sede concessis.

3. Ratione habita ad temporum, locorumque circumstantias, in posterum ab eisdem Monialibus Visitationis post expletum novitiatum, emittenda esse vota simplicia; exactisque quinque annis a votorum simplicium professione, admitti eas posse ad vota solemnia nuncupanda, praeviis spiritualibus Exercitiis per decem dies; professas autem votorum simplicium frui et gaudere omnibus, et singulis gratiis et favoribus spiritualibus, quibus professae votorum solemnium fruuntur, et gaudent.

4. Vota, quae ab aliis Monialibus in Monasteriis iam erectis emit-

tuntur, esse simplicia, excepto casu quo Rescriptum pro votis solemnibus emittendis ab Apostolica Sede obtinuerint.

5. Tandem in Monasteriis in posterum erigendis in singulis Statibus Unitis, vota a Monialibus emittenda esse simplicia.

Itaque de mandato Sanctitatis Suae declaratio haec ad Amplitudinem Tuam per praesentes transmittitur, ut eam cum ceteris istorum Locorum Ordinariis communicare velis ad rectum Monasteriorum regimen ac disciplinam: quod dum perficere curabis, cuncta fausta ac prospera Tibi adprecor a Domino

Amplitudinis Tuae.

Datum Romae ex Secretaria S. Congreg. Episcoporum et Regularium hac die 30 Septembris 1864.

2 Septembris 1864.

ANIMADVERSIONES

Circa professionem votorum simplicium.

Ob tristissimas aetatis nostrae conditiones S. Sedes quasdam peculiares dispositiones quoad Moniales opportunas existimavit; hinc factum est ut in nonnullis locis professionem dumtaxat votorum simplicium Monialibus permiserit, ut in Gallia; in nonnullis aliis indulserit, ut votis solemnibus vota simplicia praemittere possint; et in resolutione, de qua nunc actum est, praescriptum reperimus vota simplicia professioni votorum solemnium a Monialibus Visitationis dictorum locorum praemittenda esse. Huiusmodi lex de praemittendis votis simplicibus quoad Ordines, et Instituta virorum lata fuit anno 1857 a S. C. super statu Regularium, quae statuit, ut pro Monialibus peculiaris positio in posterum conficeretur; quaeque tamen locum non habuit. Secundi casus documentum habetur in encyclica scripta a S. C. EE. et RR., praevio examine S. C. super statu Regularium, Antistitibus ditionis, quae Austriae Imperatori subest, quae sic se habet:

« Perillustris, ac Rm̃e Domine uti Frater — Inter multiplices sollicitudines, quibus SS̃mus D. N. Pius PP. IX. quotidie detinetur, animum suum convertit ad Sanctimoniales Virgines, quae in ditione Sacrae Caesareae Apostolicae Maiestatis existunt, ut speciali providentia iisdem consuleret. Peculiaribus igitur adductus rerum adiunctis, Apostolica auctoritate Tibi facultatem, donec aliter provideatur, tribuit indulgendi novitiis Monasteriorum Sanctimonialium Virginum Tuae Dioecesis, in quibus vota solemnia emittuntur, quaeque sub dominatione Imperatoris Austriae,

et Regis Apostolici reperiuntur ut antequam vota solemnia Deo nuncupent, vota simplicia, non tamen ultra vigesimumquintum expletum aetatis annum, emittere possint.

Insuper Sanctitas Sua summopere cupiens Virgines Deo Sacras magis in dies ire de virtute in virtutem et aemulari semper charismata meliora, eas pastorali Tuae curae in Domino enixe commendat, ut pro eo, quo flagras religionis zelo, monasticam disciplinam et observantiam sedulo promoveas.

Haec ex mandato Sanctitatis Suae Amplitudini Tuae significo, et prospera ac fausta cuncta a Domino adprecor.

Datum Romae ex Sacra Congregatione EE. et RR. die 19 Martii 1857.

Addictissimus uti Frater

G. Card. DE GENGA Præfectus

A. Archiepiscopus Philippen. Secretarius »

Aliquando etiam ex personali defectu in Monasteriis votorum solemnium alicui particulari mulieri professio votorum simplicium permittitur. En casus:

BEATISSIMO PADRE

« Lucia Incardona di anni 28 di Siracusa trovandosi da più anni in qualità di Convittrice nel Monastero della SSma Annunziata di Noto colle debite facoltà, ed essendo divenuta a causa di malattia sorda e muta, volendo ora professare in detto Monastero implora dalla S. V. la dispensa di proferire colla lingua i voti solenni, non che la commutazione dell' Uffizio divino in altre preci, che non tanto difficili le si presentassero a poterle pronunziare colla sua loquela, essendo le Monache favorevoli; e raccomandandola il Vescovo. »

« Ex Audientia SSmi die 28 Novembris 1862: SSmus petitum indultum haud expedire iudicavit; sed dumtaxat Ordinario facultatem tribuit permittendi Oratrici, ut de consensu Monialium professionem votorum simplicium, adhibito aliquo sufficienti externo signo, emittere possit, quae tamen gratiis spiritualibus et privilegiis, quibus Moniales votorum solemnium eiusdem Monasterii legitime fruuntur, gaudere possit, et valeat. Contrariis non obstantibus. »

Nec desunt casus, in quibus etsi petatur erectio Monasterii votorum solemnium, quia alumnae amplecti volunt unam ex antiquis regulis ab

Apostolica Sede approbatis, tamen S. C. permittat dumtaxat saltem ad tempus professionem votorum simplicium: quod fieri solet quando in promptu omnia non habentur, quae ad constituendum proprie dictum Monasterium de iure requiruntur; vel quando opportunum reputatur, ut erectio et profitentium spiritus experientia comprobetur (1).

Non abs re erit hic referre S. Sedis decreta, et responsa relate ad Moniales Belgii. Promulgato a laica potestate die 18 Februarii 1809 decreto, quo edicebatur eas religiosas communitates, quibus a primaeva sua institutione illud fuerat propositum, ut aegrotis inservirent, tamquam publica instituta habenda esse, ea tamen conditione, ut in posterum earum novitiae quinquennalia tantum vota profiterentur, Episcopi nova statuta conficere debuerunt. Sed in dioecesi Tornacensi religiosae hospitalariae minime existimaverant nova statuta, quae Episcopus eis proposuerat, recipere, et novitias ad vota temporanea admittere; quapropter Episcopus instructionem a S. Sede expostulavit; quam Pius VII S. M. per epistolam in forma Brevis datam die 24 Iunii 1810, facultatem tribuit Episcopo cum Monialibus iam professis dispensandi « non quidem super castitatis voto, nec super substantialibus aliorum votorum, sed in aliqua quacumque re honeste, et prudenter, pro ipsarum conscientiae quiete, et securitate, prout magis in Domino expedire iudicaveris. Pro Novitiis vero cavendum Tibi erit quam maxime, ne in novis exarandis statutis aliud praeter aut contra evangelica consilia hisce praecipue temporibus proposuisse videaris, neque voluntatem, libertatemque earum, quae praesertim maturae aetatis fuerint, a parentum, aliorumve nutu et cupiditatibus pendere facias. Quod cum recte observaveris, novitias, quae praefata statuta amplexae fuerint, non quidem ut novum in Ecclesia regulare institutum, aut ordinem, sed ut piam quamdam Mulierum aggregationem habebimus, et reputabimus. » Deinde Pontifex ad removendam omnem conscientiae anxietatem per epistolam diei 29 Iulii 1810 expresse declaravit « posse tuta conscientia vota temporanea novitias pro difficilioribus hisce temporibus admittere, et statutis a Te propositis nomen subcribere. »

Rex Hollandiae, cui Belgium suberat, anno 1817 statuit decretum anni 1809 observandum esse: hinc S. Poenitentiaria, responsa quaedam, danda esse duxit, quae S. C. EE. et RR. die 17 Iunii 1855 colligenda, et ad Nuntium Apostolicum pro sui instructione quoad Moniales trasmittenda esse mandavit.

Testor ego substitutus in Archivio S. Poenitentiariae existere responsiones quoad vota Monialium Belgii, ut infra:

(1) Vide supra pag. 615.

1. « Sacra Poenitentiaria Dilecto in Christo Amando Stelsen Missionario apostolico Nivellensi, qui Sanctam Sanctam Sedem circa Litteras circulares de ordinibus Religiosis scriptas a Directore generali, quem vocant, Negotiorum cultum Catholicum in regno Batavo respicientium, consuluit, iubente Sanctitate Sua mature perpensis et examinatis iis, quae in praedictis Litteris continentur, per hoc Rescriptum respondet.

» Primo. Quamvis grave sit Religiosas Communitates cogi ad exhibendas Gubernio suas Constitutiones, quibus nihil civile continetur, declarat tamen iisdem Communitatibus licere hac in re Gubernio praecipienti obtemperare. Non enim id ultro, et sponte sua faciunt sed a Gubernio coactae indicta etiam gravissima poena dissolutionis et extinctionis earumdem Religiosarum Societatum, nisi eas Constitutiones ante proximas kalendas Ianuarias exhibeant. Quod vero ab iis invitis et coactis, atque ad gravissimam declinandam calamitatem fit, accipi a nemine iure potest quasi quoddam indicium, quo significetur eas putare Gubernio inesse potestatem in res Ecclesiasticas. »

» Secundo. Sacra Poenitentiaria intelligens velle omnino Gubernium ut vetus illud Decretum diei 18 Februarii anni 1809 a Regularibus Regni Belgici observetur, quo proprietas, possessio, et administratio Bonorum quae ad eos pervenerunt, singulis Religiosis vel Monialibus vindicetur, concedit de expressa Apostolica Auctoritate, Regularibus utriusque sexus iam solemniter professis ut ea Bona acquirere, retinere, et administrare, deque iis in pios honestosque usus disponere possint, non obstante paupertatis voto, dummodo cum debita a superioribus legitimis dependentia haec faciant.

» Tertio, De expressa Apostolica auctoritate, attentis circumstantiis, in quibus Religiosae Communitates illius Regni versantur, indulgetur ut in iis sola vota simplicia, et temporaria emittantur.

» Quarto. Iam in Decreto illo superius memorato, quam in epistola citata cum de Votis solemnibus non emittendis sermo fit, non Moniales et Religiosi iam solemniter professi respiciuntur, qui nulla debent iterum emittere vota, sed Moniales et Religiosi novi, qui deinceps Vota emissuri sunt. Non est propterea cur ii qui iam solemniter professi sunt, metuant ne si Decreti et Epistolae illius pro temporum circumstantiis ratio habeatur, votis suis solemnibus renuntiare videantur.

» Postremo Regularibus, qui vota simplicia et temporaria emissuri sunt, eamdem facultatem circa sua Bona S. Poenitentiaria concedit, quam superius professis solemniter largita est.

« Datum Romae in Sacra Poenitentiaria die 1 Decembris 1820. »

2. « Sacra Poenitentiaria mature perpensis quae a P. Provinciali Ligurinorum Burgis in Belgio exponuntur quoad Sanctimoniales SSmi

Redemptoris in Flandria occidentali collectas, rescribendum censuit, earumdem vota uti simplicia a Sancta Sede aestimari. Episcopo autem Brugensi ex Apostolica Auctoritate facultatem concedit indulgendi Monialibus ut cum plena ab ipsomet dependentia bona, quae ad illas spectant, vel pervenire successionis alioque legitimo iure possunt, recipere, retinere, administrare, deque eis contractus inire, atque in pios honestosque usus, praesertim vero in bonum Monasterii per actus inter vivos sive causa mortis etiam per testamentum disponere possint.

» Quoad Nuntium vere Apostolicum transmittantur resolutiones S. Congregationis EE. et RR. super Monialibus SSmi Redemptoris Viennae captae anno 1835-1840 (1), nec non Decreta per Sacram Poenitentiariam emissa super Moniales Galliarum et Belgii in folio separato pro sua notitia.

» Datum Romae in S. Poenitentiaria die 30 Novembris 1840.

» In quorum fidem etc. Datum Romae in S. Penitentiaria die 6 Iulii 1855.

Caietanus Ludovici S. Poen. Archivista. »

Habetur etiam aliud S. Poenitentiariae rescriptum diei 2 Decembris 1854, quod brevitatis gratia omittitur. Verum etiam deinde dubia circa naturam votorum, quae Moniales Belgii profitentur, S. C. proposita fuerunt. Quare suprascripta responsa historice tantum hic referuntur, nulla addita interpretatione. Adnotare tantum praestat vota, quae a Religiosis viris emittuntur esse solemnia, si agatur de Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede approbatis, in quibus vota solemnia emitti solent; iis tamen in praesens vota simplicia praemitti debent sub nullitatis poena iuxta praescriptum S. C. super statu Regularium et Litteras Apostolicas in forma Brevis a SSmo D. N. PIO PP. IX die 7 Februarii 1862 latas incipien. *Ad universalis Ecclesiae regimen,* quae in appendice secunda referuntur.

CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM SAECULARIUM

Super privilegiis.

Moderator generalis cuiusdam Congregationis Presbyterorum, quorum Alumni vota simplicia perpetua profitentur, supplices preces S. C. EE. et RR. porrexerat, ut declararet 1. Professos in dicta Congregatione esse ab episcopali iurisdictione exemptos iis exceptis, quae ad curam anima-

(1) Vide pag. 452 et 453 Collectaneae.

rum, Sacramentorum Administrationem pertinent; tum etiam exceptis casibus, in quibus Ordinariis iure delegato competit iurisdictio iuxta formam SS. Canonum, Concilii Tridentini et Apostolicarum Constitutionum : 2. eosdem professos esse vere ac proprie dictos Religiosos, ita ut ea Congregatio in statu vere religioso constituta habeatur, eiusque professi sint de clero regulari, quamvis vota solemnia non emittant; aut (quemadmodum Gregorius XIII in bulla *Ascendente Domino* pro Alumnis Societatis, qui vota tantum simplicia emittunt declaravit) *Sanctitas Vestra edicere dignetur, alumnos nostrae Congregationis esse vere Religiosos.* Ad primam petitionis partem, quod attinet, Moderator generalis in medium proferebat privilegia, quae Suae Congregationi Pius VI et Pius VII concesserant. Porro Pius VI per Litteras Apostolicas in forma Brevis dici 21 Augusti 1789 incipien. *Sacrosanctum Apostolatus officium* in quibus non solum confirmat reseriptum huius S. C. dici 20 Octobris 1781, quo ad dictam Cogregationem *sub iisdem modo et forma, ac aeque principaliter* extendebantur et communicabantur: « omnia et singula privilegia, et in» dulta tribus Congregationibus (nempe Doctrinae Christianae, Piorum » Operariorum, et Clericorum discalceatorum Crucis et Passionis D. N. » I. Christi) ab Apostolica Sede usque tunc concessa, et quae in poste» rum concederentur, quamvis speciali mentione digna, » sed etiam « qua» tenus opus sit, privilegia, exemptiones, indulta, aliasque spirituales » gratias dictae Congregationi. . . . tam generaliter, quam specialiter, » ac per viam communicationis cum supradictis tribus Congregationibus.... » etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac alias per Nos seu quos» cumque alios Romanos Pontifices praedecessores Nostros concessa, et » in posterum pari modo concedenda, quaeque specialem requirerent men» tionem. . . . perinde ac si specialiter, et expresse ac pariformiter, et » aeque principaliter ei concessa fuissent concedebat. » Et Pius VII per Litteras Apostolicas in forma Brevis dici 9 Ianuarii 1807, cui initium *Qui sicut boni* ad removendas conscientiarum anxietates confirmat, et sanat concessionem a Pio VI factam, et praeterea declarat in dicta concessione comprehensas esse gratias a Clemente XIV Congregationi Crucis et Passionis D. N. I. C. communicatas nec non « comprehendenda esse » omnia et singula privilegia, indulta. . . . exemptiones et gratias spi» rituales etiam specialem mentionem requirentes, quibus praedictae, » aliaeque similes Clericorum, seu Regularium, seu Saecularium Congre» gationes; et quatenus opus sit eidem Congregationi illa omnia et sin» gula tamquam de verbo ad verbum hic expressa et inserta fuissent, » concedimus. »

At vero rescripto huius S. C. dici 21 Septembris 1771 Summus Pontifex in uberiorem elucidationem Constitutionum Clericorum Excalcea-

torum P. D. N. I. C. eos exemptionem habere declaraverat: « quoad » eas dumtaxat domos, in quibus permanent duodecim ex dictis Clericis » de Familia, et in quibus regularis retinetur observantia, tam Ecclesias, » quam domos, ac Regulares ipsos degentes exemptos esse, et immunes » esse iurisdictione, visitatione et correctione quorumcumque Episcopo- » rum, et Ordinariorum, in quorum respectivis. . . . Dioecesibus dictae » domus reperiuntur, gaudeantque iisdem privilegiis, et exemptionibus, » quibus. . . . aliae Congregationes Regularium donatae sunt, exceptis » iis, quae ad curam animarum, et Sacramentorum administrationem per- » tinent, tum casibus, in quibus Episcopis, atque Ordinariis iure dele- » gato competit iurisdictio ad formam SS. CC., Concilii Tridentini, et Con- » stitutionum Apostolicarum. »

Huic privilegiorum communicationi Moderator generalis innitebatur; quae cum clausulis, et verbis praegnantibus, uti aiunt, suffulta sit, directae, et specificae concessioni aequiparari debet, ita ut concessio facta Congregationi SS. P. D. N. I. C., eodem prorsus modo Congregationi, de qua agitur, impertita intelligatur, ac propterea eadem exemptione frui ac gaudere tuto dicendum sit.

Quibus positis quid in iure cautum sit exponebatur. Distinguebantur enim privilegia, quae *a iure communi* dimanant, ab iis, quae a peculiari concessione repetenda sunt. Priora ad Ordines regulares, in quibus vota solemnia emittuntur, spectant, alia ad Instituta votorum simplicium: ista namque Instituta nullum ex se, et a iure privilegium habent. Cum ab Apostolica Sede approbata sint nullo eis concesso privilegio, exempta tantum sunt in iis, quae in Statutis et Constitutionibus a S. Sede approbatis continentur, scilicet subiiciuntur iurisdictioni Episcoporum, salvo eorum Instituto et Constitutionibus ut supra approbatis (1). Ut igitur alia privilegia habeant, oportet ut ea a S. Sede obtineant.

(1) Hac super re pluries actum est in hac Collectanea, et praesertim pag. 49, 155, 434, 435. Alias exemptiones et privilegia hae Congregationes non habent, nisi eis ab Apostolica Sede specialiter concedantur. Quin imo nec ipsae Tertiariae in communi viventes sine clausura, et votis solemnibus amplius gaudent privilegiis a Bened. XIII concessis, quia a Clem. XII, Const. *Romanus Pontifex* diei 30 Martii 1732, revocata fuerunt; de qua revocatione agit Bened. XIV in *Instit. Eccl. 105, n. 76.*

Probati auctores, et praesertim Pirhing. in Opere, cui titulus *Ius Canonicum lib. III, tit. 35,* docent decretalem Concilii Lateranensis IV *Ne nimia* qua prohibetur *Ne quis de caetero novam Religionem inveniat; sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat:* aliamque decretalem Concilii Lugdunensis II *Religionum,* qua Concilium inhibuit *ne aliquis de caetero novum Ordinem, aut Religionem adinveniat, vel habitum novae Religionis assumat,* respicere etiam nova Instituta votorum simplicium ex rationum identitate: quam sententiam S. C. sequuta est in *Sagien.* 9 Ianuarii 1835, vid. pag. 423. His accedit quoad Instituta mulierum Constitutio S. Pii V *Circa pastoralis* propter quam S. Sedes Congregationes

Porro duplici modo privilegia consequuntur, nempe *directe,* cum privilegium alicui Instituto speciatim et expresse tribuitur; et *per communicationem* privilegiorum, quibus aliae Congregationes legitime fruuntur. In concessione privilegiorum per communicationem prae oculis habendum est monitum Monacelli Formul. Leg. Tit. 16, Form. 2, Suppl. ad n. 11, scilicet: « Cave ab ita universali, et erronea propositione, nam privile» gia tam Iesuitarum, quam aliorum Ordinum Mendicantium, quae in» volvunt praeiudicium tertii, vel sunt aliis onerosa, aut speciali nota » digna, vel quae raro conceduntur, vel demum iurisdictioni ordinariae » Episcoporum sunt laesiva, non conferuntur per solam communicatio» nem, sed indigent speciali et expressa concessione, non obstante quod » communicatio habeat clausulas praegnantes (1). » Quae quidem maiorem vim habere videntur quando agitur de exemptione a iurisdictione Episcoporum, agitur enim *de iure quaesito tollendo,* unde S. Sedes non solet hoc exemptionis privilegium obiter et perfunctorie impertiri, sed verbis claris et directis *Eximimus, et immediate S. Sedi subiicimus.* Quin imo docet Barbosa de Offic. et potestat. Episcop. alleg. 74, n. 6: *exemptionem a visitatione non comprehendi sub generali concessione exemptionum.*

In disceptatione tamen huius quaestionis notabantur verba non solum praegnantia, verum etiam specialia, et extraordinaria, quibus Pius VI et Pius VII communicationem indulserant, nempe « perinde ac si spe» cialiter, et expresse, ac pariformiter et aeque principaliter ei concessa » fuissent; tamquam de verbo ad verbum expressa, et inserta fuissent, » et specialem mentionem requirerent. » Ideoque concludebatur in casu communicationem privilegiorum vim directae et expressae concessionis habere.

Mulierum, quae vota simplicia tantum emittunt, nec clausuram servant, approbare minime solebat, sed eas tantum tolerabat, ac proinde si aliquando S. Sedes earum Constitutiones confirmabat, apponebatur clausula *Absque approbatione Instituti.* De hac praxi loquitur Bened. XIV in Const. *Quamvis iusto* pro Virginibus Anglicanis; et in *Institut. Eccles. 56.* Deinde vero ob temporum, rerumque publicarum vicissitudines Sedes Apostolica coepit in casibus particularibus etiam Instituta votorum simplicium approbare, si conditiones ex praxi S. C. requisitae concurrant.

S. Pius V etiam pro virorum Institutis edidit die 17 Novembris 1568 Constit. *Lubricum vitae genus* qua prohibuit Congregationes Virorum, qui vivunt *in communi, et sub obedientia voluntaria, et extra votum solemne religionis, quorum habitus a saecularibus Presbyteris est distinctus.* Vid. pag. 213.

(1) Consule eumdem Monacellum *Tit. 13, form. 4, Suppl. n. 33 et seq.,* nec non Pignatellium *Consul. 1, num. 32 et 34, Tom. 10;* et Card. Petra *Const. V Innoc. IV, n. 45, Tom. 3:* Rotam *Decis. 201, n. 14, et 15;* et Bened. XIV in *Inst. eccl. 23, n. 4.* Advertendum etiam est in Decretis S. C. *super Statu Regularium* incipien. *Romani Pontifices* et *Regulari disciplinae* editis die 25 Ianuarii 1848, cautum esse *Vi cuiuscumque privilegii, facultatis, indulti, dispensationis, approbationis regularum et constitutionum etiam in forma specifica, quam ab Apostolica Sede*

Ad secundum postulatum quod attinet Moderator generalis autumabat alumnos suae Congregationis esse vere Religiosos, nam ad constituendum statum religiosum non requiritur iure divino, sed ex sola Ecclesiae institutione solemnitas votorum, prout Gregorius XIII in citata Bulla declaravit, eo vel magis quod eius Congregatio, a Summis Pontificibus, licet per incidens, tamquam religiosa familia enunciata sit, nam Leo XII in Litteris Apostolicis in forma Brevis diei 11 Martii 1828 habet: « In» ter religiosas familias. . . . non infimum tenet locum Congregatio.... »; et Pius VIII in decreto lato die 31 Iulii 1830, quo Kalendarium proprium Congregationi, de qua agitur, concessit, edicebat. . . . *caeteris regularibus ordinibus accessit Congregatio.* . . . Quod si de hac qualitate certo non constaret, summopere expedire existimabat idem Moderator generalis, ut per speciale indultum qualitas ipsa concederetur, ita ut ipsa Congregatio non tantum ecclesiastica, sed regularis sit, nam efficacior esset Capitulorum celebratio, et sacra Superiorum visitatio, et frequentiores in eam postulantium ingressus, eoquod postulantibus grave sit Congregationem ipsam esse ecclesiastico-saecularem, non vero regularem et per consequens eius Alumnos non vere religiosos. Addebat etiam in ea professionem solemniter fieri, et a Superioribus acceptari.

Sed ex officio sequentes animadversiones opponebantur. Verum quidem est quod solemnitas votorum non sit iure divino essentialis statui religioso, requiritur tamen ad illum statum constituendum de iure ecclesiastico: quare non est vere religiosus iuxta Ecclesiae disciplinam, qui solemnia vota non emittit, sed dumtaxat vota simplicia profitetur, nisi speciale, et expressum S. Sedis indultum accedat, quo Ecclesiae disciplinae derogetur. Porro Apostolica Sedes numquam hoc privilegium concessit, si excipias Societatem Iesu, in qua professi votorum simplicium, quae post biennium probationis emittuntur, a Gregorio XIII veri Religiosi declarati fuerunt. Notandum tamen est id ex specialibus causis factum fuisse; et vota simplicia habenda esse in casu uti viam, et praeparationem ad solemnium votorum professionem, ad quam ex eorum institutione tendunt et taliter professos votorum simplicium esse de corpore Societatis verae regularis vota solemnia profitentis; quod locum

aliquis Ordo, Institutum, Superior, Religiosus consequeretur, nunquam huic decreto derogatum esse censeatur, nisi ei expresse, et nominatim derogetur, licet in concessione derogatoriae generales quantumvis amplae apponantur. Quod si alicui Instituto expresse, et nominatim dispensatio super eodem decreto aliquando concedi contigerit, aliis minime extendi poterit vi cuiuscumque privilegii, et communicationis privilegiorum.

In *Pinarolien.* pag. 429, et seq. huius Collectaneae actum est de exemptione Oblatorum B. M. V. ab Episcoporum visitatione.

non habet in Congregationibus, in quibus professio sistit dumtaxat in votis simplicibus (1).

Proferebantur in exemplum Presbyteri Doctrinae Christianae, qui erant ab initio Clerici Saeculares quia profitebantur vota simplicia, sed deinde Somaschae Congregationi uniti, ideoque solemnia vota emitterent, ad gradum Clericorum Regularium provecti sunt. Postea vero dicta unione revocata ab Innocentio X per litteras Apostolicas *Commissi* anni 1617, exorta est quaestio an ipsi Clerici Regulares remanserint; et laudatus Pontifex Const. *Pastoralis Officii* diei 30 Augusti 1652 declaravit esse, et fore uti ab initio Clericos Saeculares. E contra Clerici ***Matris Dei,*** qui ex Const. Clementis VIII de Clero saeculari erant, quia vota simplicia emittebant, postea ad gradum Clericorum regularium evecti fuerunt, cum Gregorius XV eis professionem votorum solemnium permiserit. Neque aliquid facessere arbitrabatur, quod Congregatio, de qua agitur, in superius allatis documentis religiosis familiis, et Ordinibus regularibus aliquo modo aequiparetur, nam haec appellatio non in parte dispositiva, sed in enunciativa tantum memorati Brevis, et Decreti legitur, neque, ullo modo in eis de qualitate Congregationis agitur, sed de privilegio admittendi Alumnos ad Ordinationem titulo ***Mensae Communis;*** et pro-

(1) Moderator Generalis *Societatis a Caritate* nuncupatae summopere exoptabat, ut Societati ipsi, in qua vota simplicia perpetua emittuntur, non solum Regularium privilegia communicarentur, verum etiam vera Congregatio religiosa declararetur. Petitio sedulo diligenterque perpensa fuit: et in Congregatione generali diei 30 Decembris 1838 proposita fuerunt dubia: 1. *Se la Regola dell'Istituto della Carità meriti la formale approvazione della S. Sede?* 2. *Se convenga estendere ad un tale Istituto i privilegi dei Regolari?* 3. *Se questi privilegi vogliano concedersi all' Istituto come* a pia Congregazione, *o come a* Congregazione religiosa? Quibus Emi Patres referente Emo Castracane, rescripserunt: *Ad 1. Affirmative: Ad 2, Affirmative iuxta modum: hoc est: pro exemptione a iurisdictione Ordinariorum quoad visitationem domorum et Ecclesiarum; et quoad disciplinam, et observantiam regularem; itemque pro facultate expediendi suis subditis litteras dimissoriales ad Ordines minores, et Sacros: Ad 3. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

In generali Conventu diei 15 Iunii 1856 penes S. C. super statu Regularium disputatum est, an qui in Ordinibus religiosis votorum solemnium praemittere debent professionem votorum simplicium declarandi essent vere Religiosi, vel tantum participes privilegiorum; nonnulli ex Emis Patribus primam partem propositionis probandam esse existimabant, quia agebatur de votis simplicibus perpetuis ex parte voventis, utpote quae tendunt ad emittenda deinde vota solemnia, in quibus perfectionem, et complementum accipient, prout locum habet in Societate Iesu: alii vero autumabant communicationem tantum privilegiorum esse concedendam cum non expediat privilegium singulare Societatis Iesu ad alios Ordines extendere, ne novus status religionis contra vigentem Ecclesiae disciplinam generaliter constituatur. In hac sententiarum disparitate SSmus D. N. Pius PP. IX sequens probavit articulum, qui in declarationibus a memorata S. C. datis sub num. VI legitur *Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum, et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in memorato Ordine legitime utuntur, fruuntur et gaudent.*

prium Kalendarium habendi, etenim ex Cap. *Si Summus Pontifex De Sentent. Excomm.* et ex Constitut. Gregorii XVI *Sollicitudo* Nonis Augusti 1831 ex appellatione, et titulo, qui alicui in enunciativa tribuitur aliqua dignitas, vel ius, quo antea legitime non fruebatur, ei revera per dictam enunciationem, et appellationem minime concessum intelligi debet.

Nec solemnitas professionis aliquid suffragatur, etenim non solemnitas seu pompa externa constituit statum religiosum, nec acceptatio votorum ex parte Superioris, sed solemnitas votorum, quae nomine Ecclesiae acceptantur. Quapropter huiusmodi Congregationes improprie appellantur Ordines, religiosae familiae, et earum Alumni Religiosi, non vero proprie, et stricto sensu ita ut in statu vere religioso constituantur.

In huius quaestionis disceptatione universa rei ratio diligenter perpensa fuit; et proposita fuerunt sequentia dubia in generali conventu diei 16 Septembris 1864:

1. *Se, e come convenga dichiarare che la Congregazione de' Preti Secolari NN. goda la qualifica di vera Regolare, o almeno le si debba accordare per grazia nel caso?*

2. *Se, e qual esenzione ad essa spetti dalla giurisdizione vescovile nel caso?*

Quibus Emi Patres, referente Emo Quaglia Praefecto, rescripserunt: Ad 1. Ad primam partem non esse *vere Regularem;* ad secundam partem non expedire (1). Ad 2. Attento speciali privilegio praedictae Congregationis a S. Sede concesso affirmative ad formam et modum rescripti diei 21 Septembris 1771 favore Clericorum excalceatorum SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C.

16 Septembris 1864.

HORTANA ET VERULANA

Emphyteusis seu super investimento, vel repartitione pretii a venditione fundi emphyteutici retracti.

Cum in ditione pontificia viae ferratae construerentur saepe accidit, ut venditioni coactae etiam fundi emphyteutici, quorum dominium ad Ecclesiam spectabat, subiicerentur. Hinc orta est quaestio inter Dominos directos, et emphyteutas circa divisionem pretii, vel eiusdem investimen-

(1) Emi Patres in disceptatione animadverterunt quod huius dubii formula magis praecise enucleanda fuisset, sed illius reformationem minime necessariam esse duxerunt cum eius sensus ex universa rei ratione, et ex ipsa Moderatoris generalis petitione satis appareret.

tum. Ad S. C. EE. et RR. hac super re controversia delata est a Seminario Hortano et ab Episcopo Verulano.

Porro Seminarium Hortanum possidebat dominium directum aliquorum praediorum, quae in emphyteusim perpetuam Municipio iamdiu concessa fuerant. Cum vero ob causam superius memoratam quaedam ex eis praedia occupata fuerint, Seminarium autumabat pretium integrum investiendum esse eius favore, et ad emphyteutae indemnitatem canonem data proportione esse reducendum. E contra Municipes existimabant non esse locum reductioni canonis, sed investito pretio favore Seminarii pro dominio directo, fructus durante emphyteusi a Municipio percipiendos esse.

In Verulana Dioecesi Capitulum Frusinonen. anno 1793. praedium quoddam in emphyteusim ad tertiam generationem masculinam concesserat. Pars huius fundi ob eamdem causam occupata fuerat, et deputato perito pro divisione pretii opinabatur reducendum esse canonem habita ratione partis fundi occupatae, et deinde pretium ita dividendum esse, ut rata scutator. 275.84 Capitulo directario, et reliqua rata scut. 408.93 emphyteutae libere attribueretur. Sed Episcopus contendebat grave ex hoc Capitulo damnum obvenire, nam emphyteusis in tertia prope linea reperiebatur, ideoque imminente devolutione non immodica summa, quae valorem fundi repraesentabat, privaretur. Magis iustitiae congruum esse existimabat, quod persolutis Emphyteutae damnis, quae ex occupatione partis fundi in summa scut. 39.17 allata fuerant, reliqua summa 645. 60 favore Capituli investiretur, fructusque usque ad finem emphyteusis ab ipso emphyteuta perciperentur nulla facta canonis reductione.

Tam Municipes Hortani, quam Episcopus Verulanus innitebantur lege edictali pro coactis venditionibus lata die 3 Iulii 1852, in qua, §. 20, legitur: « Il dominio de' fondi alienati passa alla pubblica amministra» zione libero da tutti i vincoli, ipoteche e diritti reali anche di ser» vitù, dai quali era per lo innanzi gravato. . . . Il prezzo succede in » luogo de' fondi suddetti; su di esso per ministero di legge si trasfe» riscono tutti i vincoli, le ipoteche e i diritti di sopra accennati ». Si igitur ex hac lege pretium stare debet loco fundi alienati, et in illud vincula realia transferuntur, sequitur, quod in contractu vi huius legis nihil innovatum dici debeat, et pretium uti subrogatum fundo habendum sit. Porro « Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur ». Barbosa axioma iuris 213, etenim talis est: « qualitas subrogatorum, » ut eamdem induant naturam eius, in cuius locum subrogantur »: Rota in *Romana Spolii, seu immiss. super loc. Mont.* 1 Iulii 1718, §. Paulum coram Crispo, et Decis. 6 coram Ratto num. 7, nec non Recentiores V. *Subrogatio*. Nec opponi potest emphyteusim constitui non posse super pecunia, sed super bonis immobilibus, nam agitur de venditione

coacta, cuius pretium omnino investiri debet, ut in illud vincula reapse transferri possint, prout docet Rota in *Romana Fideicom.* 9, Iunii 1690, n. 10, apud De Luca ad Theol. lib. X, Decis. 66: « Quoniam cum alie-
» natio praecesserit ex causa necessaria retractus scilicet coactivi in vim
» Bullae Gregorianae districte praecipientis quod pretium reinvestiatur et
» et obnoxium remaneat omnibus dispositionibus, prohibitionibus et oneri-
» bus, quibus res vendita subiacebat, et de facto Loca Montium ad for-
» mam dictae Constitutionis fuerint comparata, non videbatur haesitan-
» dum, quin adhuc super illis uti distractae domui subrogatis vigeat
» fideicommissum iuxta naturam subrogatorum. . . . supplente ipsamet
» lege factum hominis, de cuius voluntate subrogavit. »

Ex praemissis deducebatur pretium ex alienatione retractum *ex iuris fictione* repraesentare fundum alienatum, ideoque fructus, qui ex eius investimento retrahuntur, ad emphyteutam durante emphyteusi, dominium vero directum ad directarium spectare.

Contra vero in medium proferebatur, quod in casu vel in toto, vel in parte emphyteusis contractus resolvitur prout vel totus fundus, vel illius pars alienata est. Et revera cessat fundus qui in contractum venerat; cessat canon, qui sive persolvatur in *signum recognitionis dominii*, sive in repraesentationem fructuum amplius locum habere nequit cum eius titulus, sublata materia contractus, extinguatur.

Neque iuvat ad naturam subrogatorum confugere, nam post axioma 213, num. 2, Barbosa prosequitur: « subrogatum non sapit natu-
» ram eius, cuius loco subrogatur, nisi vel in subsidium, vel quando
» subrogatio est in plenum ius. Intellige etiam, ut supra tetigimus num.
» 1, quando subrogatum habet qualitates eius, in cuius locum subroga-
» tur, quia si qualitas vel unum ex requisitis necessariis subrogato de-
» ficiat, vel diversa inter utrumque datur qualitas, eius naturam, in cuius
» locum subrogatur, non sapit. » Hanc limitationem Sacra Rota quoque admittit ut videri potest in Recentioribus V. *subrogatio, subrogatum.* Ex quo fit ut contractus emphyteusis cesset, et resolvatur in communionem bonorum, in qua unusquisque potest petere divisionem bonorum pro respectivis iuribus. Nec aliquid prodesse in casu potest citata lex 3 Iulii 1852, in qua legislator tantum statuit translationem onerum et vinculorum in pretium retractum, sed nihil de illius investimento edicit (1).

(1) Vera ratio dubitandi a Doctoribus ex eo desumitur quod emphyteusis consistere non potest in rebus mobilibus, qualis est pecunia: ita Fulgineus *De iure emphyteutico praelud. quaest. 1, n. 31. Dicitur etiam in definitione:* rei immobilis, *quia de sui natura emphyteusis non potest consistere nisi in rebus immobilibus.* Vide etiam Decianum *respons. 123, n. 4;* Mantica *de tacit. et ambig. convent. lib. 22, tit. 2;* De Luca *discur. 36, n. 2, de emphyteusi;* Acame *in tract. super coacta ven-*

Tandem Verulani Emphyteutae existimabant facilem esse methodum ad constabiliendam rationem divisionis pretii inter Dominum directum et Emphyteutam. Et re quidem vera Domino directo debetur tantum summa, quam persolvere ei deberet Emphyteuta ad canonem redimendum. Haec autem summa definienda est iuxta edictalem legem 9 Martii 1848 pro redemptione canonum bonorum ecclesiasticorum, et reparatis damnis, quae emphyteutae ex venditione fortasse allata fuerint. Sed Episcopus Verulanus propositam methodum impugnabat, cum dicta edictalis lex lata fuerit ob speciales publici aerarii circumstantias, nec permanens fuerit, nec normam stabilem constituerit (1). Ac propterea expostulabat, ut si pretium dividendum esset, quod ipse pro viribus oppugnabat, prospiciatur utilitati Ecclesiae iuxta regulas, quae antea vigebant. In huius causae disceptatione animadvertebatur certam normam definiendam esse, ad evitandas controversias, et lites, quae passim orirentur non sine partium detrimento.

Propositis igitur in generali conventu diei 28 Iulii 1865 sequentibus dubiis:

1. *Se l'enfiteusi sia rappresentata, e duri nel prezzo surrogato come se lo sproprio non fosse seguito, ovvero cessi circa la parte spropriata nel caso?*

ditione ob publicam causam §. *134*. Sed quidam similis causae patronus animadvertebat in suis allegationibus, quod licet in pecunia directe emphyteusis constitui non possit, potest tamen contractus emphyteuticus iam rite initus perseverare per fictionem iuris quando fundo emphyteutico per coactam venditionem distracto subrogatur pecunia, quae investiri debeat; quod citatae legi edictali anni 1852 consonum prorsus esse asseverabat.

At vero S. C. relictis Iurisperitorum subtilitatibus in quibusdam occurrentibus casibus venditionis alicuius fundi emphyteutici edixit ut pretium ex venditione retractum investiretur favore loci pii, et fructus durante emphyteusis contractu ab Emphyteuta perciperentur.

(1) S. C. minime sequitur methodum in dicta lege praescriptum quando redemptiones canonum permittit, ea enim extraordinaria, et transiens erat, sed inhaeret normis a S. Rota antea probatis cum aliqua moderatione iuxta peculiaria casus adiuncta. Plurimum defert locorum stylo, et consuetudini, ideoque in exquirenda ab Ordinariis informatione utitur clausula *determinato affrancationis pretio iuxta loci stylum*. Pro provincia Bononiae Bened. XIV edidit die 5 Februarii 1743 Constit. incipien. *Vigilanti providentia* in qua emphyteutis bonorum Ecclesiae, et locorum piorum concedit facultatem *francandi, et liberandi per solutionem talis pecuniarum summae, seu per emptionem, vel assignationem, et cessionem. . . in tali quantitate, ut redditus huiusmodi bonorum. . . non solum adaequent annuam quantitatem Canonum, seu Censuum, vel responsionum, aut recognitionum, et cuiuscumque alterius emolumenti, vel commodi ex renovatione concessionum, seu locationum per dominos directos percipi solitis, et per singulos annos proportionabiliter dividendi, sed etiam augmentum contineant, et inducant quintae partis praedictorum canonum, censuum, responsionum, vel recognitionum*. Hoc autem privilegium speciale, et locale est ita ut ad loca extendi nequeat.

Quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam

2. *Se tutto il prezzo predetto ceda al Direttario mediante riduzione del canone, e quale?*

3. *Ovvero ceda all' Utilista salvo il canone da pagarsi per intiero nel caso?*

Quatenus negative ad utrumqae

4. *Se sia luogo al riparto tra il Direttario e l' Utilista, e quale nel caso?*

Emi Patres, referente Emo Bofondi, rescripserunt : Dilata , et ad D. Pro-Secretarium cum SSmo. Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. PIO PP. IX in audientia habita a D. Pro-Secretario sub die 4 Augusti 1865, Sanctitas Sua rescribi mandavit ad mentem: mens est : « Che debba costantemente ritenersi la massima, che il prezzo dei fondi » enfiteutici appartenenti a cause pie espropriate deve rinvestirsi o col- » l' acquisto di fondi rustici, o col Consolidato Pontificio vincolato, ed » intestato al Direttario colla menzione dell' Utilista , a vantaggio del » quale debbono cedere i frutti del capitale così rinvestito per tutta la » durata della enfiteusi. Rimane integro al Direttario il diritto di esigere » l' antico canone, laudemî o quindennî nei casi come di ragione tanto » sul capitale rinvestito, quanto sulla parte del fondo non espropriata (1). »

28 Iulii 1865.

ROMANA

Super compensatione ob remotionem ab officio Chirurgi.

Antistita cuiusdam Monasterii Almae Urbis nunciabat Titio artis Chirurgicae professori per epistolam diei 31 Decembris 1859 quod « aven- » do proposto alle sue Religiose il Sig. Dottore Tizio a succedere al Pro- » fessore Signor Caio in qualità di Chirurgo del suo Monastero erasi de- » liberato, dopo aver prese le dovute informazioni dai Superiori, di eleg- » gere capitolarmente il dì 27 Settembre anno suddetto il sullodato Tizio » col dargli il diritto alla successione, ed alla percezione dell' annuo ono- » rario dopo la morte, od in caso di vera impotenza del nominato Caio. » Honorarium vero scut. 12 Chirurgo Titulari in singulos annos persolvebatur. Titius Chirurgus Coadiutor cum futura successione operam suam in casibus occurrentibus gratis praestabat , et una simul flebotomi exercitium acceptis quotannis scutatis sex assumebat. Ita se gessit usque ad

(1) Vid. in *Assisien. Investimenti* pag. 449 praxim, quae a S. C. servatur pro investienda pecunia locorum piorum.

mensem Iunii 1862, quo, defuncto Coadiuto, in eius locum successit cum annuo honorario scutatorum duodecim. Verum die 31 Decembris 1863 Antistita Monasterii ei significabat: « che quella religiosa famiglia non ri- » poneva più in lui quella fiducia, ch' è tanto necessaria a quietare le » monache inferme sottoposte a cura; dovendo essa pertanto provvedere » al bene della medesima senza pregiudizio dei di lui meriti, lo preve- » niva che al cessare di quell' anno 1863 cessava anch' egli dall' assi- » stere il Monastero in qualità di Chirurgo. »

Titius hanc ab officio dimissionem aegre tulit ita ut apud S. C. EE. et RR. acriter reclamaverit. Emus Urbis Vicarius hac super re a S. C. requisitus referebat ex supplici libello Titii non constare an ipse redintegrationem in praefato munere, vel potius aliquam compensationem, quae nonnisi exigui valoris esse posset, peteret. At Titius declaravit dumtaxat pro congrua compensatione instare, quam Collegium Medicum in summa sc. 183.60 constituerat, etenim, rescisso a Monialibus contractu, sibi competere autumabat ius exigendi stipendium pro singulis curationibus iuxta taxam, quae vigebat.

At vero Moniales pro viribus contradicebant, nam officium Medici et Chirurgi fundatum est in fiducia; cum igitur Titius omnem penes Moniales fiduciam amiserit ob nonnullas curationes, quae ob defectum peritiae (ita dictitabant) infelicem exitum habuerant, illum ex iusta et rationabili causa dimiserant, ideoque nullam ei debitam esse compensationem existimabant. E contra Titius conabatur demonstrare se se iuxta artis chirurgicae normam processisse, neque eius imperitiae infelicem exitum tribuendum esse, cum ex allatis testimoniis de propria idoneitate in arte chirurgica exercenda satis superque constaret: sed potius ex tricis personae sibi infensae, repetendum esse asserebat, quod Moniales artis suae fiducia conturbaret. Cum igitur remotionis iusta defuerit causa consequens erat, ut praestitae operae pretium ei persolveretur.

Moniales autem reponebant contra factum non esse locum praesumptioni idoneitatis; in casu agi de factis evidentibus, et peculiaribus, et de morbis communibus, qui non excellentiam, sed tantum idoneitatem in arte requirebant: non agi de vera locatione et conductione, cum non de mercede, sed de honorario tantum mentio facta fuerit (1); non de perpetuo contractu, mulieres enim, et praesertim moniales se se obligare non possunt, si solemnitates ex iure praescriptae in contractibus inundis non serventur, poterant igitur Titium ad earum nutum dimittere persoluto honorario, quod dare consuebant, relate ad tempus servitii praestiti, non mercede operae, de qua illas inter et Titium actum non fuerat.

(1) Vide pag. 681, in nota.

In disceptatione huius causae haec animadvertebantur. Cum Medici, et Chirurgi iuxta consuetudinem huiusmodi officia pro eorum lubito deserere possint, consequens est ut etiam altera pars eos dimittendi facultatem habeat, secus aequalitas non servaretur; quod potiori ratione dicendum est, si iusta causa intercedat. Nonnulli vero peculiaria adiuncta in casu occurrere autumabant, nempe Coadiutoriam, quam Titius gratis exercuerat. Cum igitur Moniales Titium dimiserint iure ipse compensationem operae suae gratis praestitae expostulare videbatur. Verum notatu dignum alii autumabant, correspectivum Coadiutoriae ponendum tantum esse in assequutione muneris et honorarii mortuo Coadiuto; atqui Titius revera munus, et honorarium obtinuit, ideo ratione coadiutoriae nihil aliud ei debebatur. Quod si deinceps culpa sua ob male actas curationes dimissus fuit, sibi tribuat. Attamen si ei aliquid tribui velit, id non ex iustitia, sed ex quadam aequitate quam loca pia maxime decet, concedatur.

Proposito igitur in Congregatione generali diei 19 Ianuarii 1866 dubio: *Se, ed a quale compenso sia luogo nel caso?*

Emi Patres, referente Emo Riario-Sforza, rescripserunt: Ius esse utrique parti recedendi a conventione: attentis vero particularibus circumstantiis esse locum compensationi de bono et aequo ab Emo Praefecto taxatae in scutatis 100: et amplius (1).

19 Ianuarii 1866.

(1) In eadem generali Congregatione actum pariter est de alia causa inter quoddam Monasterium Almae Urbis, et quemdam Medicum in Coadiutorem a Monialibus adscitum, qui pluribus annis, cum Coadiutus impeditus esset, eius vices gratis supplevérat; sed antequam munus Medici titularis assequeretur, Moniales nulla intercedente rationabili causa dimiserant. Hoc in casu potiori ratione Medicus a coadiutoria dimissus compensationem exigere videbatur, ipse enim operam praestiterat, quin correspectivum habere posset utpote coadiutoria privatus, nec rationabilis causa a Monialibus allata fuerit, dictitabant enim ei minime fiduciam habere eo quod cuidam Moniali histerico morbo laboranti cum ventris constipatione usum panis, quem *bruno*, idest *di tutta farina* vocant, praescripserit. Quibus Medicus reponebat alia etiam adhibuisse remedia, et se se in huiusmodi curatione sequutum fuisse doctrinam *Borsieri qui Tom. 8, p. 131,* tradit huiusmodi infirmos debere *victu humido, et lubricante uti; largius bibere, oleribus, et pane rudiori, seu negritante vesci.* Verum licet Collegium Medicum summam scut. 228, 68 aestimaverit, tamen Emi Patres omnibus rei adiunctis sedulo perpensis, referente Emo Bofondi, rescripserunt: *Esse locum compensationi de bono et aequo in summa scut. 180; et amplius.*

Quare Moniales, et Religiosi in huiusmodi coadiutoriis concedendis cautiores esse debent, appositis conditionibus et cautelis opportunis, quibus litium occasio removeatur.

ORDINIS PRAEDICATORUM

Suspensionis.

Procurator generalis Ordinis Praedicatorum S. C. exponebat a legibus sui Ordinis statutum esse « *ut si Provinciales noverint aliquos Religiosos insufficientes, et minus idoneos ad confessiones Saecularium audiendas, omni sepposito humano respectu, eos suspendant, conscientia in diem iudicii onerata, si ineptos Ministros eo in officio substituerint* »: et apud Ferraris (V. *Approbatio art.* 2. *num.* 120) haberi *Generalis Regularium potest subditos suos a se, vel suis praedecessoribus, vel aliis quibuscumque superioribus ad audiendas confessiones approbatos, eosdem ab eisdem confessionibus audiendis suspendere, etiam ex causa occulta, et extraiudicialiter, ut declaravit S. C. EE. et RR. die 2 Iulii 1627* (1). Prosequebatur idem Procurator generalis, quod his non obstantibus apud aliquos opinio invaluit, non posse superiores Regulares subditos suos suspendere ab audiendis saecularium confessionibus ea ratione, quod potestas iurisdictionis non recipitur a Superioribus Regularibus, sed ab Episcopo, vel Ordinario; unde contempta superiorum auctoritate, et sola facultate ab Ordinario obtenta, Sacramentum Poenitentiae administrant. Quibus praemissis ne Sacramentum nullitati exponatur, quinque proponebat dubia, quae inferius referuntur.

(1) Vid. hanc resolutionem superius pag. 24 in qua tamen desunt verba *a se, aliis quibuscumque superioribus* et tantum habetur: *Se egli* (il Generale dei Teatini) *possa sospendere i suoi sudditi approvati dai Generali suoi antecessori alle confessioni.* Quare alia verba addita sunt, quae in citata authentica resolutione non reperiuntur. Haec resolutio data fuit ad instantiam P. Praepositi generalis Theatinorum, in quorum Constitutionibus Can. *De administratione Sacram.* legitur: *Sacerdotum, qui confessionibus saecularium audiendis exponuntur, delectus habeatur; et quamvis peritus quis fuerit, et ad iustam aetatem pervenerit, mature satis agatur, ne ad id munus admittantur, nisi qui idonei sint reperti, nec nisi de licentia P. Generalis... Antequam mittatur quis pro licentia obtinenda a locorum Ordinariis, sive ad recipiendos Ordines, sive ad confessiones excipiendas domi prius a Praeposito et Patribus ad id delectis diligentissime examinetur. Qui ita ad confessiones excipiendas admissi fuerint, ne prius accedant, quam potestas a suo Praeposito facta sibi fuerit.* Hac de re agit Peregrinus in *Const. Cleric. Regul.* part. 1. cap. 5., qui commemorat quoddam privilegium a Iulio III anno 1515 concessum Ordini Praedicatorum, quo Pontifex *annullat omnes licentias obtentas, et obtinendas in futurum audiendi confessiones sacramentales absque consensu suorum superiorum.* De his tamen antiquis privilegiis certo non constat; et si constaret inquirendum esset de illorum vi post Concilium Tridentinum attento praesertim *cap. 22 Sess. XXV de Regul.* Insuper si concessa fuerint vivae vocis oraculo prae oculis habenda esset Constitutio Gregorii XV diei 2 Iulii 1622 incipien. *Romanus Pontifex* et extensio facta ab Urbano VIII die 20 Decembris 1631 per litteras Apostolicas, quae incipiunt *Alias fel. rec. Gregorius XV.*

Quaestionis summa in eo posita erat utrum absolutio data a Regulari a solo Episcopo, vel Ordinario approbato valida foret; et an suspensio a Superiore regulari lata nullam administrationem Sacramenti redderet.

Porro Consultor a S. C. deputatus animadvertebat rationem difficultatis peti ex diversa Theologorum sententia circa originem iurisdictionis, quae ad absolvendum requiritur in Sacerdotibus regularibus, et circa medium per quod ad ipsos pervenit, nam nonnulli Scriptores docent quod iurisdictio in regulares proveniat ab Apostolica Sede, cum eam immediate communicat Generali Ordinis, qui deinde per provinciales, aliosque superiores delegat sacerdotes idoneos ad audiendas Confessiones, prout exponit Suarezius *De Religione* lib. IX, cap. 2, et in tractatu *de Poenitentia* disp. 28, sect. 3 et 4; ex quo inferunt quod cum Summus Pontifex communicet immediate iurisdictionem Superiori, qui eam delegat suis subditis, nullius esse valoris absolutionem, quam isti saecularibus poenitentibus impertiuntur, quibus sublata est delegatio.

Alii vero (ita Consultor prosequebatur) sententiam appositam longe probabiliorem, atque communiorem sequuntur, scilicet iurisdictionem etiam regularibus ad audiendas saecularium confessiones dari ab Episcopis in suis respectivis Dioecesibus. Unde sequitur, quod si aliquis Sacerdos regularis sine approbatione, et facultate ab Ordinario concessa quempiam saecularem absolvat, irrita, ac nulla sit eius absolutio. Cum igitur potestas absolvendi saeculares proveniat ab Episcopis, ab eis tantum posse huiusmodi facultatem tolli, aut suspendi, aut coarctari. Deinde Consultor concludebat Sacerdotes regulares obedientiam suis Superioribus detractantes, et non abstinentes ab administratione huius Sacramenti ipsis interdicta, peccare, illicite se gerere, attamen eorum absolutionem validam esse. Consultor innitebatur etiam doctrinae traditae a Bened. XIV *De Synodo* lib. IX, cap. XVI, §§. 7 et 8, et resolutioni S. C. C. diei 18 Aprilis 1722, qua statutum est non posse Cappuccinos, qui triremibus Pontificiis addicti erant, excipere confessiones in Civitate Centumcellarum absque approbatione Episcopi.

Ad confirmandam Consultoris sententiam in folio referebatur decretum S. Concilii Tridentini Sess. 23, cap. 15 de Refor. scilicet *nullum* (presbyterum) *etiam Regularem, posse confessiones saecularium, etiam Sacerdotum, audire, nec idoneum reputari, nisi . . . ab Episcopis . . . approbationem . . . obtineat: privilegiis, et consuetudine quacumque etiam immemorabili, non obstantibus.* In medium etiam proferebantur resolutiones S. C. C. diei 6 Martii 1694 in dubio *Iurisdict. Cappellanorum* lib. 44 Dec., fol. 79, *Frisingen.* 29 Ianuarii 1707, lib. 57, et *Viterbien.* 28 Martii 1722.

Ad comprobandum posse Moderatorem generalem suspendere Confessarium suum subditum ab audiendis confessionibus mentio fiebat de resolutione S. C. EE. et RR. superius citata diei 2 Iulii 1627, deque auctoritate Superiorum Regularium dandi praecepta, et inhibitiones suis subditis: nec non ad agnoscendum effectum suspensionis extraiudicialiter a Generali datae suo Religioso ad audiendas Saecularium confessiones exponebatur sententia dicti Peregrini loc. cit. §. 6. ubi habet, validas esse confessiones « quia non est privatio, nec suspensio, quae iudicialiter fieri » solet, sed simplex prohibitio, quae non annullat actum; bene verum » est, quod actu sacerdos peccaret, et puniri posset a suo superiore pro» pter inobedientiam ».

In disceptatione etiam sedulo perpensa sunt, quae Benedictus XIV tradit in opere *de Synod. Dioeces.* lib. IX, cap. XVI, §§. 7 et 8: et dubiis a Procuratore generali Ordinis Praedicatorum propositis, nempe:

1. An Religiosus non approbatus iuxta leges proprii Ordinis a suo Superiore, vel ipso invito cum sola facultate Ordinarii valide excipiat confessiones saecularium?

2. An Superiores Regulares iurisdictionem habentes possint suos subditos suspendere ab audiendis confessionibus saecularium etiam ex informata conscientia?

Et in casu affirmativo

3. An valeat suspensio oretenus, et absque scripto enunciata?

4. An absolutio impertita ab eo, qui tali suspensione est innodatus sit valida?

Et si invalida

5. An qui huiusmodi absolutionem attentat irregularitatem incurrat?

Emi Patres, referente Emo Bizzarri, in Congregatione generali habita die 2 Martii 1866 rescripserunt: Ad 1. Affirmative: ad 2. affirmative, ita tamen ut Religiosus suspensus illicite, non tamen invalide confessiones excipiat: Ad 3. Affirmative cum feratur per modum praecepti particularis: Ad 4. Affirmative: Ad 5. Provisum in praecedentibus. — 2 Martii 1866.

ANIMADVERSIONES *circa Confessarios Regulares.* A S. Concilio tridentino nihil innovatum fuit circa deputationem Confessariorum pro Regularibus, ea enim adhuc spectat ad Superiores regulares iuxta respectiva proprii Ordinis statuta ut pag. 723. in nota expositum est. Sed quoad Moniales Regularibus subiectas Gregorius XV in Constitut. *Inscrutabili* 5 Februarii 1622 statuit, quod: « Confessores vero sive Regulares, sive » saeculares quomodocumque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii » ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subiectarum audiendas » nullatenus deputari (scilicet per Superiores regulares) valeant nisi prius

» ab Episcopo Dioecesano idonei iudicentur, et approbationem, quae gratis concedatur, obtineant.... Liceatque Episcopo ex rationabili causa » Superiores regulares admonere ut eiusmodi Confessores, atque administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores et administratores amovendi, quoties, et quando opus esse iudicaverit ». Et Fagnan. in cap. *Cum Cappella* 16 *de Privilegiis* refert S. C. C. resolutionem, qua declarantur nullae confessiones dictarum Monialium, quae etiam a Superioribus regularibus absque dicta approbatione exciperentur. Verum aliquis Scriptor autumat posse Generales, et Provinciales sine approbatione Episcopi Confessiones Monialium sibi subiectarum excipere ex Const. Bened. XIII incipien. *Pastoralis officii* ubi §. 8. legitur: « Ab » huiusmodi tamen lege, et ordinatione eximimus Superiore Generales ac » etiam Provinciales cuiusvis Ordinis Regularis, quibus, ut confessiones » Monialium sibi subiectarum dumtaxat absque huiusmodi speciali approbatione Episcopi Dioecesani audire licite, et valide possint, permittimus, » et indulgemus ». Sed hoc indultum, si adhuc extat, postquam Clemens XII plura revocavit, quae Bened. XIII concesserat, vim tantum haberet pro regnis Hispaniarum, quae dicta Constitutio solummodo respiciebat. Vide Giraldi part. 2, sect. 105, *Exposit. Iuris Pontificii*.

Quamvis Confessarii Regulares non possint absolvere a casibus Episcopis reservatis non obtenta ad id Episcoporum facultate, temen si Regulares ab Episcopo iam fuerint approbati ad audiendas confessiones Monialium *eis subiectarum* iuxta citat. Constit. Gregorii XV, easdem Moniales sibi subiectas absolvere possunt a casibus Episcopis reservatis, iis exceptis, quos Episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad iurisdictionem delegatam ut declaravit S. C. C. in Colonien. ad 2, 16 Novembris 1720, in Thesaur. Resolut. Tom. 1, pag. 393, et S. C. EE. et RR. in Nicoteren. mense Septembris 1746 superius relata pag. 365, in qua proposito dubio: « An substineatur reservatio facta ab Episco» po in suis Litteris Patentalibus quoad casus sibi reservatos in » casu? » Partibus auditis rescriptum fuit « Affirmative quoad casus tan» tum reservatos in materia clare spectante ad Iurisdictionem delegatam: « in reliquis negative ». Et ratio est, quia cum Moniales Regularibus subiectae sint exemptae, ordinariae iurisdictioni Episcopi non subsunt; sed tamen in aliquibus casibus iurisdictioni delegatae Episcoporum subiiciuntur iuxta Concilium tridentinum, et memoratam Gregorii XV Constitutionem, quo fit, ut privilegium exemptionis Regularium praedictam S. Sedis delegationem Episcopis factam impedire non possit.

Ex Constit. *Superna* Clementis X, 21 Iunii 1670 eruitur: « Posse » tam Praelatos Regulares, quam Confessarios Regularium eorumdem mo-

» nasteriorum . . . . audire confessiones illorum saecularium, qui inibi » sunt vere de familia, et continui commensales, non autem illorum, qui » tantum ipsis deserviunt ». Quoad alios saeculares Confessarii Regulares, nisi ab Episcopis locorum fuerint approbati, eorum confessiones neque licite, neque valide excipere possunt. Id patet ex citato Concilii tridentini decreto. Cum autem nonnulli Regulares se se a servando eodem decreto immunes dicerent ob specialia privilegia, quae eis deinde concessa fuisse conclamabant, Urbanus VIII. Constit. *Cum sicut accepimus* 12 *Septembris* 1628, huiusmodi privilegia quibusvis Ordinibus regularibus concessa audiendi saecularium confessiones sine praevio Ordinarii examine, et approbatione prorsus abrogavit hisce verbis « revocamus, cassamus, tollimus, ac revocata, cassa, sublata, abrogata et annullata, viribusque et » effectu vacua esse, et fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societatis Iesu, Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, et Ecclesiis Monasteriisque praedictis, eorumque Superioribus, et personis quibuscumque in posterum ullo modo suffragari, minusque illos, et illas etiamsi » de iis specialis, specifica, et expressa ac de verbo ad verbum mentio » habenda foret, indultis huiusmodi uti posse ». Et deinde Innocentius X Constit. *Cum sicut* confirmavit decretum Congregationis deputatae ad dirimendas controversias inter Episcopum Angelopolitanum, et Religiosos Societatis Iesu Provinciae Mexicanae ortas. Porro dicta Congregatio rescripserat: « praedictos Religiosos nequaquam posse in Civitate Angelo» politana sine Episcopi approbatione confessiones saecularium audire ».

Disputant vero Doctores an iurisdictio ad Confessarios Regulares pro Saecularibus perveniat immediate a S. Sede, ita ut approbatio Episcopi requiratur tantum tamquam conditio ad comprobandam idoneitatem Presbyteri in confessarium deputandi, vel potius Confessarii Regulares pro Saecularibus accipiant iurisdictionem per Episcopi approbationem. Nonnulli primam sententiam docent innixi Clementinae: *Dudum de Sepulturis*; et Extravaganti Bonifacii VIII. *Super Cathedram* et Ioannis XXII *Frequentes De iudiciis*, quae a Tridentino minime, ut ipsi aiunt, revocatae fuerunt. Plerique alii secundam communiorem sententiam tradunt. Hanc tuetur Bened. XIV in Opere *De Synodo Dioecesana* lib. IX cap. XVI §§. 7 et 8, ubi quaestionem penitius pertractat. Nos propterea quaedam tantum ex citatis Extrav. Communibus attingimus, ut earum genuinus sensus appareat. Bonifacius VIII Cap. *Super Cathedram de Sepulturis* ad amovendas contentiones, quae exortae erant super praedicationibus, confessionibus, et sepulturis, haec circa confessiones constituit. « Statuimus » etiam . . . . ut in singulis Civitatibus, et Dioecesibus, in quibus loca » fratrum ipsorum consistere dignoscuntur . . . Magistri, Priores, Pro» vinciales praedicatorum, aut eorum Vicarii, et Generales, et Provin-

» ciales Ministri, et Custodes Minorum ad praesentiam Praelatorum eo-
» rumdem locorum se conferant per se, vel per fratres, quos ad hoc
» idoneos forte putaverint, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc elec-
» cti fuerint, in eorum Civitatibus, et dioecesibus confessiones subdito-
» rum suorum .... audire valeant..., atque eisdem absolutionis benefi-
» cium impendere de licentia, gratia et beneplacito eorumdem ». Iuxta hunc Extravagantis articulum superiores ius praesentandi habebant; sed iurisdictio ab Episcopis conferebatur.

In subsequenti articulo statuitur quod Episcopus possit aliquem ex praesentatis reiicere: « Quod si forte iam dicti praelati quemquam ex
» praesentatis eisdem ad huiusmodi nollent habere, vel non ducerent ad-
» mittendum: eo amoto, vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem prae-
» sentandus praelatis possit, et debeat alius subrogari ». Exponitur deinde tertius casus, nempe « Si vero iidem praelati praefatis fratribus ad
» confessiones (ut praemittitur) audiendas electis huiusmodi exhibere li-
» centiam recusarint, nos ex nunc ipsis, ut confessiones . . . libere, li-
» citeque audire valeant . . . atque eisdem beneficium absolutionis im-
» pertiri gratiose concedimus de plenitudine Apostolicae potestatis ». Ex his deducitur quod dumtaxat in tertio casu, quando nempe Episcopus plures ex Religiosis praesentatis recusaret approbare, per Apostolicam potestatem suppletur. Et Glossa requirit, « ut tertio requisiti (Praelati) non fecerint, » et declarat, « ut gradibus praecedentibus diligenter non servatis,
» fratres non habent potestatem, nam primo gradu non expleto, non est
» locus secundo arg. ff. de acq. hae. l. 3, et l. *quamdiu* ». Iuxta hanc Const. Praelati, seu Episcopi Fratribus a suis Superioribus praesentatis ad excipiendas confessiones, conferunt iurisdictionem: quod si ipsi animum in Religiosos infensum ostenderint recusando plures ex praesentatis approbare, ex tunc S. Sedes iurisdictionem Episcoporum supplebat. Et hic Glossa animadvertit: « Aut recusatur surrogatus a praelato ex causa, quia
» non habet qualitates expressas, et tunc fratres sibi imputent, qui ma-
» lum elegerunt, mala enim electio est in culpa . . . aut sine causa et
» tunc succedit Papalis licentia, seu gratia. . . . In dubiis dic ut non
» succedat ». Quibus positis intelligi minime potest quomodo nonnulli Scriptores doceant in genere Confessarios Regulares saecularium ex Bonifacii decretali habere iurisdictionem immediate ab Apostolica Sede.

Sed per hanc Constitutionem contentiones minime sublatae fuerunt, nam ut habet Benedictus XI Cap. *Inter cunctas de privilegiis* « *Pro ea, quam intendebat* (Bonifacius) *quiete turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia* ». Quapropter ipse haec circa confessiones statuenda existimavit: « Ut autem dioecesanis honor debitus reservetur, praecipimus,
» ut Provinciales, Priores Praedicatorum, et Ministri Minorum Ordinum

» praefatorum, per se vel alios verbo vel scripto eis significent se fratres » ad huiusmodi confessionum audiendarum . . . officium elegisse, et non » nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a Dioecesanis eisdem, quod iidem electi fratres de ipsorum beneplacito, et licentia dictum possint in eorum . . . » dioecesibus . . . officium exercere. Quod si denegent, vel intra triduum » non concedant, ex tunc iidem fratres nihilominus auctoritate eadem » (Apostolica) huiusmodi officium exequantur ».

At vero Clemens V cap. 2. *Dudum de Sepulturis,* praefatam Bened. XI Constit. revocavit, et superius relatam Bonifacii VIII decretalem innovavit inquiens: « Dudum a Bonifacio PP. VIII . . . infrascripta edita de» cretali, Benedictus PP. XI . . . aliam illius revocatoriam promulgavit, » quia, ut probavit effectus, nedum pacis ab auctore ipsius speratae » fructum non attulit, quin imo discordiae, pro qua danda processe» rat, fomentum non modicum ministravit. Nos eam omnino cassantes » aliam a praefato Bonifacio editam sacro instante, et approbante concilio innovamus ».

Ioannes XXII in cap. *Frequentes De iudiciis* decretalem *super Cathedram* Bonifacii VIII a Clem. V innovatam iubet observari. Ex quibus omnibus in propriis fontibus potest quisque quaestionem penitius inspicere quin iuret in verba Doctorum, qui aliquoties sensum textus diligenter non exponunt. Et revera Bonifacius repetit iurisdictionem Confessariorum Regularium a licentia, gratia et beneplacito Episcoporum; et dumtaxat in tertio casu quando Episcopi in expositis circumstantiis renuerint, tunc Pontifex iurisdictionem illorum supplet ex plenitudine Apostolicae potestatis.

Concilium tridentinum sess. 23, de Ref. cap. 15, decretalem Bonifacii renovavit, ita tamen ut gradus a Pontifice statutos prorsus excluserit, et in quolibet casu sine ulla exceptione approbationem Episcopi praescripserit. Et S. Pius V Const. *Romani Pontificis* 6 Augusti 1571 aliam incipien. *Etsi mendicantium* 16 Maii 1567 revocavit, ac decrevit: « Decretum Concilii tridentini de approbatione Regularium audiendis con» fessionibus praepositorum ab Episcopis facienda, observari debere etiam » in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, etiam » sub regulari disciplina viventium, etiam si sint Lectores, aut in Theo» logia, etiam de Superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel » a suis Magistris generalibus, vel Provincialibus ministris saecularium » confessionibus audiendis expositi.

Confirmatur ex declarationibus Pontificum Clementis X, Urbani VIII, Innocentii XIII, et Benedicti XIII, quibus edicitur posse approbationem seu licentiam ab Episcopis concedi Regularibus ad certum tempus, et li-

mitari ad certum dumtaxat genus personarum ; et ex propositione condemnata ab Alexandro VII die 30 Ianuarii 1659, nempe « Non posse Epi- » scopos limitare, seu restringere approbationes, quas Regularibus conce- » dunt ad Confessiones audiendas, neque ulla ex parte revocare ». At limitationes, et revocationes huiusmodi sunt actus iurisdictionis, cuius delegatio a concedentis voluntate pendet. Quare edicitur in Concilio romano anni 1725, Tit. 32, cap. 2 « Episcopi Regularibus confessionis munus non » committant absque probationis testimonio eorum Superioris » ac idcirco commissio muneris, seu delegatio iurisdictionis ad Episcopum, testimonium vero probationis ad Superiores regulares spectat. Quapropter Bened. XIV l. c. concludit: « Accesserunt opportunae declarationes dubiorum, quibus » vexari non destitit sententia textus, licet plana et aperta, tum ipsius » concilii, tum praedictarum constitutionum. »

Sed etiam nonnulli Scriptores, qui arbitrantur iurisdictionem in Confessarios Regulares Saecularium ab Apostolica Sede immediate promanare, tradunt posse etiam Episcopos iurisdictionem in eos transferre, dummodo aliquis Ordo specialem inhibitionem cum decreto irritante a S. Sede non obtinuerit (1). Et revera Episcopi habent iurisdictionem ordinariam, qua possunt approbare in Confessarios pro suis subditis etiam Presbyteros aliarum Dioecesium , igitur etiam Presbyteros Regulares quoad actus validitatem, nisi obstet aliquod speciale statutum a S. Sede approbatum; quam approbationem ab Episcoporum voluntate dependentem Superiores relate ad actus validitatem nec revocare, nec suspendere valent. Cum vero Religiosi Suorum Superiorum auctoritati, et obedientiae subsint, ipsi peccant, si absque licentia Superiorum officium assumant, illudque post suspensionem eis a superioribus inflictam exerceant. Ita cum aliis tradit P. Didacus ab Aragonia in *Dilucidat. Privil. Ord. Reg.* Tract. VI, cap. 3, §. 21 scribens: « In Confessario Regulari ultra approbationem » Episcopi requiritur etiam licentia sui Praelati ad hoc, ut licite possit » is Confessiones Saecularium excipere: ratio est, quia Religiosus per » votum obedientiae non habet amplius *velle, neque nolle*, ut habetur in » cap. *Si Religiosus in 6:* deinde quia in omnibus Religionibus bene » ordinatis ita sancitum est . . . Quin imo si non solum sine licentia » Praelati, verum etiam ipso contradicente, et prohibente, confessiones » audire praesumat, peccabit graviter contra votum obedientiae; quam- » vis regulariter loquendo praedictae Confessiones factae Regulari ab Or- » dinario approbato absque licentia proprii Praelati sint validae, cum » reperiatur totum illud, quod requiritur ad valide Sacramentum Poeni- » tentiae administrandum » . . .

(1) De authenticitate asserti privilegii superius enunciati, quod Ordini Praedicatorum a Iulio III die 17 Ianuarii 1515 concessum dicitur, etiam ex eo dubitandum est quod ipse ad Petri Cathedram anno 1550 evectus fuerit.

Tandem pro huius notae coronide addam Superiores Regulares cum in suos Religiosos ordinariam habeant iurisdictionem, posse sibi casus quoad suos subditos reservare, sed iis servatis limitibus qui praescripti sunt in decretis Clem. VIII diei 26 Maii 1593, et Urbani VIII diei 21 Septembris 1621 superius pag. 246 relatis cum declaratione diei 7 Iulii 1617 pag. 247 et cum alia a S. C. super statu Regularium edita die 16 Augusti 1866, quae in secunda appendice legi poterit.

ORDINIS HIEROSOLYMITANI

Super iure ferendi suffragium.

Die 28 Iulii 1854 editae sunt Litterae Apostolicae in forma Brevis incipien. *Militarem Ordinem* superius relatae pag. 631, quibus statutum est: « Ut in posterum quiqui inter Equites Hierosolymitanos professos » referri cupiunt, simplicia primum vota emittant, non ante tamen quam » decimum sextum aetatis annum attigerint; deinde vero solemnia vota » profiteri possint, postquam integrum decennii spatium defluxerit a sim- » plicium votorum nuncupatione: quae quidem vota simplicia durante de- » cennii spatio, a singulis Equitibus in singulos annos renoventur, ita » ut antequam vota eadem renovent, liberum et integrum iis sit mutata » sententia ad saecularia vota transire, quo proinde in casu eos a votis » simplicibus, omnique contractus obligatione auctoritate nostra Aposto- » lica jam nunc dissolvimus, ac solutos declaramus, ac pariter omnibus hono- » ribus, facultatibus, privilegiis exemptos, quibus antea in Ordine ipso » vi eorumdem votorum simplicium emissorum frui poterant, vel fruc- » bantur ». Hoc constitutum est, ut qui vota solemnia profiteri volunt, eam consilii maturitatem afferant, quae in re tanti momenti necessaria est.

Anno 1858 quidam ex Equitibus in Regno Neapolitano celebrationem conventuum, quos *Assemblee*, vocant, restituendam curavit.

Cum vero obstaret defectus numeri vocalium, qui professionem votorum solemnium emiserint, idem Eques a Bajulivo Colloredo Ordinis Locumtenente, eiusque Consilio die 3 Decembris eiusdem anni 1858 obtinuit, ut tres professi votorum simpliciam sub praesidentia Magni Prioris, seu eius Locumtenentis coetum provincialem (assemblee) agere possent.

Electo novo Bajulivo Ordinis Locumtenente, is cum suo Consilio considerans memoratum decretum attento defectu professorum votorum solemnium per exceptionem latum fuisse, et modo haberi sufficientem pro-

fessorum votorum solemnium numerum, illud revocavit alio decreto diei 12 Iunii 1865 edicens illos tantum in praefatis coetibus vocem activam habere, qui solemnia vota emiserint.

Id autem aegre tulerunt professi votorum simplicium ditionis utriusque Siciliae, qui proinde penes S. C. EE. et RR. expostularunt revocationem novi decreti, eamdemque S. C. deprecabantur ut declararet professos votorum simplicium aequiparandos esse professis votorum solemnium vi memorati Brevis, ac propterea voce activa frui, et gaudere.

Et revera, ipsi aiebant, in praefatis Litteris Apostolicis mentio fit de privilegiis, et honoribus professorum votorum simplicium: et ipsi Equites iustitiae, licet nullam professionem emittant, privilegiis gaudent. Insuper in declarationibus datis a S. C. super statu Regularium quoad alios Religiosos qui praemittere debent professioni votorum solemnium vota simplicia edicitur: « Professi votorum simplicium participes erunt omnium » gratiarum, et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in me» morato Ordine legitime utuntur, fruuntur, et gaudent » iique « suffragium » habeant in actis capitularibus sui Conventus quatenus, et prout sole» mniter professi ». Tandem solemnitas votorum est de Ecclesiae institutione, nec requiritur de iure divino ad constituendum statum religiosum, ideoque vota simplicia quoad substantiam non differunt a votis solemnibus, prout accidit in Societate Iesu, in qua professi votorum simplicium voce activa fruuntur.

Sed Bajulivus Ordinis reponebat defecisse causam propter quam decretum anni 1858 editum fuerat, scilicet, deficientiam professorum votorum solemnium; et valde dubitandum esse an facultas competeret Consilio Ordinis concedendi vocem activam professis votorum simplicium, cum statuta illam Fratribus professis votorum solemnium dumtaxat attribuerint; statuta enim vota simplicia respicere non poterant, cum Novitii sui Ordinis tunc temporis solummodo vota solemnia profiterentur: litteras Apostolicas loqui indeterminate de honoribus, et privilegiis ex quo, ipse prosequebatur, consequitur quod aliquos honores et privilegia professis votorum simplicium collata fuerint, non omnia, et praesertim ea, quae specialem mentionem requirunt: quapropter in declarationibus S. C. super Statu post communicationem gratiarum, et privilegiorum espressa concessio facta est de voce activa in actis capitularibus non quidem provinciae, sed dumtaxat sui Conventus, unde apparet eam minime comprehendi potuisse in generica communicatione gratiarum, et privilegiorum; fatebatur Equites iustitiae nonnulla habere privilegia non tamen voce activa frui: tandem Consilium Ordinis animadvertebat sufficere ad excludendum statum reli-

giosum ordinationem Ecclesiae nisi specialis dispensatio concurrat, quae in casu non habetur (1).

In disceptatione huius causae plura alia sedulo perpensa fuerunt; scilicet quod in casu non agitur de votis simplicibus perpetuis, sed annualibus; et communiter Doctores docent ad statum religiosum vere constituendum cum votis simplicibus praeter speciale S. Sedis indultum essentialiter requiri, ut vota sint saltem ex parte voventis irrevocabilia: quod Consilium Ordinis non poterat sine S. Sedis venia immutare statuta, et concedere vocem activam professis votorum simplicium, quae iuxta illa ad professos tantum votorum solemnium spectabat: quod etiam Novitii in Ordinibus regularibus nonnullis honoribus, et privilegiis fruuntur, quin tamen extendi possint ad illa, quae ad professos dumtaxat spectant; quin imo ipsi Professi votorum solemnium se se ingerere non possunt in regimine, et administratione, nec vocem activam, et multo minus passivam habere nisi qualitatibus a regulis, et constitutionibus Ordinis praescriptis praediti sint; quodque falsum sit professos votorum simplicium in Societate Iesu voce activa frui, etenim P. Praepositus generalis Eño Relatori significabat: « Che in virtù dei voti semplici noi non abbiamo nella Com-» pagnia alcuna voce, nè attiva, nè passiva; ma se un nostro religioso » di voti semplici avesse l'ufficio di Rettore in un Collegio (2), allora » in virtù di tale officio, non in virtù dei voti semplici, avrebbe diritto » d'intervenire alle Congregazioni provinciali colla sola voce attiva, ma » non può intervenire nelle Congregazioni generali ».

Proposito igitur dubio in Congregatione generali diei 27 Aprilis 1866: *Se, e come ai Professi con voti semplici nell'Ordine Gerosolimitano in forza del Breve di N. S.* Militarem Ordinem » *competa il diritto di dare il voto nell'assemblea?* Eñi Patres, referente Eño Bizzarri, rescripserunt: ***Negative in omnibus, et amplius.***

27 Aprilis 1866.

SUPER CASIBUS RESERVATIS

in Constitutione S. M. Benedicti XIV incipien.

Sacramentum poenitentiae.

Cum in hac collectanea plura decreta super casibus S. Sedis reservatis relata sint, non incongruum erit sequens recens decretum, praehabita necessaria venia, addere, licet a S. C. EE. et RR. latum non sit.

(1) Hac de re superius actum est pag. 743, et seq.

(2) P. Praepositus generalis facultatem habet deputandi religiosum votorum simplicium in Rectorem Collegiorum, maioribus tamen Collegiis exceptis.

Feria IV. die 27 Iunii 1866 Sanctissimus D. N. Pius Papa IX *in solita audientia R. P. D. Adsessoris S. O. impertita, auditis suffragiis Emorum PP. Cardinalium inquisitorum Generalium, attentis rerum, et temporum circumstantiis decrevit, in facultatibus, quibus Episcopi, aliique locorum Ordinarii ex concessione Apostolica pollent absolvendi ab omnibus casibus S. Sedi reservatis excipiendos semper in posterum, et exceptos habendos esse casus reservatos in Bulla Benedicti XIV, quae incipit « Sacramentum poenitentiae ». Et Sacrae Congregationi de Propaganda fide iniunctum voluit, ut in expediendis facultatibus formularum post verba* absolvendi ab omnibus casibus Apostolicae Sedi reservatis etiam in bulla Coenae, *addatur* exceptis casibus reservatis in bulla Bened. XIV, quae incipit *Sacramentum poenitentiae.*

ORDINIS CAPPUCCINORUM, SEU OBSERVANTIUM REFORMATORUM

Super expensis litis.

Religiosi Ordinis Min. Reformatorum Recessus S. Bonaventurae, qui incolunt Conventum loci *di Ponticelli* ius etiam in iudicio alias confirmatum habebant quaestuandi in Oppido, quod *Montoro Romano* vocant. At vero Religiosi Cappuccini *di Scandriglia* non obstantibus decisionibus contra ipsos pluries latis, hoc ius sibi vindicare contendebant. Municipium praedicti oppidi *di Montoro Romano* ob immutatas rerum circumstantias, emissa a municipibus expressa declaratione, Cappuccinis favebat, et Municipes ipsi S. C. deprecabantur, ut inibi quaestuandi ius praefatis Religiosis Cappuccinis concederet. Quare in Congregatione generali diei 1 Septembris 1865 proposita fuit Consultatio cum dubio: « Se, e come con» venga recedere dalle decisioni altre volte adottate? Emi Patres rescripserunt: *annuendum precibus Municipii oppidi Montoro Romano.*

Patres Reformati resolutioni S. C. acquieverunt, sed Syndacus Cappuccinorum citavit apud Iudicem causarum ecclesiasticarum Reformatos pro executione dictae resolutionis, et pro refectione expensarum litis etiam extraiudicialium. Reformati minime comparuerunt, et Iudex ecclesiasticus die 22 Ianuarii 1866 mandavit « la piena esecuzione del rescritto ema» nato dalla S. C. de'VV. e RR. con condanna del soccombnte Convento » di S. Maria di Ponticelli nelle spese della difesa della causa avanti la » S. C. de'VV. e RR. liquidate in scudi 157, e in quelle del presente » giudizio in scudi 15, oltre quelle di spedizione e notifica ». Quo factum est, ut Syndacus Cappuccinorum sequestro subiiceret annuam elecmosynam scut. 25, quam Princeps Sciarra Reformatis persolvere debet.

Custos Reformatorum contra hanc sententiam ad S. C., quae in merito iudicaverat, reclamavit pro eiusdem sententiae revocatione; etenim praeterquamquod penes Sacras Congregationes locus non sit refectioni expensarum (1), in casu consultatio oeconomice proposita fuerat, et de Ordinibus regularibus, et quidem Mendicantibus agebatur, quibus S. C. directe mandat executionem suarum resolutionum, nec S. C. ius dixit contra Reformatos, sed attentis peculiaribus circumstantiis Municipii precibus annuit, idest indultum quaestuandi ex gratia Cappuccinis concessit.

In disceptatione animadvertebatur in causis, quae penes Sacras Congregationes aguntur, non esse locum refectioni expensarum nisi in aliquibus casibus, inter quos causa, de qua agebatur, referri minime poterat; quin imo Cappuccinos exequutionem resolutionis S. C. a Iudice ecclesiastico minime petere potuisse, nam Auditor Camerae, cui Iudex ecclesiasticus successit, erat merus exequutor resolutionum, pro quarum executione ministerium Cursorum requirebatur, qui sine iussu Auditoris Camerae agere non poterant ex. gr. pro expellendo illegitimo possessore ab aliquo fundo, aliisque similibus, non vero aliarum, quae tali ministerio non indigent, prout est resolutio, de qua in themate; ac proinde vexatoriam fuisse instantiam a procuratore Cappuccinorum penes Iudicem ecclesiasticum promotam, ideoque nec locum esse refectioni etiam quoad expensas pro iudicio penes iudicem ecclesiasticum factas.

Quibus positis in Congregatione generali diei 24 Augusti 1866 proposito dubio:

« Se, e come si debbano attendere i reclami del Rmo P. Custode di » S. Bonaventura contro la sentenza ed il susseguito sequestro nel caso? »

Emi Patres, referente Emo Riario Sforza, rescripserunt: *Affirmative in omnibus, revocato sequestro, et amplius.*

24 Augusti 1866.

(1) Indubii et constantis moris est, ut in causis et negotiis, quae penes S. Congregationes aguntur etiam iuris ordine servato generaliter loquendo expensae litis non reficiantur, etenim praesertim S. C. EE. et RR. rigorose non servat formam iudicialem, et tutelam gerit personarum, et rerum ecclesiasticarum, et agit ad instar Summi Principis nomine Papae. Dixi generaliter loquendo, quia expensae litis reficiuntur in causis alimentorum, attentatorum et spolii. Aliquando S. C. ad expensas litis damnavit etiam in aliis causis, quia peculiares circumstantiae concurrebant. Ita factum est in causa *Evacuationis Domus*, quia haec causa iam penes Tribunal ordinarium a partibus introducta fuerat, a quo cum Summus Pontifex ad instantiam unius partis avocavit, et ad S. C. remisit; non enim pars victrix privanda erat iure repetendi expensas, quod penes Tribunal ordinarium habuisset. In causa *Civitatis Castellanae* proposita die 14 Decembris 1855, in qua quaedam Moriconi contra Pium Relictum a Curia episcopali repraesentatum restitutionem dotis ex praecedente S. C. resolutione obtinuerat, petiit refectionem expensarum cum dubio: *Se sia luogo alla rifazione delle spese nel caso?* rescriptum fuit *attentis peculiaribus circumstantiis esse locum refe-*

ROMANA

Super acceptatione oblationis vulgo Soprassesta.

Monasterium a S. Iosepho nuncupatum, quod in alma hac Urbe *a Capo le Case* extat, volens quamdam vendere domum edicta publicari commisit, quibus omnes invitabantur ad oblationes offerendas intra mensem a die 14 Decembris computandum, quo elapso « verranno aperte le of- » ferte per essere prese in considerazione. » Suam oblationem in summa sc. 382 59 Philippus Carlini obtulit, et S. C. die 16 Augusti 1865 beneplacitum ad Emum Urbis Vicarium pro exequutione remissum concessit favore « Philippi Carlini pretio sc. non minus 382 59, salvo iure vige- » simae et sextae facta facultate reducendi terminos ad decem dies pro » vigesima, totidemque pro sexta. » Hoc rescriptum Emo Urbis Vicario pro exequutione minime exhibitum fuit; nihilominus die 13 Novembris 1865 ex commissione Notarii affixa fuerunt edicta pro vigesima apposita conditione, ut schedae aperiendae forent *per essere prese in considerazione*. Oblata fuit in hoc experimento pro pretio summa sc. 412 59; quam Carlini, cui communicata fuit, acceptavit. Deinde die 1 Decembris 1865 affixa fuerunt edicta pro offerenda sexta intra dies decem cum eadem clausula *di prendere le offerte in considerazione;* et Thomas Balzarini pretium auxit usque ad summam sc. 600. Notarius, qui absque ulla Emi Vicarii facultate huiusmodi acta peragebat hanc postremam oblationem die 15 Decembris eiusdem anni Carlinio significavit, cum per litteras monens « che l'offerta debba essere presa in considerazione, ri- » manendo il luogo pio nella sua libertà di poter procedere a ciò che » meglio a lui converrà. Carlinius vero respondit se minime dictam oblationem accepture, ideoque a quacumque obligatione liberum remanere. Paucos post dies Fructuosus Guerra pretium domus ad sc. 700, postea quidam Giovannetti ad sc. 710, et tandem idem Guerra ad sc. 720, licet elapsus fuerit terminus pro offerenda sexta, auxerunt. Verum Thomas Balzarini contra Monasterium protestationem emisit, qua contendebat contractus deliberationem eius favore faciendam esse, utpote qui ob-

ctioni expensarum pro medietate, nam cum Curia Episcopalis esset in causa non potuerat dicta mulier coram illa litem movere, ideoque ex ea circumstantia coacta fuerat a Iudice ordinario declinare, et ad S. C. confugere, et quidem pro restitutione dotis, quam valde imminutam recepisset si refectioni expensarum locus nullo modo esset.

Ut praxis S. C. C. circa refectionem expensarum agnosci possit, legendus est *Regolamento da osservarsi nelle cause, che si propongono innanzi la S. Congregazione del Concilio* iuris ordine servato editus *die 27 Septembris 1847.*

lationem intra praefinitum terminum exhibuerat ; quo elapso Monasterium minime poterat ad ulteriora procedere , quin eius ius quaesitum laederetur.

Monasterium ad lites evitandas S. C. adiit petens « se debba de- » liberarsi il fondo di cui trattasi a favore del Sestario Balzarini per » scudi 600, ovvero a favore del Guerra per scudi 720, o se debba ac- » cordarsi la prelazione al Balzarini per questa somma, o prendersi al- » tri provvedimenti pel maggior utile del Venerabile Monasterio ?

Audito Eño Urbis Vicario, et partibus res ad plenarium conventum S. C. die 24 Augusti 1866 delata est. In disceptatione causae animadvertebatur post editum motum-proprium Ben. XIV , quem ad contractus locorum piorum Pius VI, ut supra expositum est pag. 62 extendit, et post decreta ac resolutiones a S. C. EE. et RR. factas , locis piis non omnia, quae antea a Doctoribus enunciabantur, superesse privilegia ; sed duo tantum, nempe *addictionis in diem* pro experimento vigesimae infra dies viginti , et *restitutionis in integrum* pro oblatione sextae infra trium mensium terminum , quin termini ipsi prorogari valeant : et uti aiunt *soprassesta* admitti possit (1) verumtamen in casu peculiaria facti adiuncta esse consideranda.

(1) Iuxta Doctores olim competebat Rev. Cam. Apostolicae ac propterea etiam locis piis ius *restitutionis in integrum* nullis limitibus constrictum. Illud autem ad certos reduxit limites Ben. XIV in motu-proprio diei 22 Novembris 1742 pluries in hac collectanea citato, in quo sub num. 6 legitur *ma perchè, ammettendosi questa restituzione* in integrum *senz'alcuna limitazione di tempo (come saria di ragione) potrebbe rendersi più difficile alla Camera il trovare idonei Appaltatori per lo giusto timore, che ognuno avrebbe di poter essere cacciato dall'appalto per questa via di restituzione* in integrum . . . *ordiniamo, che si debba ammettere l'offerta della sesta dentro però il solo termine di tre mesi da incominciare dal giorno, che sarà deliberato come sopra l'appalto o per la via ordinaria, od in virtù del suddetto privilegio* addictionis in diem *al maggiore e migliore oblatore.* Et in num. 7: *Passati poi li suddetti tre mesi dal giorno della deliberazione, come sopra, non sia più luogo alla rescissione del contratto.* Principia haec, ut supra expositum est, Pius VI ad contractus locorum piorum extendit (vid. pag. 42), quin imo ex officio adnotatum habetur penes S. C. EE. et RR. datam fuisse Episcopis instructionem regnante ipso S. Pontifice Bened. XIV *quod servent in omnibus provide et iuridice disposita a SS. D. N. in suo motu-proprio: De legibus servandis in concedendis locationibus bonorum Camerae Apostolicae sub die 22 Novembris 1742.* Plures exinde inveniuntur resolutiones S. C. iuxta exposita principia datae; sed hic duae tantum referuntur, quae casum, de quo agitur, propius attingunt. In *Veruliana 5 Novembris 1832* quaerebatur an sextario Paulo Felici, qui sextum acceptaverat : vel potius Paulo Felici, qui elapso termino summam sexta maiorem obtulerat adiudicandus esset fundus, responsum fuit : *Cum post vigesimam et sextam nulla ulterior optio detur contractui ad formam Benedictinae, stipuletur favore Pauli Felici.* Et in *Assisien.* superius relata pag. 62 proposito dubio : *An ad maiorem ecclesiae utilitatem possit prorogari legitimum tempus, ut oblatores si velint novas oblationes exhibere valeant?* rescriptum fuit *Negative.*

Et revera, ita animadversio prosequebatur omissa disputatione circa conditionem *da prendersi in considerazione* in casu minime executioni beneplacitum apostolicum ab eius executore demandatum fuerat, et omnia acta privata Notarii auctoritate facta; ideoque ea omnia nulla, ac irrita prorsus enunciabantur, cum deesset beneplacitum apostolicum executioni demandatum, a quo huiusmodi contractus formam et vim accipiunt. Sed nemo ius ex actis nullis et irritis acquirere valet; igitur in casu nemo ex oblatoribus ius quaesitum consequutus fuerat. Rescribi propterea poterat iuxta S. C. morem ut ex integro procederetur, et iterum edicta affigerentur. Obstabat tamen fatiscens domus status, qui sollicitam repa-

In memorato decreto diei 18 Martii 1835 (vid. pag. 62) praecipuae referuntur leges, quibus ipsa S. C. adhaeret in concedendo beneplacito Apostolico pro alienandis rebus ecclesiasticis. Haec generalis norma desumpta est quoad substantiam ex dicto motuproprio Bened. XIV et ex resolutionibus S. C. EE. et RR., quibus ita accommodata est contractibus locorum piorum, ut a Curiis episcopalibus servari possit. Ut autem faciliori modo vis eiusdem decreti percipi possit, hic refertur praxis, quae hac super re a S. C. servari solet, quaeque eidem decreto respondet:

1. S. C. reprobat edicta, quae privata auctoritate affiguntur. Ideoque Rectores Beneficiorum et Administratores locorum piorum si aliquem fundum alienare velint, debent supplicem libellum S. C. exhibere, quae illum Ordinario remittit *pro informatione, et voto, praeviis edictis, et peritorum aestimatione,* a quo per suam curiam acta omnia peragi debent.

2. Confecta a perito, a Curia deputato, aestimatione, affiguntur edicta, praefinito termino, quo schedae oblationum exhiberi possunt.

3. Oblationes fieri debent iuxta modum in memorato decreto expressum (vide etiam pag. 39); et ne publica fides laedatur, et ne indebitae aemulationi locus detur, schedae debent esse clausae, et obsignatae. Cum vero dictum tempus elapsum fuerit, reserari singulae debent schedae. Et Ordinarius super eis relationem suam conficere tenetur ad S. C. transmittendam cum suo voto circa evidentem contractus utilitatem.

4. S. C. universa rei ratione sedulo perpensa decernit an beneplacitum Apostolicum denegandum, vel concedendum sit. In casu affirmativo expedit rescriptum, quo annuit favore melioris Oblatoris expresso eius nomine, et rescriptum ipsum remittit Ordinario pro executione cum clausula *constito sibi de evidenti utilitate contractus, et salvo iure vigesimae et sextae,* et cum aliis conditionibus, quos casus adiuncta exigunt. Et in nonnullis contractibus mandat super dato rescripto expediri litteras Apostolicas in forma *Brevis,* vel *sub Plumbo* iuxta peculiares contractus qualitates. Si expeditio litterarum Apostolicarum praescribatur, rescriptum vel Secretariae Brevium, vel Datariae Apostolicae exhiberi debet ad litteras Apostolicas expediendas.

5. Rescriptum, si expeditio litterarum apostolicarum praescripta non sit; vel litterae apostolicae, si illarum expeditio iniuncta fuerit, praesentari debent Ordinario executori, ut ipse procedat ad acta necessaria ad comprobandam veritatem expositorum, evidentem ecclesiae utilitatem, caeterasque appositas conditiones; quibus omnibus comprobatis per decretum executoriale rem oblatori a S. C. designato adiudicat.

6. A die, quo ex decreto executoriali res adiudicata est, incipit terminus dierum viginti pro vigesima ita ut si ante decretum executoriale fiat experimentum pro vigesima, illud nullum, irritumque sit; quod etiam de experimento sextae dicendum erit. Si quis intra huiusmodi terminum vigesimam obtulerit, tunc primo deliberatario significanda erit, cui decem dies permittuntur ad deliberandum velit ne vigesimam acceptare.

rationem exigebat; et cum nullius ius laederetur, et de evidenti utilitate contractus constaret in potestate erat S. C. et venditionem libere adjudicare, et ex quadam aequitatis specie praelationem Balzarinio concedere.

Quibus positis in dicta generali Congregatione diei 24 Augusti 1866 proposito dubio: « Se, come, ed a favore di chi convenga deliberare la casa » nel caso? » Emi Patres referente Emo Mertel, rescripserunt: « Nemini ex » Oblatoribus ius esse ad deliberationem obtinendam; attentis vero par- » ticularibus circumstantiis, quatenus Thomas Balzarini infra decem dies » ad denunciationem accepto habeat oblationem sc. 720, eidem venun- » detur domus; alias Fructuoso Guerra, et amplius. »

24 Augusti 1866.

ANIMADVERSIONES

Super nonnullis resolutionibus superius relatis.

De reservatione casuum.

Litterae encyclicae ad Episcopos, de quibus mentio fit in Epistola ad Archiepiscopum Neapolitanum, et Episcopum Ostiensem circa casuum reservationem pag. 13 impressa, hic quoad praecipuam earum partem referuntur.

S. C. EE. et RR. die 9 Ianuarii 1601 locorum Ordinarios ita monendos statuit: « Ne locorum Ordinarii, quibus ius hoc reservandorum » casuum competit, pluribus, quam opus sit, reservationibus, subditis, aut » Confessariis in animarum salute procuranda cooperantibus, sint onerosi, » monentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad christianam di-

7. Pro offerenda sexta spatium trium mensium conceditur: hic terminus decurrit a die, quo primum res adiudicata est, si nemo vigesimam obtulerit; si vero oblata fuerit, decurrit a die, quo oblatori vigesimario res adiudicata fuit. Oblatio sextae significanda erit vigesimario ut deliberare possit, velit ne sextam acceptare. Si acta ob aliquod vitium irrita fuerint, solet S. C. mandare ut iterum affigantur edicta. Vid. pag. 398.

8. Non requiritur pro vigesimario, vel sextario novum beneplacitum apostolicum, ipsi enim de iure primo deliberatario subrogantur, quatenus acta pro vigesima et sexta rite facta fuerint, et ab Executore comprobata, nec vigesimarius tenetur ad stipulationem instrumenti ante expletum sextae experimentum.

9. Privilegium vigesimae et sextae semper favore ecclesiae reservatum intelligitur, nisi in beneplacito apostolico expresse ei sit derogatum. Ideoque etiamsi edicta pro vigesima et sexta non affigantur, quisque potest infra superius memoratos terminos eas offerre.

10. S. C. aliquando legitima concurrente causa dispensat ab experimento vigesimae et sextae, vel praescriptos ad breviores terminos reducit. Alia circa praxim S. C. hac super re sparsim in collectanea exposita sunt.

» sciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem pro cu-
» iusvis dioecesis statu, et qualitate necessario reservandos esse iudica-
» verint, reservent. »

Et idem monitum die 26 Novembris 1602 renovandum decrevit: « Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum reservatio spectat, ea in » re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere » admonendos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi » bono expedire, atrociorum tantum, et graviorum criminum absolutio- » nem sibi reservent, quorum reservatio ad christianam disciplinam re- » tinendam conferat, et in aedificationem, non autem in destructionem » cedat; ne aliequin Sacramenti Poenitentiae Ministrorum coarctata po- » testate, Sanctae Matris Ecclesiae piae menti contrarius effectus subse- » quatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reservent casus in Bull[a] die » Coenae Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicae » specialiter reservatos. »

Eadem die 26 Novembris 1602 alias Encyclicas litteras ad Episcopos dedit, quarum tenor in citata pag. 13 legi poterit. Vid. etiam pag. 22 decretum Pauli V.

De interventu Regularium ad conferentias casuum conscientiae.

Pag. 309 refertur decretum S. C. super Statu Regularium diei 15 Ianuarii 1682, quo edicitur « Ordinarios locorum posse quidem hortari, » non autem compellere praedictos Religiosos Confessores non Parochos » ad accedendum ad conferentiam casuum conscientiae. »

Hac super re actum etiam est a S. C. C. in Forosempronien. 12 Maii 1585, in qua proposito dubio: An praedictos Confessarios Regulares (Episcopus) cogere possit ad interessendum praefatae Congregationi casuum conscientiae, S. C. rescripsit: Negative. Iterum quaestio proposita fuit in Aquipendien. Visitationis Sacrorum Liminum diei 12 Martii 1718 cum dubio: An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confessiones Saecularium iniungere, ut intersint Congregationibus casuum conscientiae? Et responsum fuit — Negative, et detur decretum in Forosempronien. 12 Maii 1585.

Quod confirmatum fuit a S. C. super Regulari Disciplina per Epistolam diei 8 Novembris 1752 incipien. *Altre volte,* nam dubio: Se li Confessori Regolari non Curati siano o no obbligati ad intervenire alle conferenze dei casi di coscienza dai Vescovi nelle di loro Chiese secolari stabilite? S. C. respondit: Negative, et dentur decreta alias in rem hanc emanata. Sed in eadem epistola praescribitur: « colla presente ordina

a tutti i Superiori Regolari d' Italia, e delle Isole aggiacenti l' esatta osservanza del citato Decreto di Clemente VIII, e delle loro Costituzioni circa la lezione della morale, e la Conferenza dei casi di coscienza da farsi impreteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine tanto in quelli, nei quali vi è la sufficiente Famiglia, quanto nei piccoli Conventi, dove però vi sono Confessori Regolari approvati dai Vescovi per ascoltare le confessioni de' Secolari. E coll' espressa condizione, che qualora dentro i Chiostri non venissero eseguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII, e le Costituzioni dell' Ordine. . . . . in detto caso siano tenuti ed obbligati i Confessori suddetti Regolari di assistere, ed intervenire alla conferenza dei casi stabilita dai Vescovi. » In memorata Const. Clementis VIII diei 25 Iunii 1599 incipien. *Nullus omnino* legitur: « Lectio Sacrae Scripturae, vel casuum conscientiae bis in heb» domade praescriptis diebus in singulis Monasteriis, et Conventibus ha» beatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua » collatione circa explicitam doctrinam sese utiliter exerceant. »

APPENDIX PRIMA

METHODUS QUAE A SACRA CONGREGATIONE

EPISCOPORUM ET REGULARIUM

SERVATUR IN APPROBANDIS NOVIS INSTITUTIS VOTORUM SIMPLICIUM

AB

A. BIZZARRI ARCHIEPISCOPO PHILIPPEN. SECRETARIO

EXPOSITA

Quando petitur approbatio alicuius instituti, debent exhiberi litterae commendatitiae Antistitum locorum, in quibus domus reperiuntur. Preces remittuntur Episcopo dioecesis, in qua prima fundatio, vel domus princeps sita est, ut referat de fine seu scopo, de fundatione, de numero domorum, fratrum vel sororum, de mediis substentationis, deque utilitate, progressu, aliisque similibus (1).

Si institutum recenter erectum fuerit, unam vel alteram domum dumtaxat habeat, nec opportunae constitutiones adhuc concinnatae fuerint, laudatur finis seu scopus fundatoris, vel finis seu scopus instituti pro qualitate circumstantiarum.

Post congruum tempus, si institutum satis diffusum fuerit, uberes fructus retulerit, et Ordinarii locorum illud commendaverit, decretum laudis instituti conceditur, et aliquando etiam decretum approbationis, praesertim si constitutiones efformatae fuerint, nec in substantialibus graves difficultates praeseferant: quod tamen approbationis decretum ordinarie ad aliud tempus solet differri. Communicantur vero animadversiones circa constitutiones.

Constitutiones autem non approbantur, nisi per congruum tempus experientia comprobatae fuerint, et ad tramites animadversionum reformatae. Approbatio, ut plurimum conceditur per modum experimenti, ex gr. ad triennium, vel quinquennium, et deinde, nisi aliquid obstet, decretum definitivum approbationis constitutionum tribuitur.

In decretis commendationis vel approbationis, sequentes formulae adhibentur.

Praemissa narratione prooemiali quoad erectionem, finem, vota, auctoritatem Superioris, vel Moderatricis generalis, concluditur:

(1) Aliquando inquirendum est de doctrina, quam alicuius Instituti Alumni profitentur; atque etiam curandum, ut directoria, aliaque huiusmodi licet tantum manuscripta S. C. exhibeantur, ex quibus cognosci potest, quo spiritu Superiores, et Alumni ducantur.

1. « SSmus D. N. etc. Attentis litteris commendatitiis Antistitum » locorum, scopum seu finem fundatoris (vel instituti) praesentis decreti » tenore summopere laudat, atque commendat.

2. « SSmus D. N. etc. Attentis etc. praefatum institutum uti Con- » gregationem votorum simplicium, sub regimine Moderatoris, (vel Mode- » ratricis) Generalis, salva Ordinariorum iurisdictione ad praescriptum sa- » crorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum, praesentis decreti » tenore amplissimis verbis laudat, atque commendat, dilato ad oppor- » tunius tempus constitutionum examine. »

3. In decreto approbationis instituti, verbis, *laudat, atque commendat,* subrogantur, *approbat, atque confirmat.*

4. « SSmus etc. suprascriptas constitutiones, prout in hoc exem- » plari continentur, ad triennium (vel quinquennium) per modum expe- » rimenti approbat, atque confirmat. »

5. Si vero concedatur definitiva approbatio Constitutionum, auferuntur verba, *ad triennium etc. per modum experimenti.*

In huiusmodi vero negotiis expediendis omnia debent referri Summo Pontifici; quin imo Sanctissimus D. N. Pius PP. IX in audientia habita die 22 Septembris 1854, mandavit, ut in posterum supplicationes pro laudatione vel approbatione alicuius instituti, et constitutionum confirmatione, antequam quidquam a S. Congregatione agatur Summo Pontifici referantur. (Vide *Burdigalen. super instituto Sororum Doctrinae Christianae.*)

Ut vero methodus agnoscatur, qua animadversiones fieri solent nonnullae referuntur.

A. BIZZARRI Arch. Philippen. *Secretarius.*

ANIMADVERSIONES in Constitutiones nonnullorum institutorum examini S. Congregationis Episcoporum et Regularium pro approbatione subiectas anno 1858—61.

I. Monacen. et Frisingen. *Le povere Suore di Nostra Signora.*
II. Paderbon. *Sorores Charitatis Filiarum Immaculatae Conceptionis.*
III. Limburgen. *Pauperes Ancillae Iesu Christi.*
IV. Marianopolitan. *Filiae Charitatis Famulae Pauperum.*
V. Gandaven. *Sorores S. Vincentii a Paulo Famulae Pauperum.*
VI. Gerunden. *Filiae Mariae.*
VII. Bellicen. *Sorores a S. Iosepho.*
VIII. Camberien. *Sorores S. Ioseph.*
IX. Lemovicen. *Sorores a S. Maria et Iosepho.*
X. Albien. *Sorores a Presentatione B. M. V.*
XI. Parisien. *Sorores a S. Thoma de Villanova.*

XII. Toletan. *Adoratrices SSmi Sacramenti.*
XIII. Vicen. *Sorores Tertii Ordinis de Monte Carmelo.*
XIV. Baiocen. *Sorores ab Immaculato Corde Mariae.*
XV. Rhedonen. *Presbyteri a S. Mehenno.*
XVI. Carnoten. *Sorores Hospital. S. Pauli.*
XVII. Catalaunen. *Sorores a Nazareth.*
XVIII. Lugdunen. *Fratres Societatis Mariae.*
XIX. Annecien. *Missionarii a S. Francisco Salesio.*
XX. Bellicen. *Fratres a S. Familia.*
XXI. Bellicen. *Fratres a Cruce Iesu.*

I.

MONACEN. ET FRISINGEN.

Super approbatione Constitutionum Instituti nuncupati

« Le povere Suore di Nostra Signora 1858. »

ISTRUZIONI. Non avendo la S. Congregazione de' Vescovi e Regolari creduto approvare nè il primo piano di regole proposte da Monsignore Arcivescovo di Monaco, nè l' altro presentato dalle Suore povere di Nostra Signora, ha ordinato, che si comunichino le seguenti istruzioni, come traccia, alla quale si dovranno le Suore attenere sulle basi fondamentali nella compilazione del nuovo progetto di regole.

1. Lo spirito si prenda dai fondatori, e specialmente dal libretto stampato dal Sacerdote Francesco Sebastiano Tob che ha per titolo « Geist de Verfassung des religiöseu Vereins der armen Schulschwestern de Nôtre Dame. »

2. Nella disciplina interna si prenda tutto dalle costituzioni della Congregazione *Nôtre Dame* formate dal B. Pietro Fourier approvate da Papa Innocenzo X. meno ove si tratta della nomina del confessore ordinario e straordinario nel che si dovranno uniformare alle Costituzioni Apostoliche posteriori alla approvazione di quelle costituzioni, ed in ispecie a quella di Benedetto XIV. *Pastoralis curae* etc. giusta la quale il confessore deve essere assegnato dal Vescovo.

VOTI SEMPLICI. Clausura vescovile ove sono le religiose professe. Il 3. Ordine delle *Candidate* si vegga se si può ridurre o accostare al 2. ordine delle sorelle di società, essendo le candidate senza alcun voto di sorta, troppo sconnesse e separate dalle altre. Si escluda il Direttore spirituale, basta il padre spirituale che attenda alle cose dello spirito come nelle costituzioni di *Nôtre Dame.*

3. In quanto al governo la società è governata da una Superiora generale col consiglio di 4. religiose assistenti, ed avrà un Cardinale protettore. La prima Generalessa sia l' attuale Suor Teresa di Gesù Gerhardinger. La Generalessa avrà la superiorità su tutte le case e stabilimenti che compongono la congregazione, e questa superiorità si limiti ai seguenti titoli:

1. Potrà visitare tutte le case e i stabilimenti dell' istituto per mantenervi la disciplina e l' osservanza, purchè si astenga di visitare la chiesa e le cose appartenenti a quella, e di dare ordini contrarii alle prescrizioni del Vescovo.

2. Nominerà col consiglio delle sue assistenti per la prima volta le Superiore delle case madri che si fondano. Le altre volte confermerà se le piace dette Superiore elette in quei monasteri secondo le costituzioni di *Nôtre Dame*. Confermerà se le piace le Superiore delle case figliali elette dalle Superiore delle case madri col consenso delle loro rispettive assistenti. Nominerà le maestre delle novizie e le prefette.

3. Riceverà le postulanti nell' Ordine, e potrà delegare altre che le ricevano a suo nome. Le ammetterà alla vestizione e alla professione avutone il permesso dal rispettivo Vescovo diocesano.

4. Potrà cambiare le Suore da una casa all' altra.

5. Tratterà coi Vescovi per le fondazioni di nuove case, o per chiudere le già esistenti, ma non potrà nulla conchiudere nè nell' uno, nè nell' altro caso senza l' approvazione del Cardinale Protettore.

Nell' esercizio di queste sue speciali attribuzioni non dipende dal Vescovo nella cui Diocesi ella risiede (1).

Salve queste attribuzioni, e quelle del Cardinale Protettore le case e gli stabilimenti dell' Istituto saranno soggetti alla giurisdizione del rispettivo Vescovo diocesano a forma de' Sagri Canoni e delle Costituzioni Apostoliche.

La Superiora generale, e le quattro sue assistenti saranno nominate dal Capitolo generale, e dureranno 6 anni, passati i quali potrà la Generalessa sola essere confermata a vita.

Si accresca il numero delle elettrici in proporzione del numero delle case. In ogni caso il Cardinale Protettore soprassiederà o per sè o per altri il Capitolo e confermerà la eletta. Il Generalato, che si compone della Generalessa, e quattro Assistenti si farà render conto dell' amministrazione dei beni di tutte le case, e potrà porre imposizioni in pro-

(1) In approbatione data aliquibus Institutis praescripta fuit relatio inter Episcopos Dioecesanos, et Moderatricem generalem iuxta Constitutionem Bened. XIV pro Virginibus Anglicanis incipien. *Quamvis iusto.*

porzione delle loro rendite a vantaggio del generalato cioè per le spese di viaggi, posta ec. ed anche per soccorrere le case più povere. Nello sviluppare tale articolo circa l' amministrazione si dovrà avere in vista quanto viene stabilito nelle costituzioni delle Dame del Sagro Cuore approvate dalla Santa Sede, e non omettere, che per le alienazioni dei beni dovranno in tutto uniformarsi a quanto prescrivono i Sagri Canoni.

Si ricorrerà al Cardinale Prolettore se insorge qualche dissapore o differenza fra la Superiora generale ed un Vescovo per mettersi mediatore. Le altre attribuzioni del medesimo Cardinale Protettore saranno determinate come si è stabilito nelle costituzioni delle Dame del Sagro Cuore pel loro Cardinale Protettore. Si deve in fine osservare, che un vero Vicariato Trasmarino potrebbe ferire l' unità dell' Istituto, e col progresso di tempo portare il pericolo di divisione.

Le Suddette Suore sulle basi accennate compileranno coll' aiuto di pie, dotte e prudenti persone dentro lo spazio di otto mesi un corpo esatto e sviluppato di regole da sottoporsi alla Santa Sede.

II.

ANIMADVERSIONES

In constitutiones Sororum Charitatis Filiarum Immaculatae Conceptionis Paderbonensis Dioecesis, expeditae die 10 *Martii* 1860 *N.* 6727—5.

1. Extensio finis instituti praeter scopum iam praefinitum haud approbanda videtur, praesertim si quoad curam pauperum et caecorum agatur etiam de masculis. Si in aliquo casu particulari id exigant peculiares circumstantiae recurri poterit ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

2. Auctoritas Moderatricis Generalis nimis ampla et absoluta apparet. In aliis institutis in rebus gravioris momenti exquirere debet consensum assistentium, seu Consilii Generalis: ex. gr. in erigendis domibus (salva semper licentia Ordinarii), in admissionibus novitiarum, in contractibus (pro quibus etiam beneplacitum Apostolicum iuxta ius commune reservandum erit).

3. Inusitatum est remittere arbitrio Moderatricis Generalis tempus convocationis Capituli Generalis. In aliis Institutis tempus praefinitum habetur; ex. gr. quolibet recurrente sexennio.

4. Ob abusus qui irrepserunt, in praesens Sacra Congregatio minime solet approbare aperitionem conscientiae Superiorissae, sed tantum permittitur, ut Sorores, si velint, pandere possint defectus in regulae observantia et progressum quoad virtutes; de aliis enim ab eis agendum est com proprio Confessario.

5. Exhorbitans a iure est concedere Superiorissae facultatem nominandi et proponendi Confessarios: cum in huiusmodi deputationibus libertas relinquenda sit Episcopis iuxta Constitutionem Benedicti XIV. incipien. *Pastoralis curae*, cuius observantia in regulis inserenda erit.

6. Res periculi plena est relinquere arbitrio Superiorissae generalis eiusque Consilii ius concedendi vocem activam et passivam Sororibus. In aliis institutis vox activa et passiva conceditur Sororibus, quae aliquot annos professionis habuerint, et aliquod munus exercuerint.

7. Votum simplex paupertatis magis praecise determinandum erit, declarando quod dominium radicale non impedit, sed quod sola administratio et usufructus ad institutum spectet, nisi ante professionem de usufructu Soror disposuerit.

8. Praescribitur Sorores, ipsis etiam comprehensis, quae vota temporanea emittunt, non posse de bonis suis disponere sine licentia Superiorissae: quo fieri poterit ut Superiorissa hac facultate abutatur in praeiudicium propinquorum earumdem Sororum. Expediens fortasse erit iniungere potius licentiam Ordinarii.

9. Nimis ampla videtur facultas, quae conceditur Superiorissae recipiendi novitias sine dote, quod quamdam alienationis speciem praesefert.

10. Dimissio Sororum ob infirmam valetudinem charitati adversatur, ac etiam iustitiae, si agatur de sororibus, quae vota perpetua emiserunt.

11. Votum perseverantiae quod Sorores emittunt, et ab instituto acceptatur, in aliis institutis non solet dispensari nisi ab Apostolica Sede. Ita pariter nunquam conceditur Superiorissis facultas dispensandi a votis, quae in istis institutis emittuntur. Nec expedire videtur eisdem Superiorissis concedere potestatem expellendi seu dimittendi Sorores inconsulto Ordinario et Apostolica Sede.

12. Protectores extra Urbem seu in partibus a Sancta Sede non conceduntur, sed tantum Romae aliquis Cardinalis Protector, cui quaedam dumtaxat, quae respiciant institutum in genere committuntur, ne iurisdictio Ordinariorum coarceatur, uti videre est in instituto Boni Pastoris.

13. Reservari debet auctoritas et iurisdictio Ordinariorum locorum ad formam SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

14. Quoad alienationes salva remanere debent iura S. Sedis et Ordinariorum iuxta SS. Canones.

15. Pro erigendis Novitiatibus et provinciis recurrendum erit ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

16. Depositionem et expulsionem Moderatricis Generalis non expedit remittere iudicio Sororum, sed praescribendum erit ut depositio, et multo magis expulsio effectum habere nequeat inconsulta S. Congregatione.

17. Plura emendanda sunt circa nonnulla vocabula ex. gr. vocari non possunt *vota sempiterna* sed *perpetua*: dici nequit *concilium generale*,

sed *capitulum generale:* solemnitas votorum supprimenda erit cum agatur de votis simplicibus. Supprimendus erit Moderatricis generalis titulus *Vicariae Christi,* et alia huiusmodi, de quibus habebitur ratio, quando Constitutiones examini subiicientur, si satis emendatae non reperiantur.

III.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Pauperum Ancillarum Iesu Christi Dioecesis Limburgensis, expeditae die* 23 *Martii* 1860. N. 5733—5.

1. Cum S. Sedes non soleat pro institutis, quae in variis dioecesibus diffusa sunt, concedere et approbare ut aliquis Episcopus habeat munus Superioris generalis, expungenda sunt in Constitutionibus, quae referuntur ad Episcopum Limburgensem uti Superiorem generalem, et ad eius Delegatum generalem, sed apponi debet salvam firmamque remanere debere iurisdictionem Ordinariorum ad praescriptum SS. Canonum, et Apostolicarum Constitutionum.

2. Finis instituti exprimendus videtur humilioribus verbis, et mentio facienda de propria Sororum sanctificatione.

3. Educatio puerorum masculorum haud expedire videtur.

4. Periculosum est mittere Sorores noctu ad domos infirmorum, quin praescribantur opportunae cautelae ne solae remaneant.

5. In aliis institutis Superiorissa generalis habet quasdam generales Consiliarias, quarum consensum in nonnullis casibus requirere, et consilium in aliis expetere debet. Oportet super hac re supplere Constitutiones, et praesertim quoad receptionem aspirantium, quae arbitrio dumtaxat Superiorissae generalis relinquenda non est, nec Ordinarii licentia excludenda.

6. Firmum remanere debet ius Ordinario pro exploratione novitiarum.

7. Probari minime potest quod novitiae antequam novitiatum expleverint in domo Novitiatus et priusquam vota emiserint, ad alias domos mittantur.

8. Magis accurate perpendenda sunt, quae dotes respiciunt.

9. Prohibendum minime est ne novitiae ante professionem de suis bonis, vel de eorum usufructu libere disponere possint.

10. Cum de approbatione instituti agetur, oportet transmittere articulos Constitutionum Sororum Charitatis, quos Ancillae sequi cupiunt, nec non testimoniales litteras Antistitum locorum, in quibus domus Instituti reperiuntur.

11. Tandem animadvertendum est plus aequo apparere numerum domorum, si ratio habeatur numeri Sororum: quapropter hac super re, non solum aliqua explicatio danda erit, verum etiam cavendum ne fiant novae fundationes, nisi sufficiens Sororum numerus reperiatur.

IV.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum, quae Filiae Charitatis Famulae pauperum nuncupantur Dioecesis Marianopolitanae expeditae 25 Aprilis* 1850 N. 8913—5.

1. Apostolica Sedes permittere non solet ut aliquis Episcopus sit Superior Generalis instituti, ne iurisdictio aliorum Episcoporum, in quorum Dioecesibus domus existunt, laedatur. Ideo expungenda sunt ea omnia, quae eiusmodi Superioritatem respiciunt.

2. Haud expedit statuere in Constitutionibus admonendas esse moniales ut infirmis exhibeant Sacramenta tamquam corporale remedium.

3. Statuendum est ut pro adsistentia infirmorum in articulo mortis existentium iuxta Rituale Romanum advocetur Parochus, vel alius presbyter, si haberi possit.

4. Pro erectione domorum novitiatus praescribenda est venia Apostolicae Sedis; et pro erectione domorum consensus Ordinarii loci.

5. Quoad postulantes requiritur testimonium Baptismatis, Confirmationis, ac bonorum morum.

6. Haud expedit ut omnia bona professarum vi constitutionum ad institutum transeant, sed potius determinata dos praefinienda est.

7. Ius habendi vocem activam et passivam relinquendum non est iudicio Communitatis, sed illo frui debent, quae annos professionis a Constitutionibus praescribendos habueriut.

8. Vota perpetua in huiusmodi Congregationibus emittenda a Romano Pontifice dumtaxat dispensantur.

9. Sufficiens haud est aetas triginta annorum pro Moderatrice Generali, nec expedit ut ea in suo munere semper confirmari possit.

10. Manifestatio conscientiae in praesens restringitur ad Regulae transgressionem, et profectum in virtutibus; et quidem non obligatorie, sed facultative.

11. Haud admitti potest ut Sorores servitia praestent in Episcopiis.

12. Non admittuntur ab Apostolica Sede nisi litaniae Lauretanae B. M. V. et communes Sanctorum.

V.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum S. Vincentii a Paulo, quae Famulae Pauperum nuncupantur, Dioecesis Gandaven. expeditae die 30 Aprilis 1860* N. 1976—5.

1. Non solet Apostolica Sedes approbare quod aliquis Episcopus sit Superior generalis instituti Sororum quae in diversis Dioecesibus repe-

riuntur. Quapropter omnia, quae respiciunt hanc superioritatem, et Superiorem generalem ab Episcopo deputandum supprimenda erunt. Interdum dumtaxat conceditur ut Episcopus loci, in quo capitulum generale celebratur, eidem capitulo praesidere possit uti Apostolicae Sedis delegatus.

2. Nimis independens videtur auctoritas Moderatricis generalis, nam iuxta exhibitas Constitutiones excepto casu admissionis ad professionem, consensum Consultricum suarum etiam in rebus gravioribus obtinere non tenetur; quin imo excluditur quoque in contractibus ineundis, et nulla mentio fit de Apostolico beneplacito in casibus a iure requisito.

3. Ut domus instituti aliquam dotationem habere possint, fortasse expediret, ut moderata dos investienda a profitendis solveretur.

4. Magis determinanda erit natura voti simplicis paupertatis circa dominium et usumfructum, nec coarctanda facultas libere disponendi ante professionem.

5. Necessarium videtur magis praecise definire modum electionis Moderatricis generalis, et maiorem aetatem pro ea constituere v. g. quadraginta annorum.

6. Supprimenda sunt quae respiciunt dispensationem a iciuniis ab Ecclesia praescriptis.

7. Non solet approbari manifestatio conscientiae in scriptis, et in praesens ne manifestatio quidem oralis nisi relate ad publicam transgressionem regulae et ad profectum in virtutibus.

8. Quoad Confessarios servanda erunt quae a Benedicto XIV. Constit. *Pastoralis Curae* praescripta sunt.

9. Pro admittendis ad habitum requiritur testimonium accepti baptismatis et confirmationis, nec non bonorum morum.

10. Dispensatio votorum petenda erit ab Apostolica Sede.

VI.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Filiarum Mariae Dioecesis Gerunden. expeditae die* 9 *Maii* 1860 N. 1386—4.

1. Minime expedire videtur facultas reducendi biennium novitiatus.

2. A formula votorum expungenda sunt omnia, quae praeseferre possunt ideam votorum solemnium.

3. Quoad Confessarios servanda erit Constitutio Benedicti XIV., quae incipit *Pastoralis Curae.*

4. Haud approbandum est, ut Moderatrix generalis quando discedit, benedictionem Sororibus in Ecclesia impertiatur.

5. Salva in omnibus esse debet iurisdictio Ordinariorum ad formam

Sacrorum Canonum, ideoque minime approbandus videtur director generalis totius instituti.

6. Cum electio per secreta suffragia ex praescripto S. Concilii Tridentini facienda sit, propositus electionis modus fini ab eodem Concilio intento haud respondere videtur: nam cum schedae in qualibet domo aperiendae sint, ex ipso charactere dignosci poterit persona, quae suffragium dedit. Fortasse melius esset ut Schedae omnes ad domum principem transmitterentur, ibique a Scrutatricibus coram Episcopo ut Apostolicae Sedis Delegato aperirentur: nec coarctandum erit suffragium ad Sorores, quae actu sint Superiorissae locales.

7. Dispensatio votorum, licet simplicium, quae in institutis emittuntur, ad Apostolicam Sedem spectat.

8. Magis praecise determinandum erit votum simplex paupertatis tam relate ad dominium, quam relate ad usumfructum.

9. Conscientiae manifestatio coarctanda erit dumtaxat ad publicam transgressionem regulae, et ad progressum in virtutibus.

VII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum a S. Iosepho in Oppido Bourg, Dioecesis Bellicen. (Belley), expeditae 6 Iunii* 1860 N. 9577–5.

1. Supprimenda sunt omnia, quae a S. Sede probari non solent.

2. Nulla mentio facienda erit de litaniis, officiis et rosariis a S. Sede non approbatis: litaniae vero approbatae sunt Lauretanae et litaniae communes Sanctorum.

3. Nova et plena periculi est confirmatio Moderatricis generalis absque Capitulo, et expediret ut Moderatrix saltem aetatem annorum 40 haberet.

4. Nimis ampla videtur auctoritas Moderatricis generalis. In nonnullis institutis ea debet exquirere votum deliberativum Consultricum in rebus gravioribus, praesertim pro fundationibus et suppressionibus domorum, in contractibus, in nominationibus Assistentium et magistrarum Novitiarum.

5. Reservandum erit beneplacitum Apostolicum pro alienationibus ad praescriptum SS. Canonum.

6. Non solet ab Apostolica Sede approbari ut aliquis Episcopus sit Superior generalis instituti, quod in alias diffunditur dioeceses, ne iurisdictio aliorum Antistitum laedatur. Proinde delenda sunt omnia quae respiciunt superioritatem Episcopi Bellicen. et P. Spiritualis ab eo delegati.

7. Expediret ut novitiae integrum biennium tyrocinii explerent in

domo novitiatus, quin interim ad alias domos mittantur. Pro vestitione et Professione praemittenda erunt exercitia spiritualia per decem dies.

8. Determinanda sunt in specie, quae reticita in professione gravem fraudem inducunt, ne professae mereantur expulsionem.

9. Reformanda sunt quae de voto paupertatis edicuntur, votum enim simplex paupertatis non privat professam dominio rerum, sed tantum usufructu.

10. In praesens manifestatio conscientiae restringitur ad publicas transgressiones regulae, et ad progressum in virtutibus.

11. Dispensatio votorum, quae in huiusmodi institutis emittuntur, ad Apostolicam Sedem spectat.

12. Sine speciali indulto Apostolicae Sedis ablutio corporalium, purificatoriorum, et pallarum spectat ad Clericos, qui saltem Subdiaconi sint.

13. Iuxta Ecclesiae disciplinam Sacerdotes non solum debent infirmis Sacramenta ministrare, sed iisdem in articulo mortis constitutis spiritualem assistentiam praestare. Quapropter hac de re mentio fieri oportet in Constitutionibus, ne assistentia huiusmodi Sororibus commissa videatur.

14. In formula professionis mentio facienda erit dumtaxat de consuetis tribus votis paupertatis, castitatis et obedientiae.

15. Expungenda sunt, quae edicuntur de introducendis sororibus in Seminaria et Collegia, cum sit res periculi plena haud permittenda.

16. Deputatio Confessariorum spectare debet ad Ordinarium loci, et servanda erit Constitutio Benedicti XIV., quae incipit *Pastoralis Curae*.

17. Pro erigendis domibus requiritur expressus consensus Ordinarii.

18. Declaratio quoad observantiam Constitutionum conformari debet declarationibus, quae in aliis institutis fieri solent, iis sublatis, quae excommunicationem respiciunt.

VIII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Congregationis Sororum a S. Iosepho Dioecesis Camberien. expeditae* 9 *Iunii* 1860 N. 9700—5.

1. Supprimenda sunt omnia quae a S. Sede probari non solent.

2. Cum non agatur de Regulis primaevis a S. Sede approbatis minime fecienda erit distinctio inter regulas et constitutiones.

3. Nulla mentio facienda erit de litaniis et Officiis a S. Sede non approbatis. Litaniae vero approbatae sunt Lauretanae et litaniae communes Sanctorum.

4. Indeterminata confirmatio Moderatricis Generalis effraenata videtur. Poterit fortasse ita coarctari ut pro tertio et ulterioribus Sexennüis ab Apostolica Sede dispensatio obtineri debeat.

5. Nimis ampla videtur auctoritas Moderatricis Generalis. In nonnullis Institutis debet exquirere votum deliberativum Consultricum in rebus gravioribus, praesertim pro fundationibus et suppressionibus domorum, in contractibus, in nominationibus Assistentium, et Magistrarum Novitiarum.

6. Pater Spiritualis non admittitur, nisi intra limites Dioecesis, et quidem eas tantum facultates habere poterit, quas Episcopus ex iure habet et ei delegare potest.

7. Reservandum erit beneplacitum Apostolicum pro alienationibus ad praescriptum SS. Canonum.

8. Ubi agitur de mittendis Sororibus ad Missiones, addendum erit: *ut fiat inconsulta S. Congregatione de Propaganda Fide.*

9. Cum agatur de pia Societate dioecesana, pro constituendo instituto et domo Novitiatus in aliis Dioecesibus recurrendum erit ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, cum litteris testimonialibus Archiepiscopi Camberien. et Episcopi Dioecesis novae fundationis.

10. Expediret ut novitiae integrum biennium novitiatus explerent in domo Novitiatus, quin interim ad alias domos mittantur. Pro vestitione et professione praemittenda erunt exercitia spiritualia decem dierum.

11. Attentis praesentibus circumstantiis magis determinandum erit votum simplex paupertatis tam relate ad dominium quam relate ad usumfructum.

12. Novum et periculosum est permittere ut Conversae transeant ad statum Choristarum.

13. Nimis frequens videtur communio ex praescripto regulae tribus vicibus in qualibet hebdomada, et novus quasi ritus admitteretur si sorores, instante communione, in Ecclesia licentiam a superiorissa petere deberent.

14. In praesens manifestatio conscientiae restringitur ad publicas transgressiones regulae, et ad progressum in virtutibus.

15. Dispensatio votorum, quae in huiusmodi Institutis emittuntur, Apostolicam Sedem spectat.

16. Minime approbari poterit ut viri constituantur Magistri educandarum ad eas in arte musica instituendas.

17. Haud permitti solet, ut ianuae domorum apertae remaneant post solis occasum.

18. Sine speciali indulto Apostolicae Sedis ablutio corporalium, purificatoriorum et pallarum spectat ad clericos, qui saltem subdiaconi sint.

19. Iuxta Ecclesiae disciplinam Sacerdotes non solum debent infirmis Sacramenta ministrare, sed iisdem in articulo mortis constitutis spiritualem assistentiam praestare. Quapropter hac de re mentionem fieri oportet in Constitutionibus, alias huiusmodi assistentia Sororibus commissa videretur.

20. In formula professionis mentio facienda erit dumtaxat de consuetis tribus votis paupertatis, castitatis et obedientiae.

21. Declaratio quoad observantiam Constitutionum conformari debet declarationibus, quae in aliis institutis fieri solent, iis sublatis quae excommunicationem respiciunt.

22. Alia etiam animadverti possent, quae quamdam exagerationem praeseferunt circa actuale exercitium virtutum, et circa alia huiusmodi.

IX.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum a S. Maria et Iosepho in Dioecesi Lemovicen. expeditae die* 11 *Iulii* 1860 N. 10786—5.

1. Non solet S. Sedes permittere, ut in instituto quod in alias Dioeceses diffusum est, aliquis Episcopus habeat Superioritatem in universam Congregationem contra iura aliorum Antistitum. Quapropter in Constitutionibus supprimenda erunt, quae huiusmodi superioritatem et deputationem Superioris generalis respiciunt.

2. Cum electio per Schedas non concedatur nisi in casibus extraordinariis ab Apostolica Sede, admitti minime poterit ut relinquatur arbitrio Praesidis Capituli.

3. Nimius videtur vocalium numerus in Capitulo generali.

4. Valde periculosum est ut ex Sororibus eligibilibus quaedam seligantur, et per appositam notulam significentur vocalibus, ut ex iis moderatrix generalis eligatur.

5. Non solet concedi Episcopo ut ab aetate requisita pro Moderatrice generali possit dispensare.

6. Episcopus loci, in quo Capitulum generale celebratur, poterit praesidere Capitulo dumtaxat uti delegatus S. Sedis.

7. Pro translatione domus principis, et pro erectione et divisione provinciarum, pro erigendis domibus novitiatus, et immutatione Constitutionum, pro alienationibus recurrendum erit in casibus particularibus ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

8. Expediret ut dos pro omnibus aequalis constitueretur.

9. Dispensatio votorum reservata erit Apostolicae Sedi. Pro expulsione vero determinandae erunt in particulari causae graves, nec expulsio effectum habere poterit, nisi ea per Episcopum communicetur S. Congregationi ut ab ea approbetur.

10. Haud permitti solet, ut novitiae antequam expleant tyrocinii annum in domo novitiatus, ad alias domus mittantur.

11. Magis determinari debet obligatio voti simplicis paupertatis. Non repugnat ut professae votorum simplicium possint retinere dominium, quod radicale vocant, ut plurimum eis interdictus est usufructus et administratio.

12. Cum ex Conc. Trid. Sess. XXV de regul. cap. VI electio Superiorum facienda sit per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, haud probari poterit ut alio modo electio fiat.

13. Cum non solum infirmis administrari debeant sacramenta, sed etiam in articulo mortis constitutis ex Rituali Romano presbyter eis assistere debeat, expediret ut hoc in Constitutionibus statuatur ne talis assistentia Sororibus commissa videatur.

X.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum a Praesentatione B. M. V. in Dioecesi Albiensi, expeditae die* 23 *Iulii* 1860, N. 3056—5.

1. Licet iam anno 1855 nonnullae animadversiones quoad Constitutiones communicatae fuerint, tamen in praesens cum agatur de definitiva approbatione concedenda quaedam aliae correctiones addendae existimantur antequam dicta approbatio tribuatur.

2. Regula S. Augustini, quae Constitutionibus praemittitur fideliter traducta non est. Oportet igitur ut fiat nova versio, quae originali adamussim respondeat.

3. Votum de curanda salute proximi non admittitur sic in genere expressum, ac etiam difficultates habet si exprimatur prout in articulo 3. capitis 3, nempe « le voeu de travailler au salut des âmes par le moyen de l'éducation ».

4. Cum institutum etiam in alias dioeceses diffusum sit, Archiepiscopus Albien. non poterit Capitulo praesidere, nisi uti Delegatus Apostolicus.

5. In casu, quo Sorores in eligenda Moderatrice generali non conveniant, recurrendum erit ad S. Sedem per medium Praesidis Capituli.

6. Cum munus Assistentium requirat prudentiam, et morum gravitatem, praescribenda erit aetas 35 vel saltem 30 annorum.

7. Cum specialis iurisdictio non soleat concedi in praeiudicium auctoritatis aliorum Ordinariorum Episcopo Dioecesis, in qua habetur domus Princeps, supprimenda erunt, quae recursum ad Archiepiscopum Albien. et alia huiusmodi praescribunt.

8. Periculosa videtur facultas imminuendi dotes, vel ab eis dispensandi, quae conceditur Moderatrici generali. Fortasse magis expediret ut minor dos in genere praescriberetur.

9. Difficillimum erit ut omnes sorores tempore vacationum se se conferant ad domum principem causa vacandi exercitiis spiritualibus, cum in dies augeantur domus instituti et sororum numerus. Melius fortasse erit relinquere arbitrio superiorissae designationem domorum, in quibus fiant spiritualia exercitia.

10. Cum corporis valetudo nullam relationem habeat cum voto paupertatis, supprimenda erunt verba, quibus exprimitur sorores donare valetudinem ipsam instituto.

11. Firma remanere debet in constitutionibus dispositio, qua votorum perpetuorum dispensatio reservata legitur S. Sedi.

12. Solent vestitioni et professioni praemitti exercitia spiritualia per decem dies.

13. Quoad Confessarios servanda erit Constitutio Bened. XIV *Pastoralis curae,* et Confessarii deputandi erunt ab Episcopis respectivis.

14. Cum agatur de votis simplicibus, appellari nequeunt vota religionis.

15. In art. 4 Capitis 26, expungendi sunt professores.

16. In praesens solet manifestatio conscientiae permitti dumtaxat quoad progressum in virtutibus, et quoad transgressiones regulae.

17. Supprimenda erunt verba, quibus edicuntur regulae datae esse a Christo Iesu.

18. Novitiae debent esse reapse a professis separatae, etiam tempore recreationis.

XI.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum a S. Thoma de Villanova Congregationis Parisiensis, expeditae* 27 *Iulii* 1860, N. 10063—5.

1. Finis instituti nimis late patet; is enim in primaevis constitutionibus respiciebat tantum curam pauperum infirmorum in parvis hospitalibus iuxta constitutiones anni 1774; modo extenditur non solum ad magna hospitalia, verum etiam ad scholas, educandatus, domos recessuum spiritualium et ad alia huiusmodi, et quod prorsus admitti nequit, ad omnia opera charitatis. Quin imo a praesenti Moderatrice generali etiam ad infantes, iis non exclusis, qui in cunis habentur: quod certe a Sancta Sede non approbatur, cum Sacris Virginibus minime conveniat. Ideoque in Decreto laudis de sola cura pauperum infirmorum et christiana puellarum institutione mentio facta est.

2. In Constitutionibus anni 1774 agitur de Superiore generali eligendo a Sororibus vocalibus, et electio canonica vocatur. Sancta Sedes huiusmodi Superiores generales approbare non solet, etsi sint Antistites Dioecesis, in qua Domus Princeps reperitur, ob praeiudicium quod iurisdictioni Episcoporum infertur.

3. Votum simplex paupertatis satis determinatum non est, cum de dominio bonorum nihil disponatur; nec mentio facienda erit de decreto potestatis civilis.

4. Superiorissa generalis semper per schedas eligitur, et nunquam Capitulum generale celebratur; quod quidem Capitulum in institutis maximae utilitatis est, cum in eo pertractari soleant negotia graviora instituti, et initis consiliis facilior electio personae idoneae ad regimen Congregationis.

5. S. Congregatio non solet admittere litanias a Sancta Sede minime approbatas.

6. Non exprimitur quod pro dispensatione votorum ad Apostolicam Sedem recurrendum sit.

7. Magis explicite praeservanda erit Ordinariorum iurisdictio, et necessitas eorum consensus ad erectionem domorum exprimenda erit.

8. Mentio facienda erit de assistentia presbyteri pro infirmis constitutis in articulo mortis; nam infirmi non solum debent Sacramentis muniri, sed ministerio Sacerdotis iuvari.

9. Nimis gravibus verbis praescribitur manifestatio conscientiae, et affertur exemplum Ananiae et Saphirae, quod ad rem non facit. In praesens S. Congregatio permittit tantum manifestationem facultativam conscientiae quoad progressum in virtutibus, et externas transgressiones regulae.

10. Propria non est absoluta expressio, quae in oratione legitur « je crois fermement, que vous résidez dans la personne des pauvres » pag. 63.

11. Aequivoca et periculosa est dictio p. 84 « celle qui aurait peine à nous les dire, pourra les découvrir à celui, qui doit entendre nôtre confession générale ».

12. Nulla mentio fit de beneplacito Apostolico pro alienationibus et debitis imponendis.

13. Cum agatur de votis simplicibus minime solemnia vocari possunt ut ibi pag. 96.

14. Assistentes dispersae sunt et non constituunt consilium Ordinarium Moderatricis generalis uti in aliis institutis habetur.

15. Novitiae integrum tyrocinium complere debent in domo novitiatus, quin alio mittantur; et ad removendas difficultates poterunt aliae domus novitiatus de licentia S. Sedis constitui.

16. Nonnullae dictiones reperiuntur sparsim in Constitutionibus, quae parum rectae sunt, praesertim quae respiciunt interpretationem Evangelii, gravitatem in genere peccatorum, contra charitatem et obedientiam (pag. 5. 16. 33. 96) et alia huiusmodi.

XII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Famularum Adoratricum SSmi Sacramenti et Charitatis Dioecesis Toletanae, expeditae 1 Septembris* 1860 N. 10062—5.

1. Cum proprium sit Episcoporum deputare Confessarios Monialium, non solet attribui ius eos nominandi monialibus ipsis.

2. Cum agatur de Instituto, quod a Moderatrice generali regitur, et in plures Dioeceses diffusum est, votum obedientiae non potest limitari moderatricibus localibus, nec uni vel altero Episcopo.

3. In praesens non approbatur in Constitutionibus manifestatio conscientiae, nisi quoad progressum in virtutibus, et publicam regulae transgressionem.

4. Parum statui religioso congruere videtur famulatus, quem Sorores *criadas* exhibere debent singulis directricibus.

5. Vota simplicia, quae in huiusmodi institutis emittuntur, solvi nequeunt nisi ab Apostolica Sede.

6. Iuxta Decreta S. Congregationis dotes persolvi debent in numerata pecunia.

XIII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum Tertii Ordinis B.M.V. de Monte Carmelo in Dioecesi Vicensi (Hispan.), expeditae die 24 Septembris* 1860. N. 8154—5.

1. Non solet ab Apostolica Sede approbari, ut Institutum, quod in plures Dioeceses diffusum est, subiiciatur Episcopo uti Superiori generali cum praeiudicio iurisdictionis aliorum Episcoporum. Ideoque in Constitutionibus expungenda sunt, quae huiusmodi Superioritatem, et Directorem generalem respiciunt.

2. Nimis absonum a iure et a moribus est, ut Moderatrix Generalis ab Episcopo deputetur, sed in omnibus fere institutis hoc ad Capitulum generale Sororum spectat. Quapropter necessarium est fieri Constitutionem, qua statuatur capitulum generale, praefiniantur illius Sorores vocales, modus eligendi Moderatricem generalem, eius qualitates, aetas, et anni professionis, nec non tempus, quo in officio permanere debeat.

3. In omnibus huiusmodi Institutis Moderatrices generales habent proprium Consilium, quod ex Assistentibus generalibus componitur, quodque in rebus gravioribus suum suffragium dare debet.

4. In Congregationibus mulierum in usu minime est, ut vota simplicia sint perpetua ex parte voventium, et solvantur ex parte instituti. Solent potius emitti prius vota ad tempus, et deinde perpetua, pro quorum dispensatione ad Apostolicam Sedem recurrendum est.

XIV.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum Misericordiae sub titulo Immaculati Cordis Mariae in oppido Blon Dioecesis Baiocensis (Bayeux), expeditae die* 20 *Februarii* 1861. N. 13476—5.

1. Statuta quibus novae Congregationes reguntur solent appellari Constitutiones, cum novae regulae praeter illas, quae olim a Sancta Sede confirmatae fuerunt, minime admittantur.

2. Cum Apostolica Sedes non soleat pro institutis, quae in variis dioecesibus diffusa sunt, concedere et approbare, ut aliquis Episcopus habeat munus Superioris Generalis; expungenda sunt in Constitutionibus, quae referuntur ad Episcopum Baiocensem uti Superiorem generalem, et ad eius delegatum generalem.

3. Ob abusus, qui irrepserunt, in praesens Sacra Congregatio minime solet approbare aperitionem conscientiae Moderatrici, sed tantum permittitur ut Sorores, si velint, pandere possint defectus in regulae observantia et progressus quoad virtutes.

4. Novitiae magis separatae esse debent a professis, nec expediens videtur Sorores culpabiles in Novitiatum mitti, ne Novitiae periculum scandali subeant.

5. Probari minime potest quod Novitiae antequam Novitiatum expleverint in domo Novitiatus, et vota emiserint, ad alias domos mittantur.

6. Nimis ampla videtur facultas, quae conceditur Moderatrici recipiendi Novitias sine dote, quod quamdam alienationis speciem praesefert.

7. Cum de renovatione votorum debeat in foro externo constare, ea per actum, quod probari possit, fieri debet.

8. Vota, quae in huiusmodi institutis emittuntur, non solent dispensari nisi ab Apostolica Sede. Nec expediens videtur Moderatrici generali, eiusque Consultricibus concedere potestatem expellendi seu dimittendi Sorores, inconsulto Ordinario et Apostolica Sede.

9. Magis determinandum erit votum simplex paupertatis declarando quod dominium radicale non impedit, sed quod sola administratio et usufructus ad Institutum spectet.

10. Nulla mentio facienda erit de litaniis a Sancta Sede non approbatis; litaniae vero approbatae sunt litaniae communes Sanctorum et Lauretanae B. M. V.

11. Absonum ab usu Ecclesiae est praefinire horam septimam pomeridianam quolibet anni tempore pro salutatione Angelica.

12. Pericolosum est mittere unam sororem tantum in aliquam Scholam.

13. Reservandum erit beneplacitum Apostolicum pro alienationibus ad praescriptum SS. Canonum.

14. Nimis ampla videtur auctoritas Moderatricis generalis. In nonnullis institutis debet exquirere votum deliberativum Consultricum in rebus gravioribus. Ideoque magis praecise determinandae erunt attributiones consilii tum ordinarii tum extraordinarii.

15. Electio Superiorissae facienda erit quolibet sexennio in Capitulo generali per vota secreta. In eodem munere confirmari non poterit absque Apostolicae Sedis venia, quod etiam relate ad fundatricem servandum erit. Expediret etiam ut quolibet triennio capitulum generale celebraretur pro gravioribus negotiis Societatis. Praefiniendae erunt qualitates Sororum, quae ad Capitulum convenire debeant. Tam Capitulum sexennale, quam triennale celebrandum erit sub praesidentia Episcopi loci uti Delegati Apostolici.

16. Praefiniendae erunt qualitas et aetas Superiorissae generalis et Assistentium, nempe pro prima aetas quadraginta annorum, pro aliis saltem trigintaquinque. Nec expedire videtur, ut ad praefata munia eligi possint Sorores, quae votis perpetuis obstrictae non sint.

17. Pro lectione novi testamenti in lingua vernacula, servanda erit regula ab Ecclesia tradita.

XV.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Congregationis Presbyterorum sub titulo Immaculatae Conceptionis B. M. V. a S. Mehenno in Dioecesi Rhedonen. expeditae die* 2 *Martii* 1861. N. 13366—5.

1. Cum huiusmodi instituta nonnisi ab Apostolica Sede existentiam et firmitatem habeant, practicam ei subiectionem exhibere debent, et prae caeteris urgere observantiam in iis, quae iure communi praescribuntur. Hinc in Constitutionibus mentio facienda est de Apostolico Beneplacito in alienationibus, de licentia a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium obtinenda pro erectione et divisione provinciarum, pro erectione domorum novitiatus, de reservatione Apostolicae Sedi dispensationis votorum, deque approbatione Capitulorum Generalium qualibet vice impetranda. Addendum etiam erit, prout aliis Institutis praescriptum est,

ut quolibet quinquennio de statu Congregationis etiam quoad observantiam, ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium a Superiori Generali relatio fiat.

2. Nimis absonum est a iure communi et ab observantia aliarum Congregationum quod statutum est relate ad eos, qui constituere debent Capitulum Generale. In aliis enim institutis praefinitae sunt qualitates ex. gr. anni professionis, munera habita eorum, qui positis praefinitis qualitatibus ius certum habent ad Capitulum generale, quin eorum electio arbitrio ipsius capituli relinquatur.

3. Statuendum erit Superiorem Generalem haud in suo munere confirmari posse absque licentia Sacrae Congregationis.

4. Inter presbyteros et laicos in Constitutionibus tale discrimen statuitur, ut non unam, sed quasi duplicem Congregationem constituant. Nimis amplus videtur laicorum numerus. Moribus aliorum Institutorum contrarium, durum et periculosum in praxi est, quod de diversitate mensae praescribitur, et absonum a mutua et fraterna charitate, qua alumni eiusdem Congregationis, licet diversi gradus, sese prosequi debent.

5. Cum ex Concilio Tridentino directio Seminariorum ad Episcopos, audito deputatorum consilio, omnino spectet, ipsi eorum curam non possunt alicui instituto committere inconsulta Sede Apostolica, licet institutum ipsum in genere pro directione Seminariorum ab Apostolica Sede approbatum sit. Hinc oportet in singulis casibus Summi Pontificis licentiam obtinere.

6. Distinctio Regularum et Constitutionum haud admittitur in novis institutis, cum regularum nomine veniant regulae tantum antiquiorum Ordinum, quae olim ab Apostolica Sede approbatae fuerunt. Hinc omnia sub nomine Constitutionum comprehendi debent.

7. Praesidentia Episcopi in Capitulis pro Congregatione virorum facile admitti non solet.

8. Nimis effraenata videtur auctoritas Superioris Generalis, nam ne in rebus quidem gravioribus votum deliberativum sui consilii requirere debet. Oportet igitur statuere graviora negotia pro quibus consensus consilii requiratur.

9. Pro expulsione oportet, ut revera concurrat incorregibilitas, et pro iis, qui vota perpetua emiserunt, etiam confirmatio Sacrae Congregationis.

10. Etiam pro dimissione Superioris generalis a suo officio eiusdem S. Congregationis confirmatio necessaria erit.

11. Pro admittendis novitiis, qui statum clericalem suscipere debent, si aliqua irregularitate detineantur ut in art. 86. Constitutionum, requiritur S. Sedis dispensatio.

12. Iuri communi repugnat admittere novitios, qui aere alieno gravantur, eorumque debita ab instituto assumi.

13. Quae in art. 91. de restrictione mentali dicuntur minime approbari possunt, sed potius loco restrictionis mentalis adhibenda erunt verba cum expressa conditione etc.

14. Ne dubia oriantur circa votum paupertatis, et novitiis adimatur ius de suis bonis libere disponendi, expresse dicendum erit: Novitios ante emissionem votorum de suis bonis, usu et usufructu, vel etiam de usufructu et usu tantum libere, prout eis placuerit, disponere posse.

15. In praesens manifestatio conscientiae non admittitur nisi pro publicis transgressionibus Constitutionum, et relate ad progressus in virtutibus.

16. Pro missionibus exteris in partibus infidelium requirenda erit venia S. Sedis.

17. Expungendae sunt a Constitutionibus preces, quae quamdam litaniarum speciem habent, cum non approbentur nisi litaniae Lauretanae et communes Sanctorum, quae immutari nequeunt.

10. Est contra praxim Ecclesiae praefinire horam octavam pomeridianam pro salutatione Angelica.

XVI.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum Hospitalariarum a S. Paulo nuncupat. Dioecesis Carnotensis (Chartres) in Gallia, expeditae die* 12 *Iulii* 1861 N. 14482—5.

1. Dum agitur de institutis in plures Dioeceses diffusis Sedis Apostolicae firmus mos est minime admittere, ut Episcopus Dioecesis, in qua domus princeps extat, Superioritatem habeat, ne aliorum Episcoporum iurisdictio ullo modo laedatur. Idcirco ex Constitutionibus expungenda erunt, quae respiciunt Superiorem, eiusque delegatum generalem.

2. Vota annualia praescribuntur, deinde additur posse Sorores in particolari ad maius tempus vota extendere. Ne difformitas habeatur. huiusmodi extensio poterit tantum respicere forum conscientiae; ideoque res clarius explicanda erit.

3. In praesens manifestatio conscientiae non solet approbari nisi facultative, et quidem relate dumtaxat ad progressum in virtutibus, et exteriores transgressiones Constitutionum.

4. Modus electionis Moderatricis generalis reformandus omnino est. Constituendae sunt certa lege vocales, quae ius deliberativi suffragii habeant, nempe ex officiis quae exercent, ex annis professionis, et aliis similibus, prout in Ordinibus regularibus statutum est, ita ut nullum

arbitrium relinquatur. Episcopus loci, in quo habebitur Capitulum, poterit ex speciali concessione S. Sedis, uti eius delegatus Capitulo praesse, et electionem confirmare.

5. Concilium Tridentinum pro Superiorissis seligendis requirit aetatem quadraginta annorum, et octo annos professionis. Haec Tridentini dispositio praescribenda erit quoad Moderatricem generalem.

6. Determinandi sunt casus graviores, in quibus accedere debet consensus Consultricum ; nempe pro admissione ad vestitionem et professionem, pro novis domibus, erigendis praeter consensum Ordinarii loci, pro alienationibus, et impositionibus debitorum, (pro quibus etiam forma a SS. Canonibus praescripta, praesertim quoad beneplacitum Apostolicum servanda erit), aliisque contractibus ineundis.

7. Novitiae durante Novitiatus biennio in domo Novitiatus morari debent, quin ad alias mittantur.

8. Super voto paupertatis sequens dispositio ab Apostolica Sede quoad nonnulla huiusmodi instituta votorum simplicium constituta est : « Pro» fessae dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere pote» runt ; sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum » erogatio atque usus, donec in instituto permanserint. Debent propte» rea ante professionem cedere, etiam private administrationem et usum, » quibus eis placuerit, ac etiam suo instituto, si ita pro earum libito » existimaverint. Haec vero cessio vim amplius non habebit in casu » egressus ab instituto, quin imo apponi poterit conditio, quod sit quan» documque revocabilis, etiamsi in instituto permanserint ; sed profes» sae, durantibus votis, hoc iure revocandi in conscientia minime uti » poterunt, nisi accedente Apostolicae Sedis placito. Quod etiam dicendum » est de bonis quae post professionem titulo haereditario eis obvenerint. » Poterunt tamen de dominio sive per testamentum, sive de licentia ta» men Moderatricis generalis, per actus inter vivos disponere, nec eis » vetitum est ea proprietatis acta peragere, de licentia eiusdem Modera» tricis generalis, quae a legibus praescribuntur. »

9. Ab Apostolica Sede admittuntur duntaxat litaniae Lauretanae et communes Sanctorum.

10. Imponenda est Moderatrici generali obligatio transmittendi quolibet triennio relationem ad hanc S. Congregationem de statu instituti quoad personas, observantiam, domus novitiatum et administrationem.

11. Novae domus novitiatus erigi minime poterunt absque licentia huius S. Congregationis.

12. Expressa mentio fiat explorationis faciendae ab Ordinario iuxta praescriptum S. Concilii Tridentini.

13. Admittendae ad habitum exhibere debent documentum accepti Baptismatis et Confirmationis et testimonium bonorum morum.

14. Alia quaedam animadvertenda forent quoad nonnulla verba minus exacte expressa.

XVII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Sororum a Nazareth in Dioecesi Catalaunen.* (*Chalon*), *expeditae die* 27 *Septembris* 1861 N. 15764-5.

1. Delegatus Apostolicus in partibus et extra Urbem concedi non solet, sed recurrendum erit ad S. Sedem pro Novitiatuum erectione, votorum simplicium dispensatione et alienationibus ad formam SS. Canonum.

2. Institutum ita sub iurisdictione Episcoporum erit ut sarcta tectaque simul serventur parochorum iura.

3. Circa Confessarium extraordinarium observandae sunt praescriptiones Sacros. Concilii Tridentini et Constitutio Benedicti XIV quae incipit *Pastoralis curae* ideoque non semel tantum in anno praedictus Confessarius advocandus erit; sed saltem bis aut ter in anno; et si opus erit etiam pluries.

4. Moderatrix generalis post exactum sui officii tempus confirmari nequeat sine licentia ab hac S. Congregatione obtinenda. Eadem 40 annorum aetate ceterisque qualitatibus pollere debet a Sacrosancto Concilio Tridentino praescriptis.

5. Capitulum generale convocandum erit quolibet quinquennio.

6. Quolibet triennio Moderatrix Generalis relationem Status proprii Instituti ad hanc S. Congregationem transmittere teneatur; quae quidem relatio complecti debet tam statum materialem et personalem, nempe numerum domorum et Sororum Instituti, quam disciplinarem scilicet Constitutionum Observantiam, nec non quae respiciunt administrationem oeconomicam.

7. Nimis ampla videtur Moderatricis generalis auctoritas. In nonnullis Institutis debet exquirere votum deliberativum Consultricum in rebus gravioribus; praesertim pro fundationibus et suppressionibus domorum, pro contractibus, pro vestitione et professione Alumnarum, et alia huiusmodi.

8. Pro depositione Moderatricis Generalis, eveniente casu, (quem Deus avertat) recurrendum erit ad S. Sedem.

9. Determinanda erit aetas Assistentium et Consultricum Generalium ex. gr. 30 vel 35 annorum, nec non praescribendi quinque anni professionis, antequam ad huiusmodi Officium eligi valeant.

10. Sorores, quae Consilium constituunt, dispersae esse non debent,

sed potius teneantur commorari in domo principe cum Moderatrice generali.

11. Quod praescribitur de fundatione domorum, et de fructibus domui principi persolvendis, ita intelligatur, ut liberum sit novis domibus capita ipsa restituere, seseque a fructuum pensitatione eximere.

12. Absonum a iure et ab approbata disciplina omnino est, puellis admitti ad habitum post expletum Novitiatum; quare ab habitum admissio prorsus debet Novitiatum praecedere.

13. Viduae, ceteraeque mulieres qualitatibus requisitis destitutae non recipiantur, absque expressa et peculiari huius Sacrae Congregationis licentia; ad quam in singulis enunciatis casibus pro dispensatione recursus erit habendus.

14. Votum paupertatis magis praecise determinandum erit relate ad dominium radicale, quod alumnae retinere possunt, et relate ad administrationem et usumfructum, quibus expoliare se debent.

15. Expungendum erit quod dicitur p. 65 de voto perfectionis.

16. Manifestatio conscientiae in praesens restringitur tantum ad publicam Constitutionum transgressionem, et ad profectum in virtutibus; et quidem non obligatorie sed facultative. Insuper minime approbandum videtur, ut conscientiae manifestatio Directoribus seu Superioribus fiat.

17. Minime dici potest Officium parvum B. M. V. esse obligatorium pro Choristis, quippe eius recitatio ex simplici Constitutionum dispositione oritur.

18. Pro vestitione et professione Sororum adhibeatur aliquod Caeremoniale pro Institutis votorum simplicium iam approbatum.

19. Facultas non conceditur mutandi Constitutiones, postquam hae fuerint a Sancta Sede approbatae, sed requiritur eius expressa licentia.

20. Denique nonnulla remanent in Constitutionibus reformanda, praesertim quoad stylum, qui simplicitate caret.

XVIII.

ANIMADVERSIONES *in Constitutiones Fratrum Societatis Mariae in Dioecesi Lugdunen. expeditae die* 13 *Decembris* 1859. N. 164—5.

Il governo sembra troppo assoluto e potrebbe forse cambiarsi in dispotismo.

Art. III. S' esamini meglio se il Superiore (laico) di un Istituto di laici dovrà essere nominato a vita, o per soli dodici anni.

Art. V. Eccessiva sembra l' autorità conceduta agli Assistenti eletti dal Capitolo generale. Dal libretto, *Constitutiones*. pag. 121, risulta che sono nominati *a vita* cioè per tutto il tempo del Governo del Generale;

e secondo l' art. IV possono convocare il Capitolo per procedere alla deposizione del Generale in alcuni casi, per cui pare che la vera Autorità dell' istituto sarebbe nelle mani dei due assistenti. Forse sarebbe meglio la disposizione delle Costituzioni dei Sacerdoti Maristi (p. 52) che gli Assistenti debbano essere confermati dal Capitolo generale o cambiati ogni volta che si celebra.

Art. VI. Si potrebbe sopprimere totalmente quella disposizione relativa alla destituzione del Superiore Generale, essendo facile il ricorso alla S. Congregazione in casi tanto rari.

Art. VII. Osservasi una cosa singolare; cioè che gli Assistenti, benchè obbligati di rimanere presso il Generale, hanno ciascuno *una provincia,* con un noviziato della quale s' occupano, senza fare residenza nella medesima. Sembra molto difficile che il Superiore possa governare immediatamente un corpo di 2000 persone, conoscere gl' individui, operare le translazioni ec. Perciò si crederebbe opportuno di creare veri provinciali residenti, per sorvegliare il Noviziato, nominare i Direttori, collocare i fratelli ec. riservando la nomina dei medesimi provinciali al Capitolo Generale, con facoltà di confermarli se faranno bene. Perciò dovrebbe essere modificato l' art. VIII.

Art. XII. §. *Post annum.* Sembra meglio, che terminato il Noviziato si facesse voto di obbedienza per un anno per andare poi a fare esperimento nelle Scuole ed in altri impieghi, e non mandare i *novizi* nel secolo.

Art. XIII. §. *Quoad Fratres professos* etc. Si osserva che nella Costituzione di Benedetto XIII per i fratelli delle Scuole Cristiane, non s' ammette affatto la facoltà della espulsione; e molto meno che i voti perpetui dei professi cessano per il fatto della espulsione; si trova al contrario che la dispensa dei voti semplici viene espressamente riservata al Papa.

Art. XIV. e XV. Si vedono le disposizioni relative all' Uffizio della Madonna, cappello triangolare e calzette di panno, contro le quali si è ricorso, e sarà opportuno sapere il sentimento del Capitolo Generale.

Art. XIX. Si vorebbe la facoltà per i Fratelli Maristi di fondare nuove Case con la sola licenza dei Vescovi. Si opinerebbe che si potessero eccettuare le nuove provincie, gli educandati e prescrivere per questi la speciale licenza della S. Congregazione, e così impedire che in avvenire i fratelli lascino mai le scuole della povera gente per ritirarsi nel comodo degli educandati.

Art. XX. Si crederebbe necessario di prescrivere ai fratelli Maristi la regolare celebrazione del Capitolo Generale ogni tre anni, per l' elezione del Superiore quando vi è luogo, conferma o elezione degli assi-

stenti, provinciali ecc., riforma degli abusi, conferma della disciplina ed altri interessanti oggetti.

Libretto intitolato *Constitutions et règles du gouvernement de l'Institut des Petits Frères de Marie.* Lyon.

Oltre la riforma d' una infinità di disposizioni, le quali non possono conciliarsi colle precedenti osservazioni, merita correzione:

1. Tuttociò che riguarda l' Amministrazione dei beni, che si lascia pienamente al Superiore senza che mai si richiamino le canoniche prescrizioni nè il Decreto di Urbano VIII circa le alienazioni (ved. p. 14 §. 10 p. 77 §. 2 ecc.)

2. L' obbligo che tutt' i fratelli hanno di rendere conto della coscienza al Superiore Generale *per iscritto* (p. 17. §. 5.)

3. Il voto di povertà (semplice), con il quale si vorrebbe obbligare a cedere allo Istituto tutto ciò che l' individuo acquista per diritto di legittima successione (p. 51.)

4. La facoltà di mandar via i *professi,* per il solo motivo della mancanza di salute (p. 59. §. 4.).

Règles communes de l'Institut des Frères de Marie. Lyon.

Pag. 9. Cap. IV. Si tratta di nuovo del *conto di coscienza* che tutti i fratelli debbono fare al Superiore Generale, tre volte l' anno *per iscritto,* cosa non ammessa dalla Sagra Congregazione (ved. p. 89. 152.)

Pag. 19. Nel voto di obbedienza non si parla del Papa: quando al contrario nelle Costituzioni delle Scuole Cristiane, l' obbedienza al Papa comparisce al primo rango.

Manuel de prières à l' usage des Petits Frères de Marie. Lyon.

Si ritrovano in quel libro tutte le cose notate sopra circa il così detto *conto di coscienza.* Si veda pag. 107, e come si applica al Superiore (laico) quanto insegnano i Santi Dottori della necessità della spirituale direzione; e pag. 112. si obbligano i Fratelli di manifestare le tentazioni al Superiore (laico) e per iscritto.

Un buon numero di litanie riprovate dalla Santa Sede, la quale non ha approvate che le comuni dei Santi, le Lauretane e le *breviores* p. 153. 170. 179. Catalogo d' indulgenze non approvato dalla S. C. pag. 281.

XIX.

ANNECIEN. *super approbatione Constitutionum Piae Congregationis Missionariorum sub titulo S. Francisci Salesii in Dioecesi Anneciensi. Animadversiones expeditae die* 23 *Maii* 1860 N. 16388—5.

1. Non solet approbari prooemium in Constitutionibus.

2. Nimis ampla et independens videtur auctoritas Superioris generalis, praesertim in admittendis novitiis, in conferendis Officiis, in interpretatione Constitutionum, in Contractibus , nulla facta mentione Beneplaciti Apostolici pro alienationibus. Expediret ut in his rebus et aliis gravioris momenti accederet consensus Concilii Generalis, et pro admissione ad habitum et novitiatum, mentio fieret decretorum S. C. super statu Regularium.

3. Modo non conceditur Superioribus Generalibus facultas dispensandi a votis, sed recurrendum erit ad Apostolicam Sedem.

4. Non possunt Episcopi concredere directionem seminariorum Ordinibus regularibus, aliisque institutis sine venia Apostolicae Sedis.

5. Supprimenda sunt quae respiciunt consensum Episcoporum pro communicandis mandatis Summi Pontificis.

6. Periculosum est permittere , ut Missionarii curam parochiarum etiam ad tempus suscipiant.

7. Praescribendus est consensus Ordinarii pro erectione novarum domorum, et licentia S. C. pro novitiatibus et provinciis.

8. Pro deponendo Superiore Generali necessarium videtur transmittere acta ad Sacram Congregationem pro approbatione.

9. Magis praecise definienda est natura voti simplicis paupertatis, tam relate ad dominium, quam ad usumfructum et relinquenda est omnimoda libertas novitiis disponendi ante professionem.

10. Neque Superior Generalis, neque Capitulum Generale immutare poterunt Constitutiones, postquam ab Apostolica Sede approbatae fuerint.

11. Determinandum est tempus celebrationis Capituli Generalis.

XX.

RILIEVI *circa gli Statuti della Congregazione dei Fratelli della Santa Famiglia.*

Si degnarono l'Eminenze Vostre Rme nell'Adunanza generale del giorno 26. Luglio del corrente anno 1850. commettermi l' onorevole incarico di fare dei rilievi sopra gli Statuti compilati per la pia associazione

dei Fratelli della Santa Famiglia da comunicarsi quindi all' Illmo e Rmo Consultore Monsignor. Vici, acciocchè dal medesimo esaminati in apposito Voto si sottomettessero gli uni e gl' altri all' Emo e Rmo Sig. Cardinale Ponente, che ne farebbe rapporto alla piena Congregazione.

In esecuzione di tali venerati comandi mi accingo ad accennare alcuni rilievi non già per animo contrario al suddetto Istituto che può arrecare moltissimo bene quante volte sia rettamente stabilito, ma acciocchè nell' esame degli Statuti si premetta quella discussione che le Emze Vostre Rme desiderano, e che sempre la Santa Sede ha usato in simili casi, essendo l' approvazione degli Statuti delle nuove pie Società uno degli atti più gravi, ed importanti della Sede Apostolica, nel quale conviene avere in Vista le disposizioni del Concilio Lateranense celebrato sotto Innocenzo III, e del Concilio di Lione sotto Gregorio X. sebbene non si tratti di voti solenni (1).

1. I primordî dell' Istituto della Santa Famiglia rimontano al 1823; ma in tutto questo tempo non si è formata che una sola casa propriamente detta, cioè la casa madre eretta a Belley. Il Fratello Taborin nelle risposte date ad alcuni dubbî che a schiarimento io gli ho proposti, dice che sta per fondarne un' altra negli Stati Sardi, e che in seguito farà delle altre fondazioni a seconda che la Provvidenza somministrerà de' mezzi. In poche parole una sola è la casa, le altre sono nei desiderî e nelle speranze. Ma non è egli massima di questa S. Congregazione di non approvare le costituzioni di un Istituto per sua istituzione diffusivo se non quando si sono erette più case?

Il Fr. Taborin però nelle dette risposte soggiunge, che vi sono circa ottanta stabilimenti nelle Diocesi di Belley, di Grenoble, di Saint-Claude, di Besançon, di Dijon, d'Autun, di Chambery, di Annecy, di Saint-Jean de Maurienne: che ve n'erano degli altri nelle Diocesi di Lione, di Friburgo, di Tarantasia, ma li ha dovuti lasciare per difetto di mezzi, per insalubrità del clima, e per i torbidi, che hanno avuto luogo. Si deve per altro osservare, che tali stabilimenti non consistono, che in alcuni fratelli sparsi quà e là isolatamente senza formare comunità, esercitando i loro officî; e per conseguenza non possono dirsi propriamente stabilimenti. Che se come tali si volessero considerare, in questa ipotesi debbo sus-

(1) Nel citato Concilio Lateranense si prescrive – *Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducat, prohibemus, ne quis de caetero novam Religionem inveniat* – E gli autori estendono tale disposizione anche agl' Istituti di voti semplici. Così il Piringh lib. III tit. 35 dicendo: *Ratio est quia non minor confusio et periculum sequi poterat ex multiplicatione Religionum, adeoque merito prohibitio, et irritatio Concilii Lateranensis ad istas etiam Congregationes fuit extensa.* Suarez. c. 1. num. 23.

sumere: e perchè come è stato per lo innanzi costume non si sono interpellati i Vescovi delle accennate Diocesi prima di proporre all' approvazione gli statuti per averne informazioni e per sentire il loro parere?

2. Assicura il Fr. Taborin, che gli Statuti sono stati formati quasi sin dall'origine; ma che dopo il 1841 vi sono stati fatti dei cambiamenti di grande soddisfazione dei fratelli. Ma non si produce un atto, dal quale risulti che almeno i Fratelli più gravi li abbiano considerati ed approvati. Il Superiore merita certamente tutta la fede, ciò non ostante alla Santa Sede non dovea comparire egli solo, dovea portare anche le preci de' suoi confratelli, e la loro adesione in modo autentico.

3. Gli Statuti formerebbero un Istituto di vita tutta attiva per una parte degli alunni; di vita tutta ritirata, cenobitica e quasi eremitica per un' altra, e così si avrebbe un Istituto dentro un altro. Le istituzioni con tali complicazioni, e che vogliono in sè comprendere lo spirito di tutte le altre sotto diverse forme, sono belle in astratto, ma sanno di novità, ed in concreto presentano gravi difficoltà, e hanno molti elementi di distruzione, per cui sembra non essere conveniente, che la Santa Sede le approvi nelle loro particolarità se non dopo molta esperienza. Nel caso poi ancora non esiste casa alcuna di ritiro; soltanto il Fr. Taborin asserisce, che se ne sta per erigere una in Belley; e che in seguito se ne stabilirà un' altra nella Diocesi d' Autun. Queste case più o meno future non possono dare argomento e prova alcuna di quella esperienza, che si richiede ad ottenerne l' approvazione. Di più pel regime di tali case di ritiro, non si sono sottomessi i regolamenti alla considerazione dell'Emze Vostre Rme, e dovrebbe la Santa Sede approvare quello che non conosce? Gli articoli degli statuti, che riguardano le case di ritiro mi sembrano oscuri, imperfetti e non ben determinati.

Sono questi i rilievi circa gli statuti considerati in genere. Discendo ora ai singoli articoli premettendo, che per approvare delle Costituzioni non è sufficiente, che non vi siano errori o difetti, ma che debbono essere lavori nel loro genere perfetti per modo, che vi sia della dignità e del decoro della S. Sede nell'approvarli.

Nel 1. articolo si dà alla società di voti semplici il titolo di *religiosa;* e quindi quasi che non bastasse l'approvazione della Santa Sede si accenna l'altra concessa dal Re di Torino, e si riporta la data delle *regie patenti*. Se la Santa Sede tollera tali atti dei Governi, è stata però sempre gelosa, che non se ne faccia menzione ne' suoi decreti; altrimenti verrebbe a mostrare di riconoscere almeno indirettamente le pretensioni dei Governi medesimi.

Art. 2. I Santi Fondatori degli antichi ordini sebbene intendessero, che i Religiosi dovessero tendere alla perfezione, pure lo scopo di cia-

scuno per lo più era determinato ad un oggetto speciale. Nel caso l'Istituto, di cui si tratta, ha per oggetto *ogni sorta di buone opere*. Fra gli officî poi dei Fratelli si annovera anche quello di *Catechista*. È certamente lodevole, che i fratelli insegnino la dottrina cristiana; nè disconviene ai laici, per cui Benedetto XIV concesse varie indulgenze alla Confraternita della dottrina cristiana. Ma vedranno l'Emze Vostre Rme nella superiorità dei loro lumi se sia conveniente, che la Santa Sede commetta esplicitamente ai laici l'officio di *catechista*.

Art. 3. Si concede ai Fratelli insegnanti in Chiesa l'uso della Cotta o del Rocchetto. Sebbene in varî luoghi in Francia si adoperi la cotta colle maniche strette a modo di rocchetto, pure, potendosi propagare l'istituto anche nei luoghi ove non si usa semplicemente la cotta; a scanso d'inconvenienti si potrebbe dire *useranno della cotta o del rocchetto secondo l' uso dei chierici del luogo*.

Art. 4. Già sono stati fatti dei rilievi nelle osservazioni generali. E non saprei come possa approvarsi quest'articolo e tutti gli altri relativi alle case di ritiro quando che niuna sinora n'è stata eretta. Molto meno poi i regolamenti, che si accennano, ma non si sottopongono all'esame. Che se si credesse potersi approvare l'articolo, meriterebbe speciale considerazione l'obbligazione di portare un capitale di 4000 franchi, essendo una novità, che negl'istituti di uomini si porti una specie di dote, se pure la dote medesima non voglia paragonarsi in qualche modo ai livelli, che la sola condiscendenza ha in alcuni Ordini introdotto.

Art. 6. Non comprendo in che consista il recamo bleu, che il Superiore generale vuole ai bordi della sua mantelletta. Non potrebbe tale recamo ingerire una idea di vanità, sebbene sia certamente alieno dalla mente del Superiore? Si vuole che in Chiesa nelle diverse cerimonie religiose porti il rocchetto. E qui si avverta che non si allude ad un rocchetto impropriamente detto, giacchè non si adopera la disgiuntiva di cotta o rocchetto come si esprimeva allorchè si parlava dei Fratelli, ma si stabilisce l'uso del rocchetto semplicemente. Ora tale distintivo è propriamente ecclesiastico, e segno di giurisdizione, e ognun sa con quanta cautela la Santa Sede lo conceda: ed i Religiosi anche promossi al vescovato non possono adoperarlo. L'uso della cotta o rocchetto nei fratelli ha un qualche motivo, giacchè dovendo servire come i chierici in alcune funzioni, è indispensabile che si uniformino ai medesimi secondo l'uso del luogo. Ma per qual fine un Superiore laico vuole in Chiesa usare le vesti ecclesiastiche? Gli altri superiori laici si servono anche in Chiesa soltanto dell'abito dell'Istituto, abito che suole essere benedetto. Molto più singolare è l'uso della sciarpa rossa, che a guisa di stola gli dovrebbe cadere dalle spalle sul petto per la lunghezza di due metri.

Se io non m'inganno è questa una strana novità non solo da non approvarsi, ma da non tollerarsi qualunque sia il senso mistico che le si voglia annettere. Di più si vorrebbe permettere al Superiore generale di portare scoperta la croce pettorale a meno che non vi sia presente un Vescovo, e non sia fuori delle case di aggregazione. Vedranno l'Emze Vostre Rme se convenga alla Santa Sede di approvare tale articolo, e se non si abbia a temere anche il risentimento de' Vescovi. Già pende questione presso questa Sagra Congregazione per l'uso dell' anello concesso ai sacerdoti della Società di Maria in Francia, e che ora i Vescovi non vorrebbero tollerare. Non vi sarebbero dunque a temere delle questioni e querele anche per parte de' Vescovi nel vedere un Superiore laico vestito all'indicata foggia?

Negli art. 8. 9. 10. si ammette, che i fratelli insegnanti possano andare isolatamente negli stabilimenti. L'Emze Vostre Rme fecero delle savie riflessioni su tale oggetto per i pericoli, che possono nascere dall'isolamento. Il Fr. Taborin interrogato su questo punto ha risposto, che in realtà ne potrebbero derivare dei danni, ma che si procura di collocare i Fratelli isolatamente meno che sia possibile, che intanto il governo Francese, ed il gorverno Sardo desiderano assai che i fratelli siano collocati isolatamente pel rimpiazzo de' cattivi maestri: che la novella pia società ad avere una certa garanzia colloca i suddetti Fratelli nelle case parrocchiali e sotto la sorveglianza del Parroco. Ma la risposta del Fr. Taborin non distrugge la difficoltà. La sola esperienza per un congruo tempo potrebbe far conoscere se la garanzia accennata possa mettersi in pratica.

Art. 13. Al solo Superiore generale si dà il diritto d'interpretare il senso delle regole.

Art. 15. Si stabilisce, che la elezione del Superiore generale si fa a maggioranza di voti: trattandosi di Superiore a vita si potrebbe sostituire la espressione *a maggioranza assoluta de' voti.*

Art. 18. Si dà al Superiore generale la facoltà di nominare i suoi Consiglieri, ed in questi si ricerca l'età di anni 25. La suddetta facoltà sembra troppo effrenata: e l'età stabilita non sufficiente, tanto più che tra i Consiglieri vi sono ancora i maestri de' novizi.

Art. 19. Si parla nuovamente delle lettere patenti di Carlo Alberto.

Art. 23. Si ammettono per protettori della pia società Monsignore Vescovo di Belley per la Francia; e l'Arcivescovo di Chambery per la Savoia: I protettori degl'Istituti debbono essere presso la Santa Sede, e non altrove, e la loro destinazione *in partibus,* oltre la novità potrebbe suscitare gelosia nelle altre Diocesi. Il Fr. Taborin risponde, che i fratelli che si stabilissero in Italia, in Allemagna, nella Svizzera e altrove

potrebbero avere tanti Vescovi protettori. A me sembra che il progetto del Superiore generale oltrechè darebbe una marca di diverse nazionalità all' Istituto, porterebbe una maggiore complicazione senza togliere la difficoltà della gelosia degli Ordinarî diocesani.

Si potrebbe piuttosto dare agli attuali Vescovo di Belley ed Arcivescovo di Chambery durante la loro vita, la qualifica di Consiglieri e Direttori del Superiore generale attesa la loro rispettiva cooperazione nella istituzione e propagazione della pia società, senza però giurisdizione alcuna.

Art. 25. Per l'alienazione de' fondi si parla delle formalità prescritte dalle leggi ed ordinanze del Governo, e nulla si dice delle prescrizioni canoniche. A me sembra inutile che si alluda alle leggi del Governo, che in tali materie la Santa Sede tollera, ma non approva, e che sia indispensabile un cenno sulle leggi canoniche potendosi l'*Istituto propagare anche fuori della Francia* e perciò togliendo quanto riguarda il Governo sostituirei – *le formalità necessarie a forma dei Sagri Canoni.*

Art. 28. Si prescrive che i postulanti non possano essere ammessi al Noviziato prima dell'età di anni quindici. Trattandosi di laici possono essere compresi nella coscrizione, e così dovrebbero divenire soldati persone legate da' voti. Il Fr. Taborin risponde, che negli stati Sardi non vi è tale timore, giacchè il Re dispensa dal servizio militare i giovani che entrano nella suddeta pia società. Potrebbe dimandarsi al Fr. Taborin, chi presentemente gli dia tale garanzia? Soggiunge che nella Francia il Governo esime dal servizio militare i secolari ed i regolari, i quali si consacrano all' insegnamento pubblico: che per gli altri si userà la cautela di non ammetterli se non dopo che avranno soddisfatto alla legge della coscrizione.

Nello stesso articolo si prescrive, che i giovani costituiti nella minorità dovranno prima di essere ammessi all' Istituto riportare in iscritto il consenso del loro padre o del loro tutore. Che tale cautela si usasse praticamente io forse non vi troverei gravissima difficoltà; ma che la Santa Sede sanzioni con sua approvazione la massima della necessità del consenso del padre o del tutore per entrar in una pia società, non potrei giammai consigliarlo.

Art. 32. Non direi lo *stato religioso,* giacchè non si tratta di veri religiosi e perciò sostituirei – *se la professione nell' Istituto loro convenga.*

Si dava la facoltà di dispensare dai voti al Superiore generale. Essendo inconveniente che un Laico eserciti la ecclesiastica autorità necessaria alla dispensa de' voti, si è sostituito in margine delle costituzioni stampate, che i Vescovi protettori potranno dispensare dai voti siano temporanei, siano perpetui. Ma anche questa sostituzione trovò gravi diffi-

coltà presso l'Eminenze Vostre Rñe. E con ragione, giacchè il voto perpetuo di castità anche occulto e fatto privatamente è riservato alla Santa Sede; come ancora gli altri voti anche temporanei fatti in un Istituto specialmente se sia approvato dalla Santa Sede, perchè dalla professione di tali voti l'Istituto acquista un diritto sulla persona, che gli ha emessi; e la dispensa dai voti che importa pregiudizio ai diritti di un terzo, spetta al Sommo Pontefice che può derogare al diritto medesimo, e perciò Benedetto XIV nella sua istruzione pel Giubileo n. 32. dichiara: *Quoad vota noverint sibi abstinendum ab eorum commutatione, in quibus agitur de praeiudicio tertii. Quare in eo, quod pertinet ad vota quamvis simplicia, seu perseverantiae, seu alia, emitti solita in aliqua Congregatione, vel Communitate, et in vota obligatoria a tertio acceptata non se ingerant.*

I voti peraltro semplici possono cessare non solo in forza di dispensa, ch' è propria dell'autorità ecclesiastica, ma bensì ancora *per dimissionem* dall'Istituto, e questa può dipendere anche dai Superiori laici non importando un'autorità ecclesiastica propriamente detta; quindi se l'Eminenze Vostre Rñe, credessero nel caso attuale prescindere dalla massima di non concedere agli Istituti di soli laici la facoltà di dare la dimissione, si potrebbe dire:

I voti tanto temporanei, che perpetui cesseranno o in forza di dispensa della Santa Sede, o in seguito di dimissione dall' istituto da farsi nel modo espresso nell' articolo 37.

Art. 37. In questo articolo si parla della dimissione dall'Istituto. Sembrò all'Eminenze Vostre Rñe troppo estesa l'autorità del Superiore generale nella dimissione. E certamente lasciata al solo arbitrio del Superiore generale potrebbero se non il presente i suoi successori abusarne. Nè tale arbitrio è sufficientemente moderato dall'obbligazione di sentire il suo consiglio, giacchè non ostante il voto contrario del medesimo potrebbe il Superiore procedere alla dimissione. D'altronde in tali Istituti di voti semplici non deve essere molto coartata l'autorità de' Superiori nella espulsione. Quindi proporrei sommessamente *che il Superiore generale col suo Consiglio esaminata diligentemente la condotta del fratello con secreta votazione a maggioranza di due terzi de' voti possano decretare la dimissione.*

Si potrebbero fare altre osservazioni: per esempio, che nulla si stabilisce circa gli studi dei Fratelli sebbene sia punto essenziale, imperciocchè si tratta d'Istituto eretto principalmente per la istruzione; che gli articoli circa i Noviziati sembrano incompleti ed oscuri, il regime non ben stabilito, ma per brevità le tralascio sembrandomi sufficiente all'uopo quanto è stato accennato.

Questi sono i riflessi, che in obbedienza agli ordini dell'Eminenze Vostre Rñe, e per obbligo del mio officio ho creduto sottoporre ai loro superiori lumi. Decideranno pertanto nella loro somma sapienza se convenga approvare gli Statuti come sono stati presentati, o con qualche modificazione o piuttosto si abbia a rispondere come scrivea la sa. me. di Leone XII ai 15 Febbraro 1825 in occasione delle istanze delle Suore di San Giuseppe, la quali istituite nella città di Valoy nel 1650, imploravano l'approvazione delle loro Costituzioni già da più Vescovi confermate: *Ad ipsas autem Constitutiones quod attinet nihil de illis pronuntiandum putavit; illud etiam prae oculis habens ut expectetur dum experientia ipsa doceat utrum illae probari omnibus partibus, confirmarique possint, an aliquid habeant corrigendum: quemadmodum de aliis etiam Institutis factum est, quae etiam nunc vigent, licet eorum Constitutionibus nondum huius Sanctae Sedis iudicio confirmatis.*

Che se l'Eminenze Vostre Rñe crederanno doversi dilazionare a tempo più opportuno l'approvazione degli Statuti, di cui si tratta, non sarebbe forse inutile, che si manifestassero al Vescovo di Belley le difficoltà principali, che essi presentano.

ANDREA BIZZARRI Assessore

XXI.

Episcopo Bellicen. 1860.

Perpensis statutis Congregationis a Cruce Iesu nuncupatae, compertum est duplici constare instituto; nempe presbyterorum et fratrum quorum primi consueta vota non emittunt, alii vere tria vota simplicia profitentur. Ad distinctum finem tendunt, et dispari habitu utuntur; ac insuper fratres immediate pendent a proprio superiore, quem directorem generalem vocant. Quae cum ita sint, visum est SSmo D. N. praefata instituta haud posse unam constituere Congregationem. Curandum igitur a Te erit ut dividantur, et unaquaeque habeat propria statuta, quae respectivo fini seu scopo respondeant ad hanc S. C. deinde transmittenda.

Haec Amplitudini Tuae significo, cui prospera cuncta adprecor a Domino.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium hac die 20 Iunii 1860.

ARTICULI *excerpti ex constitutionibus variorum institutorum votorum simplicium a S. Sede approbatis.*

1. *Articulus quoad votum* Paupertatis *Presbyteror. Maristarum.*
2. *Articulus quoad votum* Paupertatis *Sororum a Praesentatione.*

I.

ARTICULUS *quoad Votum Paupertatis prout extat in Constitutionibus Presbyterorum Societatis Mariae sive Maristarum a Summo Pontifice per modum experimenti ad sexennium approbatis die* 15 *Iunii* 1860, N. 164—5.

Art. 41. Professi in hoc instituto dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem cedere, etiam private, administrationem, usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo instituto, si ita pro eorum libitu existimaverint. Huic vero cessioni apponi poterit conditio, quod sit quandocumque revocabilis; sed professus hoc iure revocandi in conscientia minime uti poterit, nisi accedente Apostolicae Sedis placito. Quod etiam dicendum erit de bonis, quae post professionem titulo haereditario eis obvenerint. Poterunt vero de dominio, sive per testamentum, sive, de licentia tamen Superioris generalis, per actus inter vivos libere disponere, quo ultimo eveniente casu, cessabit concessio ab eis facta quoad administrationem, usumfructum, et usum; nisi eam concessionem tempore eis beneviso firmam voluerint, non obstante cessione dominii. Professis autem vetitum non est ea proprietatis acta peragere de licentia Superioris, quae a legibus praescribuntur.

Quidquid professi sua industria, vel intuitu Societatis acquisierint, non sibi adscribere, aut reservare poterunt; sed haec omnia inter communitatis bona refundenda sunt, ad communem societatis utilitatem.

Idem praescriptum est relate ad Sorores Praesentationis Albien. 8 Martii 1861, N. 3056—5 et quoad Sorores a S. Iosepho Camberien. 22 Martii 1861, N. 9700—5.

II.

De Voto paupertatis. Albien. 12600—5.

Constitutions des Soeurs de la Présentation de Nôtre Dame établie à Castres. 1 *Aprilis* 1861.

Chapitre 16.

Du voeu de Pauvreté

Toutes choses sont en commun dans la Congrégation, soit pour la nourriture et le vêtement, soit pour les meubles et le linge. Chaque Soeur

reçoit ce qui lui est nécessaire des Officières que la Supérieure Générale a chargées de ce soin; sans autre distinction que celle que la nécessité et la charité exigent.

2. Les professes de l'institut, tant celles qui ont fait les voeux temporaires, que celles qui sont liées par les voeux perpétuels peuvent conserver la nue propriété de leurs biens; mais il leur est absolument défendu d'en garder l'administration, l'usufruit, et l'usage. Par conséquent elles doivent avant de professer, céder, même par acte particulier, l'administration, l'usufruit, et l'usage à qui elles croiront, et même à leur institut, si cela leur plait. L'acte de cession pourra porter la clause, que cette cession soit révocable suivant le bon plaisir de la Soeur, mais celle-ci ne pourra pas en conscience faire usage de cette faculté de revoquer la cession, si ce n'est après avoir obtenu le consentement de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers.

Il en sera de même des biens qui surviennent aux Soeurs après la profession à titre de succession ou de donation.

Quant'à la nue-propriété les Soeurs pourront en disposer soit par testament, soit par donation avec permission de la Supérieure Générale; et cette disposition de la nue-propriété par donation fera finir la cession qu'elles auront faite par rapport à l'administration, à l'usufruit, et à l'usage à moins qu'elles ne veuillent que cette même cession demeure malgré la donation de la nue-propriété, et celle, pour le temps qu'elles croiront.

Du reste, il n'est pas défendu aux professes de faire avec la permission de la Supérieure générale, les actes de propriété qui sont exigés par les lois. Les soeurs, ne pourront pas disposer de la dot donnée à l'institut.

3. Afin que le voeu de Pauvreté soit plus religieusement observé il est ordonné à la Supérieure Générale de pourvoir les soeurs, avec une charité toute maternelle de tout ce qui leur est nécessaire pour la nourriture et le vêtement tant en santé qu'en maladie.

4. Il lui est encore enjoint de veiller à ce qu'il n'y ait rien de superflu dans les habits, les meubles et généralement dans tout ce qui est à l'usage des soeurs, que tout soit conforme à l'état de pauvreté dont elles font profession.

5. Si quelque Soeur transgresse le voeu de Pauvreté en recevant, gardant ou donnant un objet tant soit peu considérable, sans la permission de la Supérieure Générale elle doit en être sévèrement corrigée.

6. Si une Soeur vient à sortir de la Congrégation, ou si elle est renvoyée, la dot est remboursée sans intérêt jusqu'au moment de la sortie.

ELENCHUS *praecipuorum institutorum, quae postremis temporibus a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium laudata vel approbata fuerunt.*

A

Albien. Sorores ab Apparitionibus S. Iosephi. Institutum approbatum et Constitutiones confirmatae per modum experimenti ad quinquennium Decreto 30 Martii 1862.

Albien. Sorores a Praesentatione B. M. V. Constitutiones approbatae Decreto 8 Martii 1861.

Andegaven. Institutum filiarum B. M. V. a charitate Boni Pastoris. Institutum approbatum Decreto 13 Februarii 1835.

Andegaven. Filiae SS. Cordis Mariae. Institutum et Constitutiones approbatae Decreto 14 Septembris 1821.

Anglonen. et Tursien. Congregatio Clericorum saecularium pro missionibus sub titulo M. V. a Bono Consilio. Institutum laudatum Decreto 7 Septembris 1847.

Annecien. Societas presbyterorum a S. Francisco Salesio. Institutum approbatum Decreto 19 Maii 1860.

Avenionen. Societas presbyterorum saecularium B. M. V. a Sancta Custodia. Conced. restitutio societatis Decreto 26 Aprilis 1861.

Augustodunen. Sorores S. Iosephi de Cluny. Institutum approbatum Decreto 8 Februarii 1854.

B

Bajocen. Sorores a Misericordia loci Blon. Institutum laudatum Decreto 20 Februarii 1861.

Bellicen. Congregatio fratrum Sacrae Familiae. Institutum approbatum Decreto diei 18 Augusti 1841.

Bellicen. Sorores a Sancto Iosepho quarum domus princeps in Oppido Bourg extat. Institutum laudatum Decreto diei 6 Iunii 1860.

Benzuela (De) sive S. Iacobi. Institutum laudatum Decreto 29 Iulii 1842.

Bergomen. Societas Filiarum a SSmo Corde. Constitutiones approbatae die 2 Octobris 1847.

Bisuntina. Filiae Charitatis sub protectione Sancti Vincentii a Paulo. Constitutiones approbatae Decreto 23 Iulii 1819.

Bisuntina. Societas presbyterorum saecularium Recessus Christiani. Institutum laudatum Decreto 20 Iunii 1851.

Bobien. Oblati a S. Alphunso a Ligorio. Institutum laudatum Decreto 30 Augusti 1839.

Briocen. Congregatio Filiarum a Cruce. Institutum approbatum Decreto diei 23 Novembris 1853.

Brixien. Filiae a SSmo Corde Iesu. Constitutiones approbatae per Breve 13 Novembris 1827.

Brixien. Sorores Ancillae Charitatis. Institutum approbatum die 23 Decembris 1847.

Brigantien. et Lisbonen. Congregatio Mulierum ab Infante Iesu. Institutum et Constitutiones approbatae Decreto 20 Maii 1844.

Burdigalen. Sodalitas Reunionis SSmi Cordis Iesu. Sorores pro institutione puellarum. Institutum laudatum per epistolam 17 Augusti 1829.

Burdigalen. Sorores a S. Teresia. Institutum et Constitutiones approbatae Decreto 9 Ianuarii 1835.

Burdigalen. Marianitae. Institutum laudatum anno 1839.

Burdigalen. Societas a Sacra Familia. Institutum laudatum Decreto diei 5 Septembris 1842.

Burdigalen. Sorores Doctrinae Christianae. Institutum laudatum Decreto 13 Ianuarii 1855.

Burgen. Sorores Hospitalariae. Scopus instituti laudatus Decreto 29 Martii 1850.

C

Cadurcen. Sorores Misericordiae. Institutum et Constitutiones approbatae Decreto 11 Iunii 1824.

Camberien. Sorores a Sancto Iosepho. Constitutiones approbatae per modum experimenti Decreto 22 Martii 1861.

Cameracen. Sorores a S. Unione. Institutum approbatum Decreto 30 Maii 1853.

Capuana. Pii Operarii Missionis. Constitutiones approbatae Decreto 12 Iulii 1833.

Catalaunen. Sorores a Nazareth. Institutum laudatum Decreto diei 27 Septembris 1861.

Cenomanen. Moniales Trappistae. Constitutiones approbatae Decreto 6 Maii 1836.

Cenomanen. Sorores a Charitate. Institutum laudatum Decreto 11 Augusti 1843.

Cenomanen. Sorores a Providentia loci Ruillé sur Loir. Constitutiones approbatae per modum experimenti Decreto 23 Augusti 1861.

S. Claudii. Congregatio Visitationis B. M. V. Institutum approbatum die 4 Augusti 1826.

Constantien. Institutum SS. Trinitatis. Decretum laudis concessum die 20 Ianuarii 1826.

Constantien. in provincia Rothomagensi. Sorores scholarum Christianarum. Institutum laudatum Decreto 27 Augusti 1859.

F

Ferentinen. Sorores a Charitate. Constitutiones approbatae Decreto 17 Iunii 1842.

Ferrarien. Sorores a B. M. V. sine labe Concepta. Institutum laudatum Decreto 10 Maii 1844.

Florentina. Magistrae Pauperes a S. Stygmatibus S. Francisci. Scopus Instituti commendatus Decreto 23 Iulii 1855. Articuli approbati Decreto 16 Maii 1856.

S. Flori. Congregatio Sororum sub titulo Institutionis Infantis Iesu. Institutum laudatum Decreto 7 Septembris 1852.

G

Gandaven. Sorores Charitatis Iesu et Mariae. Institutum laudatum Decreto 24 Septembris 1816.

Gandaven. Sorores Instructionis Christianae. Institutum et Constitutiones approbatae die 3 Augusti 1827.

Gandaven. Sorores S. Vincentii a Paulo Ancillae pauperum. Institutum laudatum Decreto 30 Aprilis 1860.

Gerunden. Filiae Mariae. Institutum approbatum Decreto 9 Maii 1860.

Gratianopolitana. Sorores de Misericordia ministrantes captivis. Constitutiones approbatae Decreto 28 Augusti 1818.

I

Januen. Sorores Charitatis Filiae Mariae loci Clavarii. Institutum laudatum Decreto 1 Februarii 1852.

L

Lemovicen. Sorores Boni Pastoris et Mariae Teresiae. Constitutiones approbatae Decreto 16 Ianuarii 1835.

Lemovicen. Sorores a Maria et Iosepho. Institutum laudatum Decreto diei 9 Iulii 1860.

Leodien. Congregatio Filiarum SS. Crucis. Institutum approbatum Decreto 1 Octobris 1835.

Liburnen. Congregatio Filiarum SS. Crucifixi et S. Magdalenae. Institutum laudatum Decreto 10 Ianuarii 1853.

Liburnen. Ancillae Charitatis. Institutum laudatum Decreto 9 Martii 1860.

Lingonen. Congregatio a Divina Providentia. Institutum laudatum Decreto 1 Aprilis 1844. Approb. die 25 Iunii 1858.

Lucana. Sorores infirmis ministrantes. Institutum laudatum Decreto 23 Martii 1852.

Lucionen. Institutum Filiarum Sapientiae, et Missionariorum Mariae. Institutum approbatum Decreto 3 Maii 1853.

Lucionen. Missionarii Mariae Immaculatae. Institutum laudatum Decreto 22 Iulii 1857.

Lugdunen. Sorores a S. Iosepho. Institutum laudatum Decreto 5 Maii 1829.

Lugdunen. Sodalitas Clericorum, seu Catechistarum S. Viatoris. Statuta approbata Decreto diei 27 Septembris 1838.

Lugdunen. Sorores a Iesu et Maria. Constitutiones approbatae Decreto 1 Octobris 1837.

Lugdunen. Presbyteri sacculares Societatis Mariae. Constitutiones approbatae per modum experimenti ad sexennium Decreto 15 Iunii 1860.

Lugdunen. Fratres Parvuli Maristae. Institutum laudatum Decreto 9 Decembris 1859.

M

Marianopolitana. Filiae Charitatis Ancillae Pauperum. Institutum laudatum Decreto 25 Aprilis 1860.

Marianopolitana. Sorores Charitatis vulgo Soeurs Grises Administratrices hospitalis generalis. Institutum laudatum die 4 Ianuarii 1862.

Massilien. Oblati S. Caroli. Constitutiones approbatae Decreto 15 Februarii 1836.

Massilien. Institutum fratrum S. Petri ad Vincula. Institutum approbatum Decreto 27 Septembris 1853.

Massilien. Institutum Juvenum Operariorum pauperum. Scopus laudatus die 14 Februarii 1861.

Mechlinen. Fratres a Misericordia sub patrocinio S. Vincentii a Paulo. Institutum approbatum Decreto 20 Novembris 1857.

Mediolanen. Congregatio Sororum Boni Pastoris. Institutum laudatum 26 Februarii 1852.

Meten. Filiae ab Infante Iesu et S. Christiana. Institutum laudatum Decreto 22 Decembris 1857.

Monacen. Pauperes Sorores Dominae Nostrae. Constitutiones approbatae Decreto 9 Maii 1859.

Mutinen. Congregatio Filiarum a Providentia. Institutum approbatum Decreto 9 Ianuarii 1845.

N

Namurcen. Sorores a Domina Nostra. Constitutiones approbatae Decreto 28 Iunii 1844.

Namurcen. Sorores a Providentia sub patrocinio Mariae Immaculatae. Finis instituti laudatus Decreto 1 Septembris 1858.

Nannien. Sorores Charitatis a S. Carolo Borromaeo. Constitutiones approbatae die 3 Februarii 1859.

Nanneten. Sorores a Providentia, sub instituto Ursulinarum. Statuta approbata Decreto 17 Septembris 1817.

Neapolitana. Missionarii SS. Cordium Iesu et Mariae. Institutum laudatum Decreto 21 Iunii 1838.

Nemausen. Presbyteri Assumptionis, sub regula S. Augustini. Finis laudatus Decreto 1 Martii 1857.

Nivernen. Sorores Charitatis et Instructionis Christianae. Institutum approbatum Decreto 30 Iulii 1852.

Novarien. Congregatio Presbyterorum Charitatis a Rosminio fundata. Institutum approbatum et Constitutiones confirmatae Decreto die 20 Decembris 1838.

P

Paderbonen. Sorores Charitatis Christianae. Institutum laudatum Decreto 1 Aprilis 1859.

Parisien. Presbyteri et Sorores Congregationis SS. Cordium et Adorationis perpetuae. Constit. approbatae Decreto 20 Decembris 1816.

Parisien. Presbyteri Saeculares Missionarii a Misericordia. Institutum et Constitutiones approbatae die 16 Septembris 1833.

Parisien. Sorores Assumptionis B. M. V. Finis Instituti laudatus Decreto 19 Ianuarii 1855.

Parisien. Filiae SS. Cordis Mariae. Institutum approbatum Decreto 25 Aprilis 1857.

Parisien. Sorores S. Thomae a Villanova. Institutum laudatum Decreto 27 Iulii 1860.

Pictavien. Filiae Crucis, nuncupat. Sorores a S. Andrea Institutum laudatum per Epistolam 10 Augusti 1829.

Pictavien. Congregatio Filiorum Mariae Immaculatae. Oblati a S. Hilario. Institutum laudatum anno 1855.

Pinerolien. Oblati B. M. V. Constitutiones approbatae Decreto 1 Septembris 1826.

Pragen. Sorores a S. Carlo Borromeo. Constitutiones approbatae die 14 Maii 1841.

R

Rhedonen. Congregatio Parvularum Sororum Pauperum. Institutum approbatum Decreto 7 Iulii 1854.

Rhedonen. Presbyteri Saeculares Eudistae. Institutum approbatum Decreto 3 Aprilis 1857.

Rhedonen. Presbyteri Immaculatae Conceptionis a S. Mehenno. Institutum laudatum Decreto diei 2 Martii 1861.

Romana et Parisien. Sorores a SSmo Corde Iesu. Constitutiones approbatae 21 Maii 1826.

Romana. Congregatio Magistrarum Piarum Venerini. Constitutiones approbatae Decreto 2 Decembris 1836.

Romana. Missionarii a Pretiosissimo Sanguine. Institutum approbatum Decreto 27 Augusti 1841.

Romana. Sorores ab Adoratione Pretiosissimi Sanguinis. Institutum laudatum die 30 Maii 1855.

Romana. Magistrae a S. Dorothea. Articuli approbati anno 1860.

Romana. Presbyteri Congregationis Resurrectionis. Institutum laudatum Decreto 14 Septembris 1860.

S

Sancti Deodati. Sorores a Providentia. Institutum laudatum Decreto 30 Maii 1859.

Secovien. Sorores Scholar. Instit. approbatum die 15 Iulii 1843.

T

Taurinen. Congregatio Fidelium Asseclarum Iesu. Institutum approbatum Decreto 5 Augusti 1837.

Taurinen. Sorores a S. Anna. Constitutiones approbatae Decreto 8 Martii 1846.

Taurinen. Sorores Poenitentes a S. Maria Magdalena. Constitutiones approbatae Decreto 8 Martii 1846.

Toletana. Adoratrices SSmi Sacramenti Ancillae Charitatis. Constitutiones approbatae per modum experimenti ad quinquennium Decreto 5 Iulii 1861.

Tolosana. Presbyteri Adoratores et Contemplatiores SS. Cordis Iesu. Institutum laudatum Decreto 1 Martii 1841.

Tornacen. Filii S. Iosephi. Institutum laudatum Decreto 6 Augusti 1830.

V

Valentina. Sorores Trinitariae. Scopus laudatus Decreto 19 Ianuarii 1855.

Vapincen. Sorores a SSmo Corde Mariae. Institutum laudatum Decreto 29 Martii 1850.

Vapincen. Sorores a Providentia. Scopus laudatus Decreto 23 Februarii 1855.

Veneten. in Gallia. Sorores Charitatis filiae S. Ludovici. Constitutiones approbatae Decreto 28 Augusti 1840.

Veneten. Fratres Instructionis Christianae. Institutum laudatum die 22 Decembris 1850.

Venetiarum. Institutum Scholarum Charitatis approbatum die 21 Augusti 1834, et Constitutiones Decreto 23 Septembris 1836.

Veronen. Filiae Charitatis vulgo dictae Canossiane. Constitutiones approbatae anno 1828.

Veronen. Sorores Minimae Charitatis et a S. Familia. Institutum approbatum Decreto 26 Aprilis 1833.

Veronen. Congregatio S. Familiae. Institutum approbatum 20 Decembris 1833.

Veronen. Famulae SS. Cordis Iesu. Institutum laudatum Decreto 23 Septembris 1842.

Veronen. Sorores Mariae Conceptae Immaculatae. Institutum laudatum Decreto 26 Ianuarii 1855.

Veronen. et Venetiarum. Societatis Mariae pro institutione Surdorum Mutorum. Institutum approbatum die 31 Iulii 1857.

Veronen. Societas Presbyterorum a SS. Stigmatibus. Institutum laudatum Decreto 16 Aprilis 1855.

Vicen. Sorores Tertii Ordinis B. M. V. a Monte Carmelo. Institutum laudatum die 5 Augusti 1857.

Vicen. Sorores S. Philippi Nerii Purissimae Conceptionis. Institutum laudatum die 2 Septembris 1859.

Vicen. Missionarii Immaculati Cordis B. M. V. Institutum laudatum Decreto 19 Octobris 1860.

Vicentina. Filii Charitatis. Auctor et pium opus laudatum die 15 Ianuarii 1841.

Viennen. Sorores Ordinis Theutonici. Constitutiones approbatae 1 Iulii 1855.

APPENDIX SECUNDA

ACTA
S. CONGREGATIONIS SUPER STATU REGULARIUM

AB

A. BIZZARRI ARCHIEPISCOPO PHILIPPENSI SECRETARIO

COLLECTA

Encyclica SSmi Domini Nostri Pii PP. IX, ad omnes Archiepiscopos, et Episcopos de institutione S. Congregationis super statu Regularium.

PIUS PAPA IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum hisce Litteris ad Te mittimus, Venerabilis Frater, encyclicam Nostram Epistolam ad omnes Regularium Ordinum Moderatores datam, ex qua profecto intelliges, quanta Nos benevolentia Ordines ipsos de christiana et civili republica tot sane nominibus optime meritos prosequamur, et quanta paterni animi Nostri sollicitudine illorum disciplinae, utilitati, decori, splendori pro Apostolici Nostri ministerii officio consulere cupiamus atque velimus. Et quoniam in tanti momenti negotio illustribus Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, peculiarem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationem instituimus, quam *de Statu Regularium Ordinum* nominavimus, iccirco tuum erit, pro tua pietate et prudentia eidem Congregationi ea omnia significare, quae ad optatum exitum obtinendum magis in Domino expedire censueris. Iam vero optime noscis, Venerabilis Frater, quantopere ad totius catholicae Ecclesiae bonum intersit, omnes in sortem Domini vocatos mutuam in primis qua opere, qua verbo, qua exemplo praeseferre caritatem, et concordissimis animis, studiis, consiliis in maiorem gloriam, et animarum salutem procurandam incumbere. Itaque a Tua religione, et pastorali zelo exspectamus, ut, quantum in Te est, omni cura et industria optatissimam inter Clerum Saecularem et Regularem concordiam magis in dies fovere tueri summopere studeas. Ac pro certo habentes, Te Nostris desideriis et curis quam cumulatissime esse responsurum, hac occasione libentissime utimur, ut praecipuam, qua Te complectimur, benevolentiam iterum testemur et confirmemus. Cuius quoque pignus esse volumus Apo-

stolicam Benedictionem, quam ex intimo corde profectam Tibi ipsi, Venerabilis Frater, et omnibus quibus praees Clericis Laicisque Fidelibus peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die XVII. Iunii Anno MDCCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Primo. — PIUS PP. IX.

SSmi Domini Nostri Pii Papae IX. Epistola Encyclica ad omnes supremos moderatores, abbates, provinciales aliosque superiores regularium ordinum de instauranda regulari disciplina.

PIUS PP. IX.

Dilecti Filii Religiosi Viri
Salutem et Apostolicam Benedictionem

Ubi primum arcano divinae providentiae consilio ad totius Ecclesiae regimen evecti fuimus, inter praecipuas Apostolici Nostri ministerii curas et sollicitudines nihil Nobis potius fuit, quam Religiosas vestras Familias singulari paternae Nostrae caritatis affectu complecti, omnibusque studiis prosequi, tueri, defendere, ac maiori earum bono et splendori totis viribus consulere atque prospicere. Ipsae enim ad maiorem omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem procurandam a sanctissimis viris Divino afflante spiritu institutae, atque ab hac Apostolica Sede confirmatae, multiplici earum forma pulcherrimam illam varietatem efficiunt, quae mirifice circumdat Ecclesiam, ac lectissimas illas auxiliares Christi militum turmas constituunt, quae maximo tum christianae, tum civili reipublicae usui ornamento atque praesidio semper fuerunt. Siquidem earum Alumni singulari Dei beneficio ad evangelicae sapientiae consilia profitenda vocati, atque omnia detrimentum esse existimantes propter eminentem scientiam Christi Iesu, animo excelso et invicto terrestria cuncta despicientes, et coelestia unice spectantes, iis egregiis operibus institere, gloriosisque laboribus perfungi semper visi sunt, quibus de catholica Ecclesia, deque civili societate optime meruerunt. Nemo certe ignorat, vel ignorare potest, Religiosas Familias vel a prima earum institutione innumeris poene claruisse viris, qui omnigenae doctrinae, atque eruditionis copia insignes, omnium virtutum ornatu, et sanctitatis gloria fulgentes, amplissimis quoque Dignitatibus illustres, atque ardenti in Deum et homines amore flagrantes, et spectaculum facti mundo, Angelis, et hominibus, nihil aliud in deliciis habuere, quam omni cura studio contentione in divinarum rerum meditatione dies noctesque haerere, mortificationem Iesu in suo corpore circumferre, catholicam fidem ac doctrinam a solis ortu usque ad occasum propagare, ac pro ea fortiter pugnare, et cuiusque generis acer-

bitates, tormenta, supplicia alacriter perpeti, ac vitam ipsam profundere, rudes barbarosque populos ab errorum tenebris, morum feritate, vitiorum coeno ad evangelicae veritatis lucem, omnemque virtutis, et civilis societatis cultum traducere, litteras, disciplinas, artes excolere tueri, atque ab interitu vindicare, teneras iuvenum mentes et cerea corda ad pietatem et honestatem mature fingere, sanisque doctrinis imbuere, errantes ad salutis tramitem revocare. Neque id satis, namque induti viscera misericordiae nullum est heroicae caritatis genus, quod cum proprio etiam vitae discrimine ipsi non exercuerint, ut captivis, carcere inclusis, aegrotantibus, morientibus, cunctisque miseris, egenis, calamitosis opportuna quaeque christianae beneficientiae, et providentiae subsidia amanter praebere, eorumque dolorem lenire, lacrimas detergere, ac necessitatibus omni ope et opera consulere possent.

Hinc porro evenit, ut Ecclesiae Patres, ac Doctores merito atque optimo iure evangelicae perfectionis cultores summis laudibus exornarint, et contra illorum oppugnatores acerrime decertarint, qui sacra haec Instituta tamquam inutilia et societati exitialia esse temere denunciant. Romani vero Pontifices Decessores Nostri ipsos Regulares Ordines benevolo semper affectu prosequentes, Apostolicae auctoritatis patrocinio illos tegere, tutari, atque amplioribus privilegiis, honoribus decorare numquam omiserunt, probe noscentes quae quantaque bona et commoda ex ipsis Ordinibus in universam christianam rempublicam omni tempore redundarint. Atque iidem Praedecessores Nostri de hac potiore Dominici agri parte tantopere solliciti fuere, ut, vix noverunt inimicum hominem clanculum superseminare zizania in medio tritici, vulpesque parvulas demoliri florentes palmites, nulla interposita mora curam omnem contulerint ad radicitus evellendum destruendumque quidquid uberrimos ac laetissimos iacti boni seminis fructus posset impedire. Hac sane de causa rec. me. Clemens praesertim VIII, Urbanus pariter VIII, Innocentius X, Alexander VII, Clemens IX, Innocentius XI, itemque Innocentius XII, Clemens XI, Pius VII, Leo XII Decessores Nostri tum saluberrimis initis consiliis, tum sapientissimis editis Decretis, et Constitutionibus omnes Pontificiae vigilantiae et providentiae nervos intendere haud intermiserunt ad mala penitus amovenda, quae tristissimis rerum ac temporum vicibus in Religiosas Familias irrepserant, atque ad regularem in illis disciplinam vel tuendam vel instaurandam.

Nos itaque pro summa, qua Ordines ipsos caritate prosequimur, illustria Decessorum Nostrorum exempla aemulantes, ac sapientissimis Tridentinorum praesertim Patrum sanctionibus inhaerentes (Sess. xxv de Regular. et Monial.), pro supremi Nostri Apostolatus officio, curas cogitationesque Nostras toto cordis affectu ad vestras Religiosas Familias eo

sane consilio convertere constituimus, ut si quid in ipsis infirmum sit consolidemus, si quid aegrotum sanemus, si quid confractum alligemus, si quid perditum reducamus, si quid abiectum erigamus, quo morum integritas, vitae sanctitas, regularis disciplinae observantia, litterae, scientiae praesertim sacrae, ac propriae cuiusque Ordinis leges ubique reviviscant, ac magis in dies vigeant et floreant. Etsi enim vehementer in Domino laetamur, multos Sacrarum Familiarum existere Alumnos qui sanctissimae vocationis memores, ac virtutum omnium exemplo et doctrinarum copia praestantes illustria Patrum suorum vestigia persequi, in ministerio salutis laborare, bonumque Christi odorem undique diffundere summopere student, tamen dolemus nonnullos reperiri, qui eorum professionis ac dignitatis obliti a suscepto instituto ita declinarunt, ut, non sine maximo ipsorum Ordinum et Fidelium damno, speciem tantum habitumque pietatis praeferant, ac professi instituti sanctitatem, nomen, vestemque vita et moribus refellant.

Has igitur ad Vos, Dilecti Filii, qui eorumdem Ordinum Moderatores estis, Litteras damus studiosissimae Nostrae erga Vos, vestrosque religiosos Ordines voluntatis nuncias, quibus consilium a Nobis de regulari disciplina instauranda susceptum significamus. Quod quidem consilium eo omnino contendit, ut, Deo bene iuvante, illa omnia statuere, et perficere valeamus, quae ad cuiusque Religiosae Familiae incolumitatem prosperitatemque tuendam, comparandam, ad populorum utilitatem procurandam, atque ad divinum cultum amplificandum, Deique gloriam promovendam magis magisque possint conducere. Etenim in vestrorum Ordinum disciplina instauranda eo potissimum Nostra studia, et desideria spectant, ut ex ipsis Ordinibus navos atque industrios operarios pietate non minus quam sapientia pollentes, hominesque Dei perfectos, et ad omne opus bonum instructos habere possimus, quorum operam in vinea Domini excolenda, in catholica fide penes infideles praesertim populos propaganda, in gravissimis Ecclesiae et huius Apostolicae sedis negotiis pertractandis adhibere valeamus. Ut autem tanti momenti negotium religioni, atque ipsis Regularibus Ordinibus, quod est maxime in votis, prospere feliciterque eveniat, atque optatum exitum obtineat, vestigiis Praedecessorum Nostrorum insistentes, peculiarem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationem instituimus, quam *de Statu Regularium Ordinum* nominavimus, quo ipsi VV. FF. NN. pro singulari eorum sapientia, prudentia, consilio, rerumque gerendarum usu et peritia adiutricem Nobis manum in tanto opere praebeant.

At Vos quoque, Dilecti Filii, in eiusdem operis consortium advocamus, ac vehementer in Domino monemus, hortamur, obsecramus, ut Nostris hisce curis studiisque omni alacritate adlaborare velitis, quo vester

Ordo pristina dignitate et splendore refulgeat. Itaque pro loco quem tenetis, pro munere quo insigniti estis nihil intentatum relinquite, ut Religiosi Viri Vobis subiecti serio meditantes vocationem, qua vocati sunt, digne ambulent in ea, et vota, quae Deo semel voverunt, religiosissime sempre reddere studeant. Omni vero vigilantia prospicite, ut ipsi insigna Maiorum suorum vestigia sectantes, sanctamque disciplinam custodientes, mundique illecebris, spectaculis, negotiis, quibus se abdicarunt, omnino adversantes, sine intermissione precationi, rerum coelestium commentationi, doctrinae, lectioni instent, in animarum salutem ex proprii Ordinis instituto incumbant, et mortificati carne, vivificati autem spiritu, seipsos Populo Dei exhibeant modestos, humiles, sobrios, benignos, patientes, iustos, integritate, castitate irreprehensibiles, caritate ferventes, sapientia honorabiles, ne cuipiam sint offensioni, sed omnibus praebeant exemplum bonorum operum, ut qui exadverso est vereatur, nihil habens malum dicere de ipsis. Etenim probe noscitis qua vitae sanctitate, et virtutum omnium ornatu ii praelucere omnino debeant, qui omnibus rerum humanarum blandimentis, voluptatibus, fallaciis, vanitatibus penitus abiectis, uni se Deo Deique cultui adhaerere polliciti ac professi sunt, ut christiana ples in eos tamquam in nitidissimum speculum intuens, ea pietatis, religionis, et cuiusque virtutis documenta ab ipsis excipiat, quibus feliciore pede percurrat semitas Domini. Cum autem ex diligenti tironum admissione, atque optima illorum institutione totius cuiusque sacrae familiae status decorque plane pendeat, Vos summopere hortamur, ut eorum qui religiosae vestrae familiae nomen daturi sunt, indolem, ingenium, mores antea accurate exploretis, ac sedulo investigetis quo consilio, quo spiritu, qua ratione ad regularem vitam ineundam ipsi ducantur. Ac postquam noveritis illos in religiosa vita amplectenda nihil aliud spectare nisi Dei gloriam, Ecclesiae utilitatem, ac propriam et aliorum salutem, in id potissimum omni diligentia, cura, industria incumbite, ut tirocinii tempore ex proprii Ordinis legibus pie sancteque ab optimis Magistris educentur, et ad omnem virtutem, atque ad initum regularis vitae institutum quam optime informentur. Et quoniam praecipua atque illustris Regularium Ordinum laus semper fuit, litterarum studia excolere, fovere, ac tot eruditis doctis laboriosisque operibus humanarum divinarumque rerum scientiam illustrare, iccirco Vos summopere excitamus monemus, ut iuxta Vestri Ordinis leges maxima cura solertia rectam studiorum rationem promovere, et omnia conari velitis, ut Religiosi vestri Alumni in humaniores litteras, ac severiores disciplinas praesertim sacras addiscendas constanter incumbant, quo ipsi optimis sanisque doctrinis apprime exculti, et proprii muneris partes, et sacra ministeria religiose sapienterque obire valeant. Iam vero cum summopere optemus, ut omnes qui

militant in castris Domini unanimes uno ore honorificent Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi, ac perfecti in eodem sensu atque sententia solliciti sint servare unitatem spiritus in vinculo pacis, a Vobis etiam atque etiam efflagitamus, ut arctissime concordiae et caritatis foedere, summaque animarum consensione VV. FF. Episcopis, et sacculari Clero coniuncti nihil antiquius habeatis, quam in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi consociatis studiis vires omnes intendere, atque aemulari semper charismata meliora. Cum enim « una sit Regula- » rium et Saecularium Praelatorum, et Subditorum exemptorum, et non » exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, » quorum omnium unus est Dominus, una Fides et unum Baptisma ; » decet, ut omnes, qui eiusdem sunt corporis, unius etiam sint volun- » tatis, et sicut fratres ad invicem vinculo caritatis sint adstricti » (Clem. unic. de excess. Praelat.)

Haec sunt, Dilecti Filii, quae Vobis significanda, et monenda censuimus hac Nostra Epistola, ut plane intelligatis quanta Vos Vestrasque Religiosas Familias benevolentia prosequamur, quantoque studio earumdem familiarum rationibus, utilitatibus, dignitati et splendori providere velimus. Non dubitamus autem, quin Vos pro eximia vestra religione, pietate, virtute, prudentia, ac summo vestri Ordinis amore Nostris desideriis, curis, consiliis cumulatissime respondere gloriemini. Hac igitur fiducia et spe freti propensissimae Nostrae in Vos, cunctosque vestros Religiosos Sodales voluntatis, et caritatis testem, ac coelestium omnium munerum auspicem Apostolicam Benedictionem ex intimo corde depromptam Vobis ipsis, dilecti Filii Religiosi Viri, atque illis peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die XVII. Iunii Anno MDCCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Epistola, qua praecedens Encyclica transmissa fuit.

Reverendissime Pater

Mandatis obsequens SANCTISSIMI D. N. PII PP. IX. ad Te mitto, Rme Pater, Encyclicas Litteras Sanctitatis Suae ad omnes Regularium Ordinum Moderatores datas, ut eas in Ordine, cui praees, evulges. Ac pro certo habeo Te, aliosque minores moderatores tui Instituti SANCTITATIS SUAE desideriis, et curis quam cumulatissime esse responsuros.

Haec dum Tibi, Rme Pater, significo, fausta cuncta adprecor a Domino.

Paternitatis Tuae

Romae ex S. Congregatione super Statu Regularium, die 21 Iunii 1847.

Obsequentissimus Famulus

A. CANONICUS BIZZARRI A SECRETIS

EPISTOLA

Ad Episcopos Ditionis pontificiae

Illustre e Reverendissimo Monsignore come Fratello

La perfezione, a cui mirano gl'Istituti Religiosi colla professione de' consigli evangelici, e gl' innumerevoli vantaggi, che hanno arrecato alla Chiesa ed alla società, ha resi gli ordini regolari, ed i loro alunni un oggetto speciale delle incessanti cure de' Romani Pontefici, i quali hanno mai sempre invigilato perchè si conservasse nei medesimi lo spirito di osservanza, o vi si ravvivasse se mai in alcuni per particolari circostanze fosse venuto meno; imperciocchè infievolito e rallentato il rigore della regolare disciplina, quelle corporazioni perdono presso i fedeli la estimazione e lo splendore acquistato, e non corrispondendo allo scopo, pel quale sono state istituite, non producono quei frutti salutari, che se ne dovrebbero attendere. Per tale motivo dopo il Concilio di Trento Clemente VIII, Urbano III, Innocenzo X ed Innocenzo XII, tacendo degli altri Pontefici, hanno emanate sapientissime disposizioni dirette a conservare ed a richiamare la regolare disciplina ed a mantenere il lustro delle religioni.

Collocata appena sulla Cattedra di San Pietro per divina disposizione la Santita' di Nostro Signore PIO PAPA IX, ha rivolto fra le innumerevoli sollecitudini del pontificato il pensiero agli Ordini, Congregazioni ed Istituti religiosi, eletta parte del mistico campo del Signore per estirparvi la zizania, che l'uomo inimico vi avesse potuto spargere, per rimuovervi le cause di decadenza, che le vicende de' tempi, e le particolari circostanze vi avessero prodotte, e per richiamarvi, ove ve ne fosse bisogno, con provvide misure l'osservanza dei consigli evangelici a seconda della propria regola, ed eccitare sempre più gli alunni di si sante istituzioni a prestare l'opera loro emulando lo spirito dei fondatori in vantaggio della Chiesa e popoli a comune edificazione.

A tale effetto il Santo Padre seguendo l'esempio de' suoi gloriosi Predecessori, e specialmente d'Innocenzo X ha nominata una Congregazione Cardinalizia col titolo di *Congregazione sopra lo stato de' Regolari,* commettendo alla medesima di presentargli quei provvedimenti, che efficacemente possano condurre al vero e permanente miglioramento degl' istituti religiosi, come già la stessa Santita' Sua si è degnata dichiarare nella sua enciclica diretta ai Superiori degli Ordini Regolari.

Gli Eminentissimi Padri animati dallo zelo, che li distingue, e volendo corrispondere alla mente di Sua Santita' fin dalla prima riunione

hanno conosciuto quanto sarebbe conducente allo scopo se incominciando dai Religiosi dello Stato pontificio, che servir debbono agli altri di esempio, s' invitassero i Vescovi dello stato medesimo con circolare di questa S. Congregazione dei Vescovi e Regolari a somministrare agli opportuni elementi per conoscere la vera condizione, in che si trovano gl' istituti religiosi nelle rispettive Diocesi, e quali siano le disposizioni più opportune a prendersi.

Approvata tale risoluzione dal Santo Padre, questa Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari in esecuzione de' pontificî comandi si affretta a trasmettere a V. S. i quesiti comunicati dalla suddetta S. Congregazione sopra lo stato dei Regolari, onde Ella voglia dare ai medesimi le convenienti risposte, sulle quali con sicurezza si possano fondare le successive determinazioni, che si crederanno prendere.

Possa il Signore coronare di felice esito le sante intenzioni del Pontefice, e dare ai Vescovi i lumi necessarî per cooperare al miglioramento de' Regolari, che dessi non possono non riguardare con particolare affezione siccome quelli, che debbono prestar loro la mano adiutrice nel coltivare i popoli, e coll' esempio delle virtù servire ai fedeli di edificazione.

Tanto le dovea significare, e le auguro dal Signore ogni prosperità

Di V. S.

Roma dalla S. Congne de' Vescovi e Regolari, 3 Agosto 1847.

Come Fratello

Fr. A. F. CARD. ORIOLI Prefetto

D. Arcivescovo di Damasco Segretario

Elenco de' Quesiti da proporsi ai Vescovi dello Stato Pontificio rapporto ai Religiosi esistenti nelle loro rispettive Diocesi secondo la risoluzione della Sagra Congregazione sopra lo stato de' Regolari.

1. Dovranno i Vescovi formare una esatta, completa e distinta nota di ciascun monastero, convento e casa religiosa tanto spettante agli Ordini, in cui si professano i voti solenni, quanto agl' Istituti di voti semplici, ed alle comunità di ecclesiastici viventi sotto una regola, che esista in tutto il territorio Diocesano colla indicazione del rispettivo istituto che vi si professa, indicando ancora gli ospizi de' regolari, e specificando le case ed i ritiri di più stretta osservanza.

2. In questa nota dovrà esprimersi la città o il paese, in cui esista ciascuna casa religiosa specificando tanto quelle che esistono nell' abitato, quanto le altre situate nelle campagne, colla indicazione rapporto a queste della loro distanza dall' abitato.

3. Si farà conoscere la capacità di ciascuna casa, lo stato della fabbrica, non che quello dell' annessa chiesa, indicando ancora se la chiesa abbia la cura delle anime.

4. S' indicherà quale e quanta sia la famiglia regolare fissata nelle rispettive case, e quale il preciso numero de' religiosi che al presente vi dimorano, e se questo sia stato da qualche tempo variabile o costante.

Resp. Iuramentum quoad requisita, et examen qualitatum referri dumtaxat ad requisita et qualitates *expresse* et *speciatim* praescriptas in Constit. Sixti V incipien. *Cum de omnibus* cum moderatione Gregorii XIV, et in decreto Clem. VIII cui initium *Cum ad regularem disciplinam*, nec non in regulis et Constitutionibus respectivi Ordinis, seu Instituti. Et iuramento satisfieri si ea moralis diligentia adhibeatur, quae a viris probis et timoratae conscientiae adhiberi solet.

8. An Decretum *Regulari disciplinae* vim habeat in Sabaudia?

Resp. Affirmative.

Datum Romae ex Sacra Congregatione super Statu Regularium die 1 Maii 1851.

A. BIZZARRI *Protonot. Apost. a Secretis*

ALIA DECLARATIO A SANCTITATE SUA
Approbata die 16 Ianuarii 1852.

1. Quaeritur an sit nulla, vel tantum illicita professio facta non servata *prius* forma decreti *Regulari disciplinae?*

Resp. Esse tantum illicitam, non vero nullam.

A. BIZZARRI a Secretis

APPENDIX

Ut omnes expedite agnoscere valeant qualitates in recipiendis Novitiis a Sixto V et a Clem. VIII expresse et speciatim praescriptas, de quibus agitur in responsione ad dubium 7 pag. 45, referuntur articuli Constitutionis Sixti V cum moderatione Gregorii XIV, et decreti Clementis VIII, qui receptionem Novitiorum respiciunt. Additur etiam ad commoditatem Examinatorum instructio, cui sese conformare poterunt in examine personali eorum, qui ad habitum admitti postulant.

Articuli const. Sixti V incip. Cum de omnibus ecclesiasticis Ordinibus *edit. ann.* 1587 *kal. Decembris, ann. III Pontificatus.*

Hac nostra in perpetuum valitura Constitutione districte interdicimus et prohibemus, ne illegitimi procreati ex incestu, aut ex sacrilegio (quorum scilicet parentes consanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum invicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens castitatem Deo voverit, etiam Apostolica, imperiali, vel regia, aut quavis alia auctoritate

legitimati, aut natalibus restituti), ad aliquam quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum Regularium, Congregationum, aut Hospitalium Religionem, neque ad habitum, nec professionem regulares recipi vel admitti quoquo modo possint.... Sed ne iis, qui in humilitatis spiritu, Deo, et Religioni servire et poenitentiam agere intra Monasteria, vel Domos regulares capiunt, ad sanctum huiusmodi propositum via penitus praecludatur, permittimus ut praefati illegitimi ex dictis incestu aut sacrilegio geniti ad habitum Conversorum, seu Famulorum in Monasteriis, vel Domibus regularibus ad servilia ministeria, viliora obsequia, humiles functiones, atque obiecta servitia admitti possint; ea tamen conditione ut ad habitum religiosorum, vel ad professionem, quam Religiosi emittere solent, emittendam, nec non ad omnes non modo sacros, sed etiam Minores Ordines vel ad Clericalem characterem, denique ad cuncta Ecclesiastica officia, et functiones, et ad ascendendum altiores gradus sint eis portae perpetuo clausae, et obseratae.

Quoad vero reliquos non ex incestu praefato nec sacrilegio, sed ex quovis alio minus legitimo toro natos, spurios, vel naturales etiam ut praefertur, vel alias legitimatos, qui ob meliorem vitae frugem, Religionem ingredi cupiunt, statuimus et ordinamus eos ad Religionem admitti non posse aut debere, nisi prius illorum vita et moribus diligenter cognitis, et circumstantiis universis, quae circa idoneitatem personae attendendae erunt, consideratis ac de Religionis zelo, pietate, integritate et doctrina fide dignis testimoniis adeo commendati fuerint, adeo bonam indolem, et specimen virtutis praeseferant, ac tot merita eis suffragentur, ut defectum natalium suppleant eorumque receptio universae Religioni commodo et utilitati profutura videatur. Et super hoc ipso in generali, vel provinciali capitulo matura deliberatione habita, Generalis, vel Provincialis Superioris, ac Definitorum unanimi consensu approbati.... extiterint. Et tamen hi sic recepti ad gradus, honores et dignitates sui Ordinis obtinendas perpetuo inhabiles, et illorum incapaces remaneant, nisi super hoc cum eis fuerit auctoritate apostolica specialiter dispensatum.

Ceterum quoniam saepe se vitia ingerunt, et se esse virtutes mentiuntur..... auctoritate apostolica et tenore praesentium etiam perpetuo statuimus et ordinamus: *iuvenes, aut viros adultos, maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, et moribus diligenter inquiratur, et ex accurata informatione, et fide digna relatione compertum et exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia vel alia similia, aut graviora, reos*

vel suspectos existere, ut propterea damnati sint, aut ne damnentur formident; neque ingenti aere alieno super vires facultatum suarum gravatos, vel reddendis rationcinii ita obnoxios, ut ex huiusmodi causa lis vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur. Nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum devotionis et pietatis favore vitam religiosam sponte et ex animo elegisse. . . . . Omnes autem, et quoscumque, ut dictum est, criminosos, vel suspectos, ut etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos ad Religionem perpetuo inhabiles declaramus.

Constitutio Sixti V anni 1588, *Kal. Novembris incipien.* Ad Romanum spectat Pontificem *qua nonnulla dubia super praecedenti constitutione declarantur.*

DUBIUM 1. Utrum Constitutio, ubi de illegitime genitis loquitur, comprehendat etiam eos, qui postea per subsequens matrimonium fuerunt legitimati?

Resp. Negative quoad eos, qui nati sunt ex parentibus inter quos tempore, quo geniti sunt, matrimonium rite consistere poterat.

DUBIUM 4. Quid intelligatur sub nomine dignitatum, bonorum et graduum a quibus praefati illegitimi excluduntur?

Resp. Appellatione dignitatum etc. debere intelligi Praepositatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Provincialium et Generalium Superiorum officia et alia his similia cum honore et Superioritate coniuncta. Ab officiis autem oneris veluti Lectoris, Confessarii, studiorum et Sacrae Theologiae Magistris, Regentis, Praedicatoris etc..... immo etiam a voce activa, a Sacris Ordinibus suscipiendis, ipsorumque ministerio ipsos illegitimos, dummodo ex sacrilegio vel incestu geniti non sint, nequaquam arcemus.

Moderatio praefatae constitutionis facta a Gregorio XIV quoad illegitimos per const. incipien. Circumspecta Romani Pontificis providentia, *edit. die* 15 *Martii* 1591.

Nos igitur ea, quae docuit experientia salubriter fuisse constituta, confirmare, quae vero moderatione aliqua indigere, moderari volentes, ac dictarum Constitutionum, et inde sequutorum quorumcumque tenores etiam veriores, praesentibus pro expressis habentes..... praedictas Constitutiones in ea parte qua cavetur, ne illegitimi ex certo inibi expresso damnato toro vel complexu ad quamcumque Religionem, neque ad habitum, aut professiones regulares, sed tantum ad habitum Conversorum, aut Fa-

mulorum in Monasteriis aliisque locis Regularibus servientium admittantur; et si post dictam Constitutionem professionem emitterent, voluit illam nullius esse momenti, auctoritate apostolica tenore praesentium ad terminos iuris reducimus et moderamur. Volentes iisdem Constitutionibus eos, qui quovis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum et professionem regulares admitti posse, quemadmodum admitti poterant, si supradictae Constitutiones editae non fuissent (1).

Ita tamen ut cum ricipiendis quomodocumque illegitime natis, ad habitum et professionem Ordinum quorumcumque agatur, ii, ad quos huiusmodi receptio spectat, praeter alia, de quibus ex dictarum Constitutionum praecepto circa quoscumque etiam legitimos disquirere debent, eorum vitam et mores inquirant, et ita demum recipiant, si tamen bonam indolem et virtutis specimen praeseferant, ac tot eis merita suffragentur, ut natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo et utilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ii, ad quos, ut dictum est, pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita, ita censuerint et iudicaverint: dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater sive ante, sive post nativitatem dicti filii professus fuerit, ipso patre vivente non admittatur, quod expresse prohibemus (2).

Instructiones super receptione et educatione novitiorum iussu Clementis VIII editae die 19 *Martii* 1603.

Cum ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam Novitiorum institutio maxime utilis sit et necessaria, et nihil ad gravem illam ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent; vel negligentiam in probando, et examinando eorum spiritu an vere esset ex Deo atque ex praecipuo desiderio illi inserviendi; vel denique incuriam in illis educandis, atque instituendis. Ideirco ut huiusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus et singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, et in eorum

(1) Gregorius XIV restituit privilegia Religionibus olim concessa legitimandi etiam ad honores, gradus, et dignitates. Legi temen scrutinii non derogavit, sed eam tantum pro aliquibus casibus declaravit.

(2) Clement. VIII in Const. *In Suprema Ecclesiae* ann. 1602, 2 Aprilis praefatae Sixtinae Constitutioni derogavit quoad poenam nullitatis professionum. Sed decrevit firmam remanere debere formam scrutinii, et poenas contra Superiores latas: vide P. Thesaurum *de Poenis ecclesiasticis* verbo *Criminosi* et *illegitimi* et integrum textum earumdem Constitutionum.

institutione, atque educatione, nec non in Magistri, et aliorum Ministrorum electione praeter alia, quae in Sacris Canonibus ac Decretis praesertim Concilii Tridentini, Pontificiis, et cuiusque Ordinis aut Instituti Constitutionibus continentur, . . . haec, quae sequuntur, inviolate observari, et exequi perpetuo curent.

Primum quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit *de uniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus et vita anteacta, ac praecipue eorum, qui sextum decimum aetatis suae annum excedent, an criminosi an aere alieno gravati vel reddendae alicuius administrationis rationi obnoxii sint iuxta formam Constit. felic. rec. Sixti V., et moderationum subsequutarum;* illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, et Conventibus ex apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem *nullus in posterum admittatur, qui et ex honestis parentibus natus non sit*, et conditiones Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus praescriptas non habeat.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium *in ea sit aetate constitutus quam eius Ordinis in quo recipietur, regularia instituta, et ordinationes requirunt; eam vero litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praeseferat, ut minores et suis temporibus maiores Ordines iuxta decreta Sac. Conc. Trid. suscipere valeat. Sed quisque annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulaverit, et talis eruditionis expers inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, et nisi saltem praecipua Doctrinae Christianae capita noverint.*

Demum Superiores diligenter *exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint: num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, et ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, et an eorum parentes ope et subsidio indigentes destituantur.*

Provideant quoque ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus hoc munus incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, et aliis cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, et Constitutionibus diligenter instruantur.

Instructio pro examine personali eorum, qui ad habitum admitti postulant sive examen ipsum fiat ab examinatoribus provincialibus iuxta art. III primae partis decreti Regulari disciplinae *sive ab examinatore deputato iuxta declarationem ad dubium VI eiusdem decreti.*

1. Examinatores provinciales seu Examinator deputatus, interrogent Postulantem de eius nomine, parentibus, patria, et aetate. Diligenter Postulantis voluntatem explorent, et praesertim an coactus, an seductus sit, et quo spiritu, quo consilio, qua ratione ad statum religiosum ducatur, et utrum aliquam cognitionem habeat obligationis votorum, quae deinceps emittere debet.

2. Si recipiendus uti Clericus religionem ingredi postulet, inquirant Examinatores, vel Examinator an eam litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praeseferat ut minores, et suis temporibus maiores ordines iuxta decreta Sac. Conc. Tridentini suscipere valeat. Quod si agatur de admittendis ad habitum Conversorum, an saltem praecipua Doctrinae Christianae capita noverint. Quoad omnes vero, et praesertim relate ad Postulantes provectioris aetatis Examinatores, vel Examinator sagacius sed prudenter curent subodorari si recte de catholica doctrina sentiant, prout conditio cuiusque personae postulet.

3. Exquirant a Postulante utrum eius parentes, vel alter eorum adhuc vivat, quam artem et professionem exerceant, vel exercuerint, et an adeo pauperes sint, ut filii subsidio indigeant.

4. Exquirant etiam a Postulante eius conditionem et statum, an habeat in saeculo media sufficientis sustentationis; si sit aere alieno gravatus; an, et quam artem, vel professionem exerceat; an alicui religioso Instituto nomen dederit, vel saltem uti Novitius illius habitum induerit, vel eremitarum habitum susceperit; utrum fuerit inquisitus, aliqua nota, infamia, irregularitate irretitus, gravi morbo affectus.

5. Videant an Postulans notabili deformitate laboret; utrum aliquod signum valde infirmae valetudinis, vel fatuitatem praeseferat; et cetera exquirant, quae in respectivis Constitutionibus ab admittendis ad habitum in eorum personali examine exquirenda praescribuntur.

6. Verum licet ex huiusmodi personali examine, si diligenter fiat, plura agnosci possint, et in scrutinio, de quo in art. III Primae Partis decreti *Regulari disciplinae* de eodem personali examine ratio omnino habenda sit, tamen praeter illud a Provinciali exquirenda sunt documenta, et informationes prout in eodem art. III praescribitur, et reliqua omnia perficienda, quae in enunciatis decretis cum suis declarationibus decernuntur.

ALIAE DECLARATIONES

I.

Bm̃e Pater

Superior Carmelitarum Discalceatorum Provinciae Aquitaniae in Gallia ad Pedes S. V. humillime provolutus expostulat declarationem ad sequentia dubia super observantia Decreti *Romani Pontificis* editi die 25 Ianuarii 1848.

1. Quando Postulantes Novitii, vel Professi alicuius Congregationis petunt admitti ad nostram Religionem, litterae testimoniales petendae sunt a Superioribus alterius Congregationis, in qua fuerunt, vel ab Ordinario?

2. Si a Superioribus, an a Superioribus Generalibus, vel Localibus, et quid si in diversis Domibus, vel Conventibus fuerint?

3. In Hispania adest Patriarcha Indiarum, qui iurisdictionem exercet in universum exercitum per suos Cappellanos: litterae testimoniales pro militibus petendae sunt a praedicto Patriarcha, vel ab Ordinario?

Quam Deus etc.

Ex Audientia SSm̃i die 5 Novembris 1852. SSm̃us propositis dubiis respondendum mandavit, scilicet:

Ad 1. Quoad Novitios, et professos saeculariz̃atos, ab Ordinario; quoad Professos, qui in Congregatione vel Ordine actu permanent, a Superioribus.

Ad 2. Possunt peti vel a Superioribus generalibus, vel a Provincialibus: vel quatenus agatur de Congregatione et Ordine, in quo Provinciales non habeantur, loco Provincialium a Superioribus localibus. Et si Professus in diversis domibus, vel Conventibus commoratus fuerit, sufficere testimoniales Superioris generalis, vel Superioris Provinciae vel Domus, (quatenus Provincialis non habeatur) in qua postremo tempore moratur. Caeterum huiusmodi Superiores antequam testimoniales concedant diligenter inquirere debeant de qualitatibus Religiosi

Ad 3. Petendae erunt tam ab Ordinario originis, quam a Patriarcha.

A. BIZZARRI A SECRETIS

II.

Propositum est ab Em̃o Scitowoski Visitatore Apostolico dubium: « An iuramentum praescriptum in decreto *Regulari Disciplinae* emitti debeat ab Examinatoribus tantum dum munus suscipiunt, vel potius toties quoties examen conficiunt? »

SSm̃us in audientia 12 Ianuarii 1855 declaravit « iuramentum toties quoties examen habendum sit, praestandum esse. »

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

III.

Bmo Padre

Eutrope Abbate dei Trappisti di Gethsemani nella diocesi di Louisville in America considerando, che l' America è una terra di emigrati, e di viandanti ossequiosamente implora, che la S. V. si degni dichiarare:

1. Se sia sufficiente di esigere dai Postulanti ecclesiastici le lettere testimoniali del Vescovo, che gli ha conferito l' ordine, ovvero sia necessaria anche la testimoniale del Vescovo nelle cui Diocesi sono stati ultimamente impiegati?

2. Siccome la maggior parte de' Postulanti laici sono Irlandesi, o Tedeschi per ottenere l' attestato del Battesimo fa duopo di scrivere in Europa, e le risposte tardano molti mesi, e qualche volta non si ricevono affatto, così quando evvi una certezza morale che sieno battezzati se possono ammettersi almeno provvisoriamente alla vestizione dopo due mesi circa di prova?

3. Se il Postulante è già religioso di altra Congregazione, od Istituto regolare basterà di domandare gli attestati dal Superiore da cui dipende?

Tanto implora, che etc.

Sacra Congregatio super Statu Regularium vigore specialium facultatum a SSmo D. N. PIO PP. IX. concessarum propositis dubiis respondendum censuit, prout respondet:

Ad 1. Si agatur de postulantibus in Sacris Ordinibus constitutis sufficere testimoniales Episcopi, qui Ordines Sacros legitime eis contulit, una cum testimonialibus Ordinariorum Dioecesum, in quibus deinde ultra annum in unaquaque Dioecesi commorati fuerint.

Ad 2. Documentum recepti Baptismatis exhibendum esse ante admissionem ad habitum.

Ad 3. Quoad Novitios alterius Ordinis, et Professos saecularizatos testimoniales litteras petendas esse ab Ordinario: quoad Professos, qui in Congregatione vel Ordine actu permanent, dummodo ab Apostolica Sede facultatem ad alium ordinem transeundi obtinuerint, testimoniales litteras petendas esse a Superioribus, nempe vel a Superioribus, vel a Provincialibus Ordinis a quo: vel quatenus agatur de Congregatione, et Ordine in quo Provinciales non habeantur, loco Provincialium a Superioribus localibus: et si Professus in diversis domibus, vel conventibus commoratus fuerit, sufficere testimoniales superioris generalis, vel Provincialis vel Superioris domus (quatenus Provincialis non habeatur), in qua postremo tempore moratur. Caeterum huiusmodi Superiores antequam

testimoniales concedant diligenter inquirere debeant de qualitatibus Religiosi. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis super Statu Regularium hac die 29 Maii 1857.

A. ARCH. PHILIPPEN. SECRETARIUS

IV.

Bmo Padre

I Fratelli laici Certosini sono ricevuti nell' Ordine prima come Postulanti, e durante un anno mettono sopra l' abito secolare una semplice vesta di panno detta Mantello o Sacco: indi spogliati dell' abito secolare, vengono rivestiti del Religioso consistente in una Tonaca con cintura e nel Cappuccio. Passato un anno dopo tale vestizione, sono ammessi alla Donazione, la quale dura cinque anni. Da ultimo, percorse lodevolmente tutte queste diverse prove, cominciano l' anno di Noviziato, che precede la loro Professione. Si domanda:

1. Quando si debbano praticare riguardo ai fratelli laici Certosini le Prescrizioni della prima parte del Decreto *Regulari disciplinae* del 25 Genn. 1848?

2. Se nell' ammissione de' Novizi all' abito religioso lo scrutinio della Comunità debba precedere quello degli Esaminatori Provinciali e dei Generali; oppure se debba farsi in ultimo, di maniera che possa annullare lo scrutinio dell' Esame Provinciale, e dello stesso esame generale?

L' umile sottoscritto oratore mentre chiede lo scioglimento di questi dubbi prostrato al bacio de' Piedi della S. V. implora l'Apostolica Benedizione.

Il Procuratore Generale de' Certosini
Fr. Giuseppe M. Rivara

Ex audientia SSmi die 24 Februarii 1860. SSmus mandavit rescribi ad 1. Quando dimisso habitu saeculari religiosa veste induuntur, nempe tunica, cinctura et caputio: ad 2. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

A. ARCH. PHILIPPEN. SECRETARIUS

Super vita Communi

Rmo Padre

Il desiderio della Santita' di Nostro Signore di vedere rifiorire gli Ordini religiosi tanto utili alla Chiesa ed alla società l' ha mossa ad eccitare coll' oracolo della viva Sua voce i Superiori generali ad adoperarsi efficacemente a raggiungere tale scopo, che tende unicamente al bene degli Ordini stessi. Ed avendo con somma soddisfazione dell' animo Suo conosciuta nei Superiori medesimi tutta la propensione e la premura di secondare i suoi voti, mi ha imposto nella mia qualifica di Prefetto della Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari di comunicare ai medesimi le seguenti disposizioni:

1. In tutte le case di noviziato sarà introdotta la perfetta vita comune derogandosi a qualunque indulto, privilegio ed esenzione, che avessero ottenuto gl' individui, che ne debbono formare la famiglia.

2. Si dovrà richiamare nelle case di professorio, di educazione, e di studio la perfetta osservanza delle costituzioni del respettivo istituto sulla povertà.

3. In qualunque casa si stabilirà la cassa comune colle consuete cautele, in cui tutti i Religiosi non ostante qualunque privilegio dovranno fare il deposito dei denari, non potendo ritenere presso di loro più di quello, che permettono le rispettive costituzioni. I Religiosi mendicanti poi, che sono muniti di speciali facoltà di far uso di qualche somma dovranno non ostante qualunque privilegio depositarla presso il Sindaco Apostolico, o l' amico spirituale da scegliersi colla intelligenza del Superiore Generale, o del Provinciale. E Sua Santita' si riserva in seguito di dare ulteriori disposizioni circa gl' indulti ai Religiosi per l' uso del denaro.

Il Santo Padre nel commettere la esecuzione di tali disposizioni ai Superiori generali ne dà loro tutta la responsabilità, ed aggiunge eccitamento al loro zelo affinchè usino ogni cura per ristabilire ancora in tutte le case, ove si fosse infievolita, la piena osservanza della regola professata, e delle proprie costituzioni senza la quale non si può nè acquistare, nè conservare il vero spirito, da cui debbono essere informati i Religiosi.

Ella pertanto farà eseguire nel suo Ordine queste Pontificie disposizioni, e Dio la guardi. Roma li 22 Aprile 1851.

DECLARATIO. Cum in Congregatione de Somascha disceptetur an Religiosi, qui vitam Communem in domibus professis observant, in domos, quae illam non profitentur, a Superioribus transferri possint.

Affirmantibus aliis, quod huiusmodi facultas a legibus Ordinis Praeposito generali expresse tribuatur, et secus, ut illis videtur, Congregatio vix laudabiliter regeretur.

Aliis vero negantibus, eo quod Praepositus generalis iuribus in casu uti volens, Religiosos ad vitam minus perfectam compelleret, et ideo in Constitutiones, quas ipse pro officio custodire tenetur, offenderet, quod suspicari nefas est.

Ioannes Decius Libois eiusdem Congreg. Sacerdos professus, ut certo sapientissimoque iudicio suborta disceptatio illico finiatur, et sententiam in re tenendam quisque religiose sequatur humillime exponit et quaerit:

1. An Religiosi, qui in domibus professis Congregationis de Somascha communem vitam *sponte* professi sunt et observant, a Superioribus pro libitu transferri possint in domos, in quibus illa vita non observatur?

2. An Religiosus semel abstractus a vitae communis observantia, et in domum illam non profitentem translatus, imposterum ad eamdem vitam communem capessendam a Superioribus cogi possi?

3. An maiores Ordinis Superiores, qui vitam communem non profitentur, domos, in quibus illa vita communis observatur, in locum residentiae sibi eligere et ibi commorari possint.

Romae e Domo SS. Bonifacii et Alexii de Urbe die 24 Septembris 1852.

Ex Aud. SSmi die 1 Octobris 1852. SSmus propositis dubiis rescribendum mandavit ad 1. Negative. Si vero aliqua gravis causa concurrat, recurrant ad S. C. pro temporanea translatione.

Ad 2. Quoad futurum provisum in primo: relate vero ad praeteritum si translatio fuerit provisoria affirmative; secus hortandos esse.

Ad 3. Negative nisi vitam communem profiteantur. Contrariis non obstantibus.

A. BIZZARRI *Secretarius*

ENCYCLICAE LITTERAE

S. Congregationis super Statu Regularium de Votorum simplicium professione.

Rme Pater

Neminem latet, tristissimis hisce temporibus quibus inimici Crucis Christi humana divinaque omnia pessundare, ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus, tamquam ovis

morbida electum Christi gregem inficiat, vel verae vocationis expers, et suscepti Instituti poeniteat, et gravem sodalibus molestiam afferat cum disciplinae perturbatione, et regularis observantiae discrimine. Hinc porro evenit, ut qui ex adverso sunt, contra regulares familias, licet de christiana et civili republica optime meritas, pleno ore blaterent, et culpam, quae paucorum est, in universum coetum conferant. Ex quo non levi religionis damno debita christiani populi erga religiosas familias opinio et reverentia vel maxime imminuta. Siquidem regulares viri propriae vocationis assidue memores esse debent, et omnium virtutum splendore fulgere, atque ex proprii Instituti regula nullis curis nullisque laboribus parcere, ut maiorem Dei gloriam, ac sempiternam hominum salutem procurare queant. Quod si semper, hisce praesertim temporibus, ab ipsis maiore studio et contentione est praestandum, cum populi, licet omnigenis insidiantium hominum erroribus fraudibusque misere decepti, tamen et veritatis luce, ac sanctissimae nostrae Religionis auxilio se maxime indigere sentiant. Quocirca regulares viri, qui auxiliares Ecclesiae milites merito semper dicti et habiti sunt, nihil nunc intentatum relinquere debent, ut qua opere, qua voce, qua exemplo errorum tenebras dissipent, hominumque mentes divinae nostrae Religionis lumine illustrent, errantes in omni bonitate, patientia, ac doctrina ad veritatis et salutis semitas perducant, vitiorum germina radicitus evellent, ac pietatem, religionem, omnemque virtutem ubique foveant, excitent, ac propagent. Ut autem haec prospere feliciterque agere et consequi valeant, charitatem in primis praeseferant oportet, quae virtutum omnium parens et altrix, quaeque patiens atque benigna omnia suffert, omnia sustinet, et ideirco necesse est Religiosos ipsos viros arctissimo charitatis vinculo inter se esse coniunctos, quo concordissimis animis, consociatisque studiis praeliantes bella Domini, et quaerentes unice quae Christi sunt, possint Dei eiusque sanctae Ecclesiae regnum magis in dies extendere.

Cum igitur Ecclesia prudenti quadam oeconomia ingruentibus malis iuxta rerum ac temporum adiuncta provide sapienterque occurrere soleat, SSmus D. N. Pius PP. IX Religiosos Ordines praecipua benevolentia prosequens, et ab iis huiusmodi mala avertere cupiens, rem deferendam voluit ad S. Congregationem super Statu Regularium, ut Patres Cardinales, rebus accurate discussis, proponerent quidquid in Domino expedire existimassent. Itaque auditis eorumdem Cardinalium sententiis, universaque rei ratione sedulo perpensa, haec quae sequuntur, quoad religiosas virorum familias, in quibus solemnia vota emittuntur, ex Apostolicae auctoritatis plenitudine statuit atque decernit, atque ab omnibus, ad quos spectant, ex obedientiae praecepto observari et executioni demandari districte iubet, et contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua men-

tione et derogatione dignis, derogat, ac plene derogatum esse declarat.

Peracta probatione et novitiatu ad praescriptum S. Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, et statutorum Ordinis a S. Sede approbatorum, Novitii vota simplicia emittant postquam expleverint aetatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam, vel aliam maiorem, quae forsan a statutis proprii Ordinis a S. Sede approbatis requiratur; et quoad Laicos et Conversos postquam ad eam pervenerint aetatem, quae in Constitutione Clementis VIII, incipien. *In supremo,* praefinita est.

Professi post triennium a die, quo vota simplicia emiserint, computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus iam concessa fuerit. Poterit vero Superior Generalis, ac etiam Superior Provincialis ex iustis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum vigintiquinque expletorum. Si vero in Ordine seu Instituto Provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam Superiori domus novitiatus, de consensu tamen Magistri novitiorum, et duorum religiosorum, qui in Instituto aliquo gradu insigniti sint.

Decreta S. Congregationis super Statu Regularium incipien. *Romani Pontifices* et *Regulari disciplinae* anno 1848 promulgata omnino serventur in receptione ad habitum, novitiatum et professionem votorum simplicium.

Quae de votis simplicibus emittendis superius sancita sunt, servanda erunt relative ad eos, qui post datam praesentium ad habitum admittentur.

Haec sunt quae Tibi ex mandato Sanctitatis Suae significanda erant, ut ea religiosis tuo regimini subiectis denuncies, et interim fausta a Domino adprecor.

Datum Romae ex Sacra Congregatione super Statu Regularium die 19 Martii anno 1857.

Tui studiosus

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius.*

DECLARATIONES. SSmus D. N. Pius PP. IX attentis precibus Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum S. Dominici, haec, quae sequuntur, circa naturam et qualitatem votorum simplicium, in encyclicis litteris huius S. Congregationis *super Statu Regularium* die 19 Martii 1857 praescriptorum, et circa obligationes ac privilegia illorum, qui ea emit-

tent, pro eodem Ordine Praedicatorum decernenda statuit, prout praesentis Decreti tenore Apostolica auctoritate decernit atque constituit:

I. Vota simplicia, de quibus agitur, perpetua erunt ex parte voventis, utpote quae tendunt ad emittenda deinde vota solemnia, in quibus perfectionem et complementum accipient.

II. Eorumdem votorum simplicium dispensatio reservata est Romano Pontifici, cui professi gravibus urgentibus causis preces porrigere poterunt.

III. Verum eadem simplicia vota solvi etiam possunt ex parte Ordinis in actu dimissionis Professorum, ita ut data dimissione professi ab omni dictorum votorum vinculo et obligatione eo ipso liberi fiant.

IV. Facultas autem dimittendi professos votorum simplicium, de quibus agitur, spectat ad Magistrum Generalem Ordinis cum suo generali Consilio. Idem Magister Generalis cum suo generali Consilio poterit in casibus extraordinariis, et praesertim pro regionibus et locis longinquis ad dimissionem decernendam subdelegare probos et prudentes religiosos, qui saltem tres esse debent.

V. Licet ad decernendam dimissionem neque processus neque iudicii forma requiratur, sed ad eam procedi possit sola facti veritate inspecta, tamen Superiores procedere debent summa charitate, prudentia, et ex iustis et rationabilibus causis, quacumque humana affectione remota, secus eorum conscientia graviter onerata remaneat. Nemo autem ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium superventae dimitti poterit.

VI. Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in memorato Ordine legitime utuntur, fruuntur, et gaudent.

VII. Superiores Regulares, ad quos spectat, concedere poterunt huiusmodi professis litteras dimissorias dumtaxat ad primam Tonsuram, et ad Ordines minores, servatis tamen de iure servandis, et praesertim quae circa Ordinationes Regularium ab Apostolica Sede praescripta sunt.

VIII. Anni professionis, qui in dicto Ordine requiruntur, ut quis voce activa et passiva gaudeat, et ad officia admitti possit, a die emissionis votorum simplicium computentur; et professi votorum simplicium suffragium habeant in actis Capitularibus sui Conventus, quatenus et prout habent solemniter professi.

IX. Professi votorum simplicium dominium *radicale*, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usumfructum, et usum quibus eis placuerit, ac etiam suo Ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint.

X. Professi votorum simplicium remanere debent in domibus Professorii et studiorum, et vitam communem perfectam observare.

XI. Ad valide emittenda vota solemnia post vota simplicia requiritur professio expressa, et ideo professio tacita omnino abrogata est.

Haec Sanctitas Sua statuit atque constituit contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis non obstantibus, quibus Apostolica auctoritate derogat, ac derogatum esse declarat.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis super statu Regularium hac die 12 Iunii 1858.

A. ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

N. B. Hujusmodi declarationes extensae fuerunt ad alios Ordines, qui eas expostularunt, sed pro Ordinibus Minorum Observantium et Reformatorum, nec non Cappuccinorum in articulo IX. sublata sunt verba « AC ETIAM SUO ORDINI », si ita pro eorum libitu existimaverint; et subrogata sunt alia verba nempe « NON TAMEN SUO ORDINI ».

ALIAE DECLARATIONES

I.

DUBIA. 1. An Professi votorum simplicium, quae professioni votorum solemnium iuxta litteras encyclicas diei 19 Martii 1857 praemitti debent, teneantur ad officium divinum?

2. An teneantur ad observantiam Regulae Ordinis prout solemniter Professi?

SSmus in Audientia habita ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, die 6 Augusti 1858 respondendum mandavit, nempe:

Ad 1. Non teneri ad privatam recitationem divini Officii: debere tamen Choro interesse ut solemniter Professi.

Ad 2. Affirmative, firma declaratione iam data quoad votum paupertatis (1).

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

DUBIUM. Iuxta Const. Clementis VIII professio votorum solemnium emittenda est in Conventu Novitiatus. Ad praescriptum vero legis latae die 19 Martii 1857 professi votorum simplicium debent manere in domibus Professorii, et Studiorum. Hinc quaeritur an Professi votorum simplicium, ut suo tempore ad professionem votorum solemnium admittantur,

(1) *Vide art. IX praecedentium declarationum.*

transferendi sint in Conventum Novitiatus, vel eam emittere possint in Conventu, in quo morantur?

SSmus in audientia habita die 9 Decembris 1859 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, attenta lege de emittendis votis simplicibus die 19 Martii 1857 lata, statuit, atque constituit, ut Litteris Apostolicis Clementis VIII, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus, professi votorum simplicium licite et libere professionem votorum solemnium suo tempore emittere possint in Conventu seu Domo, in qua reperiuntur, servatis tamen aliis de iure servandis, quin teneantur profiteri in domo peracti Novitiatus.

A. ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

II.

Bme Pater

Archiepiscopus Mexicanus humillime exponit, quod S. V. decreto S. Congregationis super statu Regularium die 19 Martii 1857 praecepit, ut Novitii, iam sexdecim annorum, etiam expleto Novitiatus anno ad normam Tridentini, non alia vota nisi simplicia valeant emittere, dilata emissione solemnium post triennium, si digni tunc reperti fuerint, qui ad professionem admittantur, dummodo ultra 25 annum eorumdem aetatis non protendatur.

Ex expositis sequentia dubia suborta sunt, quorum solutionem a S. V. obsequiosissime postulat:

1. Possunt ne Novitii post emissa vota simplicia, ante emissionem solemnium ad Sacros Ordines promoveri titulo paupertatis, non obstante Constitutione *Romanus* S. Pii V die 12 Novembris anni 1508 in lucem edita?

2. Possunt Provinciales dispensare cum Novitiis defectu natalium laborantibus ante emissionem votorum solemnium, ad hoc ut his ordines conferantur?

3. Qui forte habitum religionis induerint, maiores iam 25 annorum, aut huic proximi aetati, possunt, expleto iam novitiatus anno, ad vota solemnia, et professionem admitti, an etiam cum similibus expectandum est ulterioris probationis triennium?

4. Si Novitii post emissa vota simplicia aut dimittantur e religione, aut haec ab ipsis mobilitate animi relinquatur; quid cum eis agere debet Ordinarius, si aut ad Sacros Ordines, aut ad matrimonium forsitan adspirent?

Ex Audientia SSmi habita a D. Secretario S. Congregationis super Statu Regularium sub die 20 Ianuarii 1860, SSmus ad proposita dubia recribendum mandavit, ut sequitur:

Ad 1. Negative quoad Ordines Sacros.

Ad 2. Affirmative pro prima tonsura et ordines minores, quatenus Provinciales ex Apostolico indulto legitime gaudeant facultate dispensandi super dicta irregularitate, eaque revocata non fuerit.

Ad 3. Negative ad 1.^ partem, affirmative ad 2.

Ad 4. Si professi votorum simplicium sive per dimissionem ab Ordine, sive per Apostolicam dispensationem ab emissis votis soluti fuerint, se gerat cum illis prout cum ceteris suis Dioecesanis se se gerere debet.

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

Ex Relatione Status Ecclesiae Mexicanae ad S. Congregationem Concilii transmissa die 20 *Iulii* 1860 *habetur sequens Postulatum*

III.

Cum iure communi receptum sit, ut coniugibus ante consummationem matrimonii, tempus petendi ad deliberandum an vellet monasticam vitam amplecti, bimestre concedatur, alterque coniux in saeculo manens expectare teneatur donec monasticam vitam amplexus professionem emittat, quin antea alias nuptias inire valeat, a S. Congregatione postulo declarari, num coniux manens in saeculo ne dum bimestre et annum probationis ante simplicium votorum professionem expectare teneatur, sed et subsequens triennium, quo demum expleto iuxta recentem disciplinam locus est professioni solemni.

Ex Audientia SSmi die 25 Ianuarii 1861.

SSmus in Audientia habita die 24 Ianuarii 1861 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, ad quam dictum postulatum remittendum iusserat, eidem dubio respondendum mandavit, nempe nonnisi per solemnem votorum professionem matrimonium ratum et non consummatum dissolvi; non vero per professionem votorum simplicium; ideoque in casu quo vir iuxta legem diei 19 Martii 1857 per S. Congregationem super Statu Regularium latam, vota simplicia emittere debeat ante solemnem professionem, sive ipse, sive eius coniux recurrere poterit ad Apostolicam Sedem pro obtinenda facultate ut statim emitti possint vota solemnia.

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

VI.

Bñe Pater

Pius PP. VI per litteras Apostolicas sub annulo Piscatoris Motu proprio datas die 25 Iunii anni 1777 prohibuerat, ne cui Episcopus Melitensis primam Tonsuram conferret nisi titulum substentationis habenti. Revera, quum in titulis huiusmodi describendis, nonnisi Beneficia, Cappellanias, Pensiones et Patrimonia memoret, directe de Regularibus non videtur locutus. Tamen ex illo tempore in dioecesi Melitensi Regulares nonnisi cum titulo, paupertatis nimirum, ad Tonsuram, Ordinesque minores promoveri consueverunt. Quumque hic titulus per solemnem professionem acquiratur, Regulares nunquam hic nisi post emissam votorum solemnium professionem sunt promoti.

Nunc vero quaedam immutatio in Ordinibus religiosis inducitur. Per Decretum enim, quod ex mandato Beatitudinis Vestrae S. Congregationis super statu Regularium edidit die 19 Martii 1857 praecipitur, ut qui Religiosam vitam in quocumque Ordine profiteri vellet, emenso Tyrocinii anno, ad vota simplicia dumtaxat admitteretur; post quorum emissionem adhuc ex Ordine dimitti posset. Interim tamen permisit, ut Superiores Regularium litteras Dimissoriales ad primam Tonsuram, Ordinesque Minores huiusmodi professis concedere possent.

Ex expositis sequentia dubia orta sunt, quorum solutionem a S. V. Episcopus Meliten. humillime expostulat, nempe:

1. Utrum praedictus Motus Proprius Pii VI respiciat Regulares ita ut sine titulo substentationis ad primam Tonsuram, Ordinesque minores nequeant Melitae promoveri?

Et quatenus affirmative

2. Utrum S. V. in supra memorato decreto censeatur hac in parte Motui Proprio Pii VI derogasse?

3. Sive Motus Proprius Pii VI Regulares proprie non respiciat, sive S. V. hac in parte illi derogaverit; quid dicendum si professi vota simplicia, postquam Tonsuram, ordinesque minores susceperint, ab Ordine dimittantur; eruntne recipiendi in Clerum saecularem, ita ut habitum clericalem gestent, et in susceptis Ordinibus ministrent, quamvis careant titulo substentationis?

Ex Audientia SSmi die 20 Ianuarii 1860.

SSmus ad suprascripta dubia rescribendum mandavit, ut sequitur:

Ad 1. et 2. Regulares non comprehendi, et etiam Professos votorum simplicium, de quibus agitur, posse admitti ad primam tonsuram et ordines minores non obstante dicto Motu-proprio.

Ad 3. Affirmative in omnibus nisi aliud iudicio Episcopi obstet; sed curandum esse, ut, quamprimum fieri poterit, de praescripto titulo provideantur. Minime vero ad Ordines Sacros promoveri posse, nisi praescriptum titulum habeant.

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius.*

V.

Bm̃e Pater

Fr. Alexander Vinc. Iandel Magister Generalis Ordinis PP. Praedicatorum exponit, occasione nuperrimi Decreti a S. Congregatione super Statu Regularium die 12 Iunii 1858 Apostolica auctoritate editi, nova quaedam in quibusdam sui Ordinis Conventibus exorta fuisse dubia, quorum solutionem ab eadem S. Congregatione enixe et humillime exposcit.

1. Cum ex praefati Decreti tenore (*num.* 8) professi votorum simplicium suffragium habeant in actis Capitularibus sui Conventus quatenus et prout habent solemniter professi; quaeritur an inter huiusmodi actus Capitulares recenseantur etiam actus receptionis ad votorum solemnium professionem; nam praeterquamquod votorum simplicium professi non sint de corpore professorum solemniter, contingere potest quod professi simplices numero excedant professos solemnes, et inter eos periculum collusionis enascatur, cum alii post alios, vel simul, vel post breve tempus ad solemnem professionem admittendi sint?

2. Utrum reiectio alicuius professi simplicis a maiori parte Patrum in Consilio vel totius Conventus in Capitulo per suffragia secreta prolata, ab Ordinis Generali Magistro, nulla alia intercedente inquisitione aut informatione, haberi possit tamquam legitima et iusta causa aut prudens iudicium, ad hoc ut eiusdem professi votorum simplicium dimissio ab Ordine, et eorumdem votorum solutio ab ipso cum suo generali Consilio decerni et declarari possit?

3. Et quatenus negative, quaeritur tertio quid agendum, si Patres Conventus ad excludendum Novitium a professione solemni perseverent, nec ulterius eadem differri possit eo quod vigintiquinque aetatis suae annos Novitius expleverit?

SSm̃us D. N. Pius PP. IX in Audientia habita die 7 Febr. 1862 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium ad suprascripta proposita dubia rescribendum mandavit, nempe: ad 1. Negative: ad 2. Negative: ad 3. Pro admissione ad vota solemnia post expletum triennium votorum simplicium, audiri quidem debet Capitulum Conventuale ad instructionem animi Superiorum; minime vero a Supe-

riori Generali vel ab eius Subdelegato standum erit resolutioni eiusdem Capituli. Quod si aliunde habeantur ligitimae causae ad dimittendos professos votorum simplicium, hoc in casu servanda erunt, quae in articulis IV et V declarationum praescripta sunt.

Insuper Sanctitas Sua ea quae in hoc responso continentur, etiam ad alios Ordines, et Instituta extendit, et extensa esse declaravit.

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*

Super nullitate professionis votorum solemnium non praemissa professione votorum simplicium

PIUS PP. IX.

Ad perpetuam rei memoriam

Ad universalis Ecclesiae regimen, Deo sic disponente, vocati, pro pastorali, qua urgemur, sollicitudine haud praetermisimus ad religiosas quoque familias mentis aciem, animique curas intendere, ut eae, de christiana et civili republica optime meritae, ad pristinum splendorem revocarentur, et incrementum acciperent. Probe autem agnovimus tristissimis hisce temporibus, quibus inimici Crucis Christi humana divinaque omnia pessumdare, ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam, ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus electum Christi gregem inficiat; vel verae vocationis expers, susceptique Instituti pertaesus gravem sodalibus molestiam inferat cum disciplinae perturbatione, et regularis observantiae discrimine. Idcirco, audito voto VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationis super statu Regularium nonnulla hac super re mandavimus edi decreta, inter quae illud praesertim in praesens commemorandum est, quod per litteras encyclicas die XIX Martii MDCCCLVII a V. Fratre Andrea Bizzarri Archiepiscopo Philippensi memoratae Nostrae Congregationis Secretario signatas, publicatum est. In praefatis autem litteris haec, quae sequuntur, quoad religiosos virorum Ordines, ac Instituta ex Nostro expresso mandato, et Apostolica auctoritate sancita fuere, scilicet: « Peracta probatione et novitiatu ad praescriptum S. Con» cilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, et statutorum ordinis a » S. Sede adprobatorum, novitii vota simplicia emittant postquam exple» verint aetatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statu» tam, vel aliam maiorem, quae forsan a statutis proprii Ordinis a S. Sede » approbatis requiratur, et quoad laicos et conversos postquam ad eam

» pervenerint aetatem, quae in Constitutione Clementis VIII incipiente » *In Supremo* praefinita est. Professi post triennium a die, quo vota » simplicia emiserint computandum, si digni reperiantur, ad professionem » votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti » nonnullis Institutis indultum est, professio votorum simplicium ad lon- » gius tempus iam concessa fuerit. Poterit vero Superior generalis ac » etiam Superior provincialis ex iustis et rationabilibus causis profes- » sionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum » vigintiquinque expletorum. Si vero in Ordine seu Instituto Provincia- » les non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium » facultas attribuitur etiam Superiori domus Novitiatus, de consensu ta- » men Magistri novitiorum, et duorum Religiosorum, qui in Instituto » aliquo gradu sint insigniti. Decreta Congregationis super statu Regularium » incipien. *Romani Pontifices* et *Regulari disciplinae* anno MDCCCXLVIII » promulgata omnino serventur in receptione ad habitum, novitiatum, et » professionem votorum simplicium. » Postquam hoc decretum executioni demandatum fuit ex ipsa experientia comperimus quantum utilitatis ex eo religiosae familiae retulerint, et referre possint. Verum nuper agnovimus aliquos novitios, praetermissa professione votorum simplicium, ad vota solemnia nuncupanda admissos fuisse, et exinde circa dictorum votorum solemnium validitatem gravia dubia suborta esse. Nos igitur cupientes in re tanti momenti omnem ambigendi causam imposterum removere, motu proprio, et certa scientia, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quoad religiosas virorum familias cuiuscumque Ordinis, Congregationis et Instituti, in quibus solemnia vota emittuntur, statuimus, ac decernimus nullam omnino, irritam, et nullius roboris fore professionem votorum solemnium tam scienter, quam ignoranter, quovis modo, praetextu, et colore factam a novitiis quibuscumque etiam laicis, et conversis, qui licet probationem, et novitiatum prout de iure expleverint, non emittant prius professionem votorum simplicium, et in ea per triennium integrum non permanserint, quamvis vel a Superioribus, vel a novitiis, vel ab utrisque intentio habeatur respective recipiendi ad vota solemnia, et ea emittendi, ac omnes ritus adhibeantur ad professionem votorum solemnium praescripti. Haec volumus, statuimus, praecipimus, mandamus non obstantibus, quatenus opus est, Constitutione Benedicti XIV Praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque Apostolicis, et in universalibus, provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis, generalis vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, regulis, statutis, et consuetudinibus cuiusque Ordinis, Congregationis et Instituti etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis in contrarium

praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis, quamvis specifica et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis illorum tenoribus praesentibus pro insertis habentes ad praemissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Decernentes has Nostras litteras semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat, et in futurum spectabit, plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, ac inane esse et fore volumus, et declaramus.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Februarii MDCCCLXII, Pontificatus Nostri Anno Decimo sexto.

B. CARD. BARBERINIUS

EPISTOLA *S. Congregationis super Statu regularium qua litterae Apostolicae in forma Brevis publicatae fuerunt.*

Rmo Padre

La Santita' di Nostro Signore ha emanato un Breve, che incomincia *Ad universalis Ecclesiae regimen* il giorno 7 Febbraio prossimo passato, con cui dichiara nulli ed invalidi i voti solenni, che si emetteranno senza premettere la professione de' voti semplici, e senza rimanere nella professione dei detti voti semplici per un triennio.

Nella mia qualifica di Segretario della S. Congregazione sopra lo stato dei Regolari invio a Vostra P. Rma l' accennato Breve, mentre le auguro dal Signore ogni prosperità.

Di V. P. Rma

Roma dalla S. Congregazione sopra lo stato dei Regolari li 5 Marzo 1862.

Dmo Servo

A. BIZZARRI ARCIV. DI FILIPPI *Segretario*

Bme Pater

Frater Theophilus a S. Corde Mariae Sacerdos professus et Novitiorum Magister in extincto Collegio Apostolico B. M. V. de Zapopan. in dioecesi de Guadalaxara, sua ductus tristissima experientia, aliorumque Religiosorum virorum consilio, ut suae conscientiae satisfaciat, proponit Dubium « Utrum iuvenes, qui ante exclaustrationem vota simplicia emiserant, ab iis liberi sint reputandi ita ut si denuo aperiantur Monaste-

ria, incipere et prosequi novitiatum debeant iuxta decretum super Statu Regularium, cuius initium *Neminem latet* de die 19 Martii 1857.

Ex Aud. SSmi die 4. Iulii 1862.

SSmus proposito dubio respondendum mandavit *Negative*.

A. ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*.

De tempore, quo professi votorum simplicium suarum rerum dominium a se abdicare possunt per renunciationem quam Tridentina Synodus respicit in cap. XVI. Sess. XXV. de regularibus.

DECRETUM. Lata lege de praemittendis votis simplicibus professioni votorum solemnium per Encyclicam Epistolam huius Sac. Congregationis super statu Regularium die 19 Martii 1857 nonnullae deinde editae fuerunt declarationes quoad ipsa vota simplicia, et relate ad votum simplex paupertatis constitutum fuit: « Professi votorum simplicium DOMINIUM » RADICALE, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omni- » no interdicta est eorum administratio, et redditauum erogatio, atque » usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere » pro tempore quo in eadem votorum simplicium professione permanse- » rint, administrationem, et usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, » ac etiam suo ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint. »

Nuper vero dubium exortum est, quandonam Professi votorum simplicium emittere possint renunciationem, de qua Sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. XXV *de Regularibus* cap. XVI agit, quaque ipsi suarum rerum dominium a se abdicent. Dubio ad SSmum D. N. Pium PP. IX relato ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis super Statu Regularium in audientia habita 1 Augusti 1862, Sanctitas Sua Apostolica auctoritate statuit, atque constituit, renunciationem, quam in citato capite XVI sess. XXV *de Regularibus* Concilium Tridentinum respicit, pro professis votorum simplicium locum habere infra duos menses proximos ante professionem votorum solemnium. Contrariis quibuscumque non obstantibus. – Datum Romae eodem die et anno ex Secretaria S. Congregationis super Statu Regularium.

A. BIZZARRI ARCH. PHILIPPEN. *Secretarius*.

Super absolutione Regularium a casibus et censuris in ordine reservatis.

In Congregatione habita die 16 Augusti 1866 proposito dubio: *Se sia espediente di modificare le Costituzioni di Clemente VIII, ed Urbano VIII* (1) *su i casi riservati ai Superiori Regolari in modo, che venga rimosso il pericolo d'inconvenienti, i quali possono accadere nelle piccole*

(1) Vide dicta decreta pag. 246. 247.

Comunità? Emi Patres rescripserunt: Serventur decreta Clementis VIII, et Urbani VIII, ita tamen ut in praefatis parvis Communitatibus Superiores omnino debeant deputare habitualiter saltem unum Confessarium ex Religiosis proprii Ordinis, qui facultatem habeat absolvendi a casibus et censuris in Ordine reservatis, facto verbo cum SSmo.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. PIO PP. IX in audientia habita die 17 Augusti 1866 a Secretario, Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis approbavit et confirmavit.

De prorogatione triennii votorum simplicium

Lex de praemittendis votis simplicibus, et in iis permanendi per triennium omnes Novitios afficit sive aetatem citra annos viginti habeant, sive illam quomodolibet excesserint. Cum vero iuxta Encyclicam *Neminem latet,* et Litteras apostolicas *Ad universalis Ecclesiae* Superiores possint *ex iustis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum vigintiquinque expletorum,* a nonnullis dubitatum est, an Superiores ipsi professionem votorum solemnium ultra praescriptum triennium votorum simplicium etiam iis, qui aetatem annorum vigintiquinque quomodolibet superaverint differre valeant. Ratio dubitandi erat, quod eadem causa pro utrisque locum habet, nempe ulterior probatio. Verum haec dubitandi ratio haud vim habere ab aliis respondebatur; nam quando lex clare aperteque aliquid excludit, interpretatio minime admittenda est, prout accidit in themate; lex enim hanc facultatem differendi Superioribus tribuit pro professis usque ad aetatem vigintiquinque annorum completorum. Insuper dicta differendi potestas pro professis vigintiquinque annis minoribus necessaria erat ob specialia rerum publicarum adiuncta, quae personas praedictam aetatem excedentes non respiciunt. Insuper si quis in novitiatu, et infra triennium votorum simplicium vocationis signa non dederit, licet iam ad maturam aetatem pervenerit, spes rationabiliter effulgere non potest, ut deinde illa praebeat; quin imo aliis professis periculo offensionis et scandali esse potest, et timendum est, ut ob importunitatem, licet indignus, ad professionem votorum solemnium admittatur. Quibus de causis Tridentina Synodus sess. 25 *de Regul.* cap. 16 edixit: *Finito tempore novitiatus Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut e Monasterio eos eiiciant.* Poterit fortasse aliquando contingere ut aliquis expleto triennio votorum simplicium habilis ad vota solemnia emittenda inveniatur, sed ob rationabilem causam statim non possit vota solemnia nuncupare; hoc in casu si de brevi dilatione agatur videtur confugi posse ad illud effatum *parum pro nihilo habetur;* si vero longior mora requiratur, aditus ad Apo-

stolicam Sedem patet, a qua prout in Domino expedire videbitur, provideri poterit.

Die igitur 16 Augusti 1866 in Congregatione propositum fuit dubium a P. D. Bonifacio Wimmer Abbate Praeside Cassinensium in America exhibitum, nempe: *Quod adhuc dubitatur, utrum in casu, quo sacerdos saecularis habitum petivit, et obtinuit, qui annum 25 longe transgressus est, huic* (emissa professione votorum simplicium) *professio solemnis* (nempe votorum solemnium) *differri possit supra consuetum triennium, si scilicet intra triennium* (votorum simplicium) *non sufficientia argumenta de sua vocatione dederit?*

Et Emi Patres rescripserunt: *Negative (nempe non posse differri)* (1).

Super declaratione encyclicae: Neminem latet.

Quamvis in Litteris Apostolicis diei 7 Februarii 1862 incipien. *Ad universalis Ecclesiae* clare aperteque decretum sit nullam et irritam prorsus esse professionem votorum solemnium, si non praemittatur professio votorum simplicium, et in ea per triennium quis non permanserit, tamen in Encyclica *Neminem latet* diei 19 Martii 1857 ne verbum quidem de nullitate legitur, nec illa decreto irritante munita reperitur.

Quare cum quidam Novitius post dictam Encyclicam, sed ante memoratas Litteras Apostolicas vota solemnia nuncupaverit, non praemissa professione votorum simplicium, quaestio de validitate professionis votorum solemnium exorta est; quamvis actum illicitum fuisse nemo dubitaret. Ideoque in Congregatione diei 16 Augusti 1866 propositum fuit dubium: *Utrum dictus Religiosus professionem solemnem validam emiserit?*

Cui Emi Patres rescripserunt: *Affirmative* (2).

Ad Superiorum et Magistrorum Novitiorum commoditatem integre referuntur Institutiones super receptione et educatione Novitiorum in Monasteriis et Conventibus designatis vel designandis Clementis VIII iussu editae.

Cum ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit ac necessaria, et nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere

(1) Declararunt tamen recurrendum esse ad S. C. in casibus particularibus, in quibus aliqua peculiaris causa concurrat.

(2) Igitur ante Litteras Apostolicas *Ad universalis Ecclesiae* huiusmodi professiones erant dumtaxat illicitae; post vero dictas Litteras Apostolicas non solum illicitae, sed irritae et invalidae prorsus sunt.

atque alere Monasteria ipsa possent; vel negligentiam in probando, et examinando eorum spiritu, an vere esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inserviendi; vel denique incuriam in eis educandis atque instituendis: idcirco, ut huiusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus et singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, et in eorum institutione atque educatione, nec non in Magistri et aliorum Ministrorum electione, praeter alia, quae in sacris Canonibus, ac Decretis praesertim Concilii Tridentini, Pontificiis, et cuiusque Ordinis, aut Instituti Constitutionibus continentur, tam in alias designatis, quam nunc, et imposterum ad hoc designandis Monasteriis et Conventibus, haec, quae sequuntur, inviolate observari, et exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus et vita anteacta, ac praecipue eorum, qui sextumdecimum aetatis suae annum excedent, an criminosi, an aere alieno gravati, vel reddendae alicuius administrationis rationi obnoxii sint, iuxta formam Constitutionis fel. record. Sixti V, et moderationum subsecutarum; illud etiam Superiores, ad quos spectabit sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, et Conventibus, ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullum imposterum admittant, qui et ex honestis parentibus natus non sit, et conditiones a sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus praescriptas non habeat, iuxta Decretum super forma recipiendi Novitios die 19 Maii 1602 editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium, in ea sit aetate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, et ordinationes requirunt, eam vero litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praeseferat, ut minores, et suis temporibus maiores Ordines, iuxta Decreta Sac. Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimumquintum excedens ad habitum regularem admitti postulaverit, et talis eruditionis expers inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, et nisi saltem praecipua Doctrinae capita noverint.

Demum superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente ac voluntate id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint; num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, et ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu aut inordinato animi ducantur, et an eorum parentes ope et subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam

ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari et aliis cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, et constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundem Religionum moris est, nedum Conversos ad professionem admittendos, verum et Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem unaquaeque Religio suas peculiares constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, et in locum Novitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactae vitae conscientiam discutiant et expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem uniuscuiusque Novitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conventus et Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus ac determinatus locus pro Magistro, eiusque socio reperiatur.

In eo etiam, praeter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collectiones, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, et in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu Cappella, si commode fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus atque munitus adsit, sin minus, hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsis vero Novitiis ibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eumdem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Novitiatus nemini eiusdem vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conventus et Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis praetextu aditus pateat, praeterquam Magistro, eiusque socio, ac etiam Monasterii aut Conventus Superiori, quandocumque ingrediendum sibi necessario existimaverit, quo casu tamen aliquem semper ex senioribus Conventus, vel Monasterii Patribus assumat.

Huius loci clausurae clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat, cum gravi tantum causa, ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro praesente, et non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si ad Novitiorum instruendam multitudinem necessarius fuerit, vita et moribus (quoad fieri poterit) consimilis

deputetur, qui in his, quae ad Novitiatus regimen spectat, dicto Magistro immediate subiectus existat; eliganturque tam Magister quam socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, et socii huiusmodi in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Definitorum tamen vel graviorum aliorum Patrum consensu fieri permittatur: idemque servetur, si intra triennium alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cuius vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quae Novitiorum curam et regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali Ordine sit initiatus, ac quinto saltem supra trigesimum aetatis suae anno constitutus, et per decennium a professione emissa in Religione perstiterit; Socius vero trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrina, et quantum per superiorum diligentiam et vires fieri poterit, vitae etiam anteactae exemplo praestantes, orationis praeterea et mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine praeseferentes, ab omni cordis ac animi perturbatione, irae praesertim et indignationis, quae in se, erga alios charitatem impedire consueverunt, quam longissime alieni, et tales demum, qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum praebeant, ut ii, qui eorum curae subsunt, illos non tam metuant, quam revereantur, nec illis unquam detrahere quidquam possint.

Habeat etiam Magister plenam et absolutam potestatem circa Novitiorum institutionem, ac Novitiatus regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque praecipue divinae, qua digni facti sunt, vocationis praestantiam et excellentiam, quae vera sit, atque perfecta votorum solemnium, et quam necessaria cuiusque Ordinis Constitutionum observantia, modum in oratione tum vocali, tum mentali fructuose persistendi, illicitas passiones, et vitia (ad quae natura per peccatum labefactata omni tempore prona est, atque proclivis) per sensuum custodiam et mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, cilicia, disciplinas, conscientiae puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis praesertim, quae bis saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, et tentationum

manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali et vocali incumbat, unusquisque secundum propriam capacitatem et ordinem sibi a Magistro praescriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen superiori, etiam locali, si ita expedire iudicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire.

Quotidie Missae Sacrificio intersint, et statutis horis in Choro nocturnis, diuturnisque divinis Officiis assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quae in solitario loco et commodo extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur; fiatque semper Magistro praesente, vel socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disiuncti, atque eo tempore cuiusque, in quam natura feratur, propensionem inscrutentur.

Non liceat eis, durante novitiatus et probationis tempore, una cum Professis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore Officiorum, in Processionibus, aut in Coenaculo causa refectionis commorari, nec permittatur eis Professores domo exeuntes comitari.

Pro communibus et propriis cuiusque necessitatibus, quae accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis, aetate, moribusque provectior deputetur. qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam ianuae custodia, et rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse praecipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit praetermittenda; quin potius aequanimiter amplectendam, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eamdem, perfectam educationem, tum Religioni decorem et ornamentum, tum aliis Christifidelibus aedificationem, exemplum atque utilitatem afferre. Conversis ipsis a Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commode fieri poterit) assignari praecipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum et Conventuum, iuxta cuiusque Ordinis statuta et Constitutiones subditi esse, et obedientiam praestare debebunt, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi et exercendi, verum etiam pro eorum capacitate et commoditate de spiritualibus, praesertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt; quod ut commodius fiat, ad capitula et spi-

rituales conciones, quae per Magistros Novitiis fieri solent, accerseri debeant, et in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, ii tantum, qui non solum religiosae perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, novo ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo aetatis suae annum, quoad Clericos decimumsextum, quo vero ad Conversos, vigesimumprimum excesserint), ad professionem admittantur; sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cuiuslibet Conventus, in quo Novitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo uniuscuiusque Novitii professio, illamque Novitius professus propria manu et duo testes, qui praesentes fuerit, subscribant.

Conversus vero litterarum ignarus professus in eorumdem testium, qui se subscripserint, praesentia propria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, et custodiatur in Archivio, ubi scripturae ad Monasterium seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventus designatos quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum et Conventuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus receptus, eos, quos praenarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios iuxta cuiusque Ordinis constitutiones adscribere; sicque adscriptos, cum iuxta praesentes institutiones, et alias ser. ser., ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatuum, cum testimonialibus litteris transmittere, ubi tamquam dictorum Conventuum seu Monasteriorum filii, eorumdem nomine, ad instantiam recipi ac in Novitiatu probari, et deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis huiusmodi remittantur, in Professione ad perfectionem, ut praemissum est, exerceri debebunt.

Porro ne loca huius Monasterii seu Conventus ab alio praeoccupentur, Capituli Generalis, aut Provincialis partes erunt, numerum praescribere pro omnibus: et eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire ac singulis Conventibus, et Monasteriis praescribere, quae magis expedire videbitur.

Ut autem Novitii iam in Professorum numerum (sicut praemittitur) recepti, melius in bono spiritu, regularisque disciplinae observantia stabiliantur, et confirmentur, mandatur, ut statim post Professionem emissam, si in Conventibus aut Monasteriis pro Novitiatibus assignatis locus aderit secundi Novitiatus, sive Professorii ab ea, quae Novitiorum est,

atque antiquiorum Professorum habitatione distinctus, et segregatus, ibi collocentur, si Monasterium aut Conventus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conventum aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitiatum supranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo construatur.

Ab hoc tamen illae Religiones excipiuntur, quae suarum Constitutionum seu Institutorum vigore, maioris temporis cursu novos professos intra Novitiatum detinere consuescunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut, praedictis eorum constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi ac Religioni magis expedire adiudicaverint, quibus in locis degant sub regulis et modo vivendi adhuc arctiori, quam servent antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioribus obedientiae officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad aetatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, et debebunt litterarum studiis operam navare sub directione ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum praeditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter praemissa non censeatur concessa licentia recipiendi Novitios, nisi in locis pro novitiatu designatis, aut imposterum designandis,, et pro numero dumtaxat in eorum singulis praescripto, vel praescribendo.

Denique si illi, qui inter religiosos gradu et ordine superiores sunt, et alii, ad quos spectat, in praedictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quae tunc obtinebunt, privationem, gravioresque pro modo admissae culpae poenas se subituros certo sciant.

Datum Romae apud S. Petrum die 19 Martii 1623.

INDEX MATERIARUM

A

Abbas: quoad collationem ordinum 127, 128; iuramentum in benedictione emittendum 288, 290; Sacramentum Confirmationis 636.

Abbas Commendatarius: quoad disciplinam regularem 282.

Abbatissa quoad durationem muneris 278; confirmationem ultra triennium 278; facultates electae ante confirmationem 283; dimissionem muneris ibid.; dispensationem super aetate 423; incorrigibilitatem 458. Specialia de Abbatissa Conversani 290.

Abigeatus quomodo puniatur 186.

Absolutio: quoad censuras de quibus appellatur 20; quoad veniam partis offensae 225, 322; quoad Sacramentum Poenitentiae 87; quoad perduelles et invasores ditionis Pontificiae 672.

Accusatio relate ad crimina incestus, adulterii, stupri etc., quomodo admittenda 194, 653.

Affiliatio: quoad conventus Praedicatorum 380. Prohibetur institutum Sororum affiliari cum Congregatione presbyterorum 152.

Alienatio rerum et bonorum ecclesiasticorum: quoad formalitates servandas et praxim S. C. 39, 62, 72, 362, 664, 768; specialia pro Ditione Pontificia 42, 397, 664, 768; absolutam necessitatem beneplaciti Apostolici 97, 310, 421, 462, 544, 601; quoad alienationes vigore c. *Terrulas* 298; incisionem arborum et investimentum pretii retracti 97, 310; societates armentorum 37.

Alimenta: quoad religiosum cuius religio est dissoluta 103.

Anglicanae Virgines: Decretum Congregationis particularis coram Benedicto XIV habitae 369.

Anonymi libelli: quoad modum procedendi quando recipiuntur 226.

Aperitio oris quando requiratur 561.

Aperitio conscientiae quoad moniales 776.

Appellatio: Decreta et praxis S. C. 18, 132, 163, 181, 187; Causae de appellatione 168, 186; quoad S. Consultam 177.

Assessoris munus in S. C. Ep. et Reg. quando inceperit 589.

B

Beneficium: quoad fructus tempore vacationis 228; quoad taxam in collatione 221; quoad collationem favore nepotis haeretici 231.

C

Canonici regulares: quoad approbationem Constitutionum pro Lateranensibus 461; quoad Canonicos B. Petri Fourier 628.

Capitulum: quoad electionem Vicarii pro monialibus 410; quoad insignia 523, 559; quoad convocationem 235.

Capuccini: quoad benedictionem animalium et praediorum 262; incapacitatem recipiendi legata 279; facultatem concedendi scapulare tertii ordinis 287; expensas in lite 764.

Cardinales: quoad executionem rescriptorum 613.

Carmelitae (Moniales): quoad novitias 396; quoad adorationem perpetuam SSmi Cordis Iesu 498.

Carthusiani: quoad votum paupertatis 520; Conversos donatos 851.

Cassinenses: quoad administrationem cellerariorum et capsam publicam instituendam 258.

Casus reservati: instructiones S. C. 13, 769; facultates regularium 22; potestas superiorum regularium 246, 865; declaratio super Constitutionem *Sacramentum Poenitentiae* 763.

Census: quoad defectum numeratae pecuniae 106, 108, 419, 426; reductionem fructuum 111; impositionem 603.

Chirurgus Monialium quoad dimissionem officii 750.

Choreae quomodo prohibendae 308.

Cistercienses quoad vota conversorum 366.

Clausura monialium : quoad ambitum et tectum monasterii 410; quoad odeum in ecclesia parochiali 410; quoad accessum regularium 22, 319, 437; privilegia fundatricis monasterii 317; quoad egressum tempore epidemiae 311; vel ad stipem quaerendam 409; vel ad munus abbatissae alibi suscipiendum 208; quoad abusus coercendos 373; rumorem a claustris removendum 309; quoad scholas et educandas 454, 463.

Clausura papalis cum votis simplicibus 88, 411, 723.

Clavis tabernaculi : quoad capellanum monialium 324.

Clerici: quoad privilegium canonis 17, 323, 349; liceitatem defendendi causas 303; interventum ad officia Cathedralis ecclesiae ibid.; quoad negotiationem et officia vetita 306,338, 399,530; ingressum in regulares ordines 669; facultatem incedendi in habitu laicali et exercendi honesta negotia 556.

Coadiutor canonici: quoad praecedentiam 549; Coadiutor medici, chirurgi et procuratoris locorum piorum 680 sqq.

Coemeterium quoad privilegia regularium 599; quoad concessionem sepulturae in ecclesia 639.

Communio: quoad frequentiam pro Monialibus 87, 782; quoad schedas Communionis paschalis 420.

Concilium provinciale: quoad Episcopum exemptum 219, 220.

Concio: quoad eius prohibitionem 222, 224, 313.

Concursus parochialis: quoad formalitates et specialia tempore Sedis Vacantis 37.

Conferentiae casuum: quoad interventum regularium 271, 770.

Confessarius regularis: quoad approbationem Episcopi 21, 243, 326, 363, 720, 753; quoad Confessiones aegrotantium 25.

Confessarius monialium: quoad mutationem triennalem 12, 13, 24, 115; aetatem 345; emolumenta 350; obligationes 287, 371; assistentiam morientium 301, 347, 329, 546, 648; servanda post expletum triennium 30; inhabilitatem regularium et parochorum 313, 332, 335, 381, 394; duos Confessarios 374; Confessarium extraordinarium 293.

Confessiones: quoad modum, tempus et locum ipsas audiendi 26, 306.

Confirmatio (Sacramentum): quoad privilegium Abbatis Montis Virginis 636.

Confraternitas: quoad celebrationem Missae in oratorio 224, 569 sqq.; quaestuas 226; interventum parochi ad funera 235; functiones solemnes 281; celebrationem festorum 642; visitationem Episcopi 249, 250, 509; adscriptionem 585; Sodalitia abstinentiae a potu cremato 156, 158.

Congregatio (S.) Episcoporum et Regularium; quoad eius erectionem, decreta, et methodum procedendi 1–12.

Congregatio (S.) super Statu Regularium: quoad eius erectionem et epistolas circa disciplinam regularem 815 sqq.

Congrua quoad Episcopos sibi succedentes 84, 92.

Conservatoria : quoad facultates Confessarii 115.

Conventuales: quoad praecedentiam Collegii S. Bonaventurae 378; electiones guardianorum 427.

Conversae: quoad vota 286; quoad transitum ad statum Choristarum 782.

Conversi: quoad aetatem recipiendorum 274.

Crux pectoralis: quoad moderatorem generalem fratrum 588, 798.

D

Damna: quoad refectionem 195, 518, 573, 764.

Debita: quoad regulares 389, 390.

Decimae: quoad exemptionem 704.

Defensor reorum: quoad interventum ad Comitia S. C. et eius munus 165.

Depositum: quoad pecuniam locorum piorum 306; quoad absolutionem 592.

Dimissoriae: quoad valorem 232; quoad denegationem 284, 474.

Dispensatio: quoad executionem Sede Apostolica vacante 29, 35, 408.

Dispensatio: quoad poenas a tribunalibus Episcopalibus inflictas 166; quoad vota simplicia in Institutis emissa 133, 451, 588, 776; quoad vota solemnia 622.

Distributiones: quoad inservientes 226; quoad portiones absentium 210; relate ad infirmum 216; carceratum 233; absentem ob gravem diffamationem 470; relate ad spolium 232.

Doctrina Christiana: quoad parochos 306; regulares 387; clericos 588.

Dominium radicale: quoad professos votorum simplicium 776, 856, 857, 865.

Donatio religiosi causa mortis 620.

Dos: quoad tempus depositionis 34; quoad monialem supranumerariam 241; tertiam sororem, si forte recipiatur 336; quoad constitutionem et investimentum 389, 422, 560, 764 sqq.; absolutionem super alienatione 412 et super omissione depositionis 427; quoad modum distribuendi subsidia dotalia 120, 465, 482, 484; quoad restitutionem 645, 696.

E

Ecclesia: quoad rumorem ab ea arcendum 221; prohibitionem eam vendendi 449; restitutionem ibid.; alienationem coactam 468; restaurationem ecclesiae parochialis et modum providendi eius inopiae 497, 550.

Educanda: quoad admissionem 151, 352.

Emphyteusis: praxis S. C. in concessionibus emphyteuticis 26; quoad reductionem Canonis 446; praelationem 516, 664; oblationem vigesimae 537; approbationem contractuum 583, 675; venditionem fundi emphyteutici 746; beneplacitum Apostolicum 768.

Electio: quoad abbatissam eiusque annuam confirmationem 265, 266, 323; quoad guardianos 68, 316, 427; quoad electionem per schedas 784.

Episcopus: quoad stemma 41; administrationem orphanotrophii et oblationum 444, 478; administrationem locorum piorum 88, 480, 484; executionem piarum voluntatum 544; exactionem Cathedratici 576; facultatem testandi et erogationem SS. utensilium 117, 593; taxam funerum vel eleemosynarum funebrium 385, 387; montem frumentarium 82, 124, 667; montem pietatis 244; hospitalia 94, 480; examen presbyterorum 227; impedimenta matrimonii 228; concessionem insignium 234; iurisdictionem in territorium Nullius 237; examen ordinandorum 256; familiares 260; revocationem clerici in dioecesim 413; quoad clericos extraneos 89; eorumque expulsionem 532; quoad suspensionem ex informata conscientia 447; erectionem dignitatum Capitularium 548; contractus locorum piorum 766.

Episcopus quoad regulares: circa visitationem 155; causas criminales 188; paroecias regulares vel regularibus committendas 440; functiones in ecclesiis regularium 354, 356; Collegia 533, 563; parvos conventus 248, 251, 255, 268, 357; grangias monasteriorum 251, 264; Collectas mendicantium 285; benedictionem et Confirmationem abbatum 290, 368; erectionem tertii ordinis 363; renuntiationes novitiorum 489, 865; instituta votorum simplicium 49, 83, 429, 740.

Episcopus regularis: quoad regulae observantiam 712.

Episcopus quoad moniales: si sint incorrigibiles 508; circa revisionem computorum 323, 350; convocationem Capituli 358; explorationem puellarum 374; reservationem casuum 395. Specialia pro Episcopis ditionis Austriacae relate ad moniales 736.

Eucharistia: quoad custodiam 31, 220; facultatem asservandi 645.

Executio rescriptorum S. C.: quoad praxim 112, 408, 611.

Excommunicandus: quomodo vitandus 215; quoad absolutionem cadaveris 230.

Exercitia spiritualia: quoad ordinationem, vestitionem ac professionem 374, 785.

Expensae litis: quoad sustinentes 125, 181, 764.

Expulsio monialium: quoad praxim S. C. 320, 365, 401, 458.

Extractio a loco immuni: quoad praxim S. C. 178, 329.

F

Familiares regularium: quoad iurisdictionem parochi 563.

Famulae: quoad eiectionem a domo presbyteri 188; famulae monialium: quoad indumentum 371; admissionem 373, 454.

Festum: quoad inobservantiam 306; celebrationem in duabus ecclesiis 642.

Filiae Sapientiae 131.

Filiae a S. Stigmatibus, 141, 142.

Filiae Charitatis 146, 779.

Filiae Mariae dioecesis Gerundensis 146, 780.
Fons baptismalis: quoad erectionem 562.
Fratres B. M. V. de Misericordia:
Fratres a S. Familia:
Fratres Maristae: quoad constitutiones 145, 795.
Functiones sacrae: quoad horam qua finiantur 306.
Funera: quoad interventum regularium 222, 256; interventum Capituli 348, 656; iura parochorum et regularium 235, 244, 263, 284, 295, 304, 313, 339, 340, 344, 346, 363, 370, 377, 301, 297, 332, 379; quartam 294.
Furtum hostiae consecratae: quoad poenam 183.

G

Generalis Moderator: quoad extensionem durationis in munere pro nonnullis ordinibus 154.
Gradus et privilegia regularium: quoad concessionem 251, 254.

H

Hebdomadarius: quoad locum in choro 225.
Hebraei: quoad iuramentum in iudicio 50.
Homicidium: quoad poenam pro clericis 195; quoad clericum diffamatum de homicidio 470.
Hortus monialium: quoad modum disponendi 596.
Hospites regularium: quoad iurisdictionem parochi 271, 312; receptionem 274.

I

Imago B. M. V.: quoad expositionem a regularibus faciendam 337.
Immunitas: quoad violatores 15; decretum Gregorii XVI.
Incompatibilia munia: quoad assecutionem 330.
Incorrigibiles: quoad poenam 461.
Infamia: quoad irregularitatem 470.
Inhibitiones: quoad valorem 18, 192.
Interusurium: quoad Montem Pietatis et frumentarium 82, 244.
Inventarium: quoad haeredem 493; executorem testamentarium ibid.
Investimentum: quomodo fieri debeat 419; quoad collocationem pecuniae in aede nummularia 425, 592. Decisio S. Officii quoad collationem pecuniae ad quatuor pro centum 425.
Irregularitas quoad dispensationem 217, 443; absolutionem 470.

J

Jubilaeum: quoad opera iniuncta 392.
Judex relator: quoad munus in S. C. 164;
Juspatronatus: quoad tempus litispendentis 512; cessionem ibid.; electionem dignioris in concursibus 702. In Belgio ius patronatus erga paroecias non habetur 643. De iurepatronatu in Galliis 643.

L

Laicus: quoad delicta 179; privilegium fori 186.
Lampas ante SSmum Sacramentum: quoad poenam negligentium 306.
Legatum: quoad caducitatem 580.
Lenocinium: quoad poenam 184.
Litaniae: quoad approbationem 781,782.
Livellorum leges a Pio VII editae 44.
Locatio bonorum ecclesiasticorum: quoad licentiam sublocandi 28, 37; locationem ultra triennium 39; formalitates 362, 664.

M

Magister musices: quoad moniales 402, 492, 782.
Magistratus: quoad redditionem rationum locorum piorum 484.
Maria Magdalena (Sorores Taurinenses a S.) 114.
Maristae presbyteri quoad paupertatem 806.
Matrimonium: quoad dispensationem super matrimonio rato 260; in modum probandi obitum coniugis tempore pestis ibid.
Matutinum: quoad tempus recitationis 216. De lectionibus nocturnorum in choro recitandis 549.
Mensa episcopalis: quoad alienationes sede vacante 40, 233; onus imponendum 568; Spolium 685.
Mercatus: quoad dies festos 306.

Milites degentes in conventu: quoad clausuram 361.

Minores observantes S.Francisci: quoad quaestuas 271,285; capacitatem recipiendi legata 276, 335, 336, 384; Commissarios et Visitatores 296; itinerationem in viis ferreis 689.

Missa: quoad celebrationem diebus festis extra dioecesim 102 ; tabellam apponendam 306; licentiam celebrandi sine testimonialibus Ordinarii 380; obligationem legati 531 ; lectionem epistolae in missa cum cantu 549; diaconum et subdiaconum missae conventualis 661.

Missiones spirituales in paroeciis 281.

Mixti fori causae: quoad praeventionem 233; quoad stuprum 238; modum procedendi tribunalium mixtorum 177.

Moniales quoad erectionem 77, 90, 337, 462, 621, 634, 644, 723.

Monasterium:quoad numerum in singulis monasteriis determinandum 207 , 334 , 419; tertiam sororem non admittendam 435; praelationem in iuvenibus recipiendis 616; transitum ad aliud monasterium 536, 645; celebrationem missae in sacellis 306; artes prohibitas 338 ; constitutionem novarum regularum 370; adscriptionem in Sodalitiis 394;commutationem horarum Canonicarum 463; obligationem recitandi divinum officium 495; vel officium B. M. V. 72; indultum recipiendi donationes et legata 514; grascias extra monasteria deponendas 371.

Municipium: quoad administrationem Montis frumentarii 124.

N

Notarius: quoad stipulationem contractuum pro locis piis 72, 306.

Novitiatus: quoad religiosum saecularizatum redeuntem 47; quoad erectionem 279; quoad suspensionem eorumdem in Sicilia 112, 121.

Novitius: quoad pensionem alimentorum 79, 396 ; renunciationem 384, 489, 774, 865; dimissionem 616.

Numerus religiosorum: quoad domus regulares 248, 625.

Nuncius Apostolicus: quoad advocationem causarum 18.

O

Oblati Pinarolienses: quoad iurisdictionem Ordinarii, beneficia, interventum ad processiones 429.

Olivetani: quoad erectionem novitiatuum et ordinationem monasteriorum 63; vota oblatorum 400; visitationem Apostolicam pro monasteriis Siciliae 106.

Oratorii Congregatio: quoad iurisdictionem Ordinarii 49; concessienem privilegiorum 265.

Ordinarius originis vel domicilii: quoad receptionem clerici a votis simplicibus soluti 858.

Ordinatio: quoad Ordines minores 218; gratuitatem 234; titulum 213; privilegia regularium 341, 343; arctatos ratione beneficii 403; clericos cum votis simplicibus 706, sqq.

Ordo Hierosolymitanus: quoad vota simplicia professioni praemittenda 631; ius suffragii 761.

P

Paramenta ecclesiae: quoad usum 223.

Parochia: quoad collationem 37; acceptationem 413;missionem in possessionem pro parocho regulari 681.

Parochus: quoad reassumptionem officii 183; residentiam 223 , 306 ; matrimonia et puerperarum benedictiones 227; odium populi 239; redintegrationem 354; remotionem parochi amovibilis 290, 440; conventionem cum coadiutore circa reditus 482; testamentum 527 , 627; librum baptismorum 670 ; quoad convictores regularium 563; quaestuantes et inservientes monialium 348; quoad Sorores Votorum Simplicium 490, 497, 764, sqq.; quoad tertiarios 244; anniversaria 366. Specialia in Galliis de parochis amovibilibus 442.

Passionistae: quoad usum fructum et dispositionem bonorum 74; retentionem capellaniae 525; privilegia 740.

Patronus: quoad indultum percipiendi fructus beneficii 586.

Paupertas religiosa : decisiones S. C. 764 sqq., 805, 806, 856, 865.

Pensio: quoad spolium pro regulari extra claustra degenti 70 ; livellum 566; cessionem 91.

Permutatio: quoad beneplacitum Apostolicum 600.

Petri (S.) ad Vincula Congregatio: quoad approbationem 129.

Poenitentiarius: quoad facultates 548; deputationem pro absolvendis casibus reservatis 13.

Praeceptum poenale: quoad modum id faciendi 194; durationem 193; si spernatur 185.

Praedicatorum ordo: quoad functiones celebrandas 313; erectionem collegii 533; praecedentiam 329.

Praescriptio: quoad requisita 426.

Privilegia: quoad communicationem 429, 563, 740.

Processio: quoad regulares 271, 284, 306; clericos saeculares 306.

Processus: quoad usum processus laici 236; legitimationem 166, 171, 173, 650.

Procuratio: quoad sacram visitationem 211; visitatorem Apostolicum 321.

Procurator: quoad residentiam procuratoris generalis ordinum regularium 42; procuratorem fisci 164; munus procuratoris pro clerico 215; remotionem 680.

Professio fidei: quoad formam.

Professio regularis: quoad nullitatem 143, 535; sanationem in radice 476, 634; locum ubi emitti debet 279, 855; tacitam professionem 637, 854; dilationem 325, 463, 736, 866.

Protector: quoad stemma 40; instituta votorum simplicium 764, sqq.; praxim pro concedendis protectoribus 588, 776.

Purificatio post partum: quoad regulares 387.

R

Redemptio seu affrancatio canonum: quoad rationem definiendi pretii 746.

Redemptoris (SSmi) presbyteri: quoad residentiam generalis et celebrationem Capituli 131; moniales 451.

Regulares: quoad absolutionem a casibus S. Sedi reservatis 17, 672; suspensionem ex informata conscientia 24, 753; deputationem Confessarii in parvis conventibus 865; approbationem pro confessionibus monialium subiectarum 753; facultatem eligendi confessarium extra proprium ordinem 720; reformationem a Pio VII praescriptam 42: revocationem donationis 103; examen in causis civilibus et criminalibus 358, 359; appellationem ad S. Sedem 270, 389; recursus in materia obedientiae 379; indultum tangendi Vasa Sacra 588; ius postliminii pro suppressis postea restitutis 672; regressum ad bona in renuntiatione reservata 104; restitutionem anterioritatis habitus 436; receptionem ad habitum et professionem 832; administrationem viatici et extremae unctionis 271; vitam communem 852.

Reliquiae: quoad exhibitionem 306.

Residentia: quoad Canonicos 306.

Resurrectionis D. N. I. C. Congregatio: quoad approbationem 149.

S

Saecularizatio pro regularibus: quoad executionem rescripti 611; ius praecedentiae pro redeuntibus ad ordinem 436; successionem morientis extra claustra 71; eiusdem funera 699.

Scamnum in ecclesia: ius illud retinendi 552.

Scholarum Christianarum (fratres): quoad Vicarium Romae constituendum 65.

Secretaria Status: quoad abrogationem facultatum Signaturae 164; Congregationes dictae *governative* circa loca pia 484.

Secretum commissum ratione officii: quoad documenta in quibus revelatur 100.

Seminarium: quoad taxam 404; unionem beneficiorum 229, 439; erectionem 237; reformationem 506; curam committendam regularibus 790, 798.

Sententiae syndicatoriae Ordinariorum: quoad vim obligandi laicos magistratus 88, 484.

Sepultura: quoad suicidas 54; quoad interdictos 635; quoad valorem electionis 602.

Silentium: quoad sacristias 306.

Societas Charitatis: quoad approbationem et privilegia 83; praecedentiam 557.

Societas Mariae dioecesis Lucionensis 131.

Sorores in Communitate viventes cum votis simplicibus: quoad iurisdictionem Episcopi 369, 451, 774; visitationem 155; regressum 386; iurisdictionem parochi 490, 764, sqq.; ius testandi 619; Episcopum superiorem generalem 764, sqq.; auctoritatem moderatricis generalis ibid.; novitiatus 764, sqq.; educationem masculorum 778; introductionem in Collegia, Se-

minaria et episcopia 781; dispensationem votorum 133, 451, 558, 764, sqq.; dispositionem bonorum 764, sqq.; aperitionem conscientiae ibid.; alienationes ibid.

Sorores SSmi Cordis Iesu: quoad naturam votorum 487.

Sorores a S. Ioseph: quoad moderatricem generalem 499, 524.

Sorores S. Vincentii a Paulo 779.

Sorores a S. Anna in Dioecesi Taurinensi 115.

Sorores S. Caroli Boromei in civitate Praga: quoad approbationem 97.

Sorores Boni Pastoris: quoad erectionem domus principis et approbationem Constitutionum 66; quoad electionem moderatricis generalis et erectionem provinciarum 140.

Sponsalia: quoad appellationem 132; cohabitationem sponsorum de futuro 306.

Spuriorum seu expositorum adoptio: quoad validitatem 98.

Stemma: quoad Cardinalem titularem vel protectorem et ordinarium 40, 639.

Stuprum: quoad poenam 182, 183, 194, 238; actionem admittendam 650.

Substitutio: quoad abolitionem 674.

T

Tertiarii S. Francisci: quoad adscriptionem 102; sorores 144; sepulturam 244; aetatem admissionis 274; superiores et subiectionem ordini S. Francisci 339; erectionem 363; dependentiam a Parocho 386; privilegia 569.

Tertiarii ordinis de Mercede: quoad facultates Ordinarii et parochi 107.

Theologalis praebenda: quoad elationem in dignitatem Capitularem 107.

Trappenses Belgii: quoad erectionem 67.

Trappenses Galliae: quoad erectionem 59,553; Capitulum 59; breviarium, laborem manuum et Episcopi iurisdictionem ibid.; vota 73; deputationem Confessariorum 86; votum paupertatis 150; quaestuas 553.

Trappenses moniales: quoad Ordinariorum iurisdictionem et deputationem Confessariorum 59, 86.

Tribunal: episcopale in pontificia Ditione quoad Constitutionem, votum ferendum et iudices 177, 166, 168; dictum de *Monarchia* in Sicilia 611.

Ususfructus bonorum: quoad professos votorum simplicium 74, 764, sqq., 853.

V

Venditio: quoad beneplacitum Apostolicum 505, 677; usum pretii 746, sqq.

Victoris (S.) Clerici parochiales: quoad approbationem Statutorum 80.

Vicarius Apostolicus: quoad durationem muneris 31, 214, 230, 248, 276; beneficia 684; ingerentiam Episcopi 229.

Vicarius Capitularis: quoad eius electionem 277, 279, 605; ubi plures eligantur, ceu in Galliis 611; quoad deputationem 37, 702; mensam episcopalem et facultates ex c. *Terrulas* 40, 702; abbatias nullius 41; executionem litterarum defuncto episcopo directarum 211, 611; qualitates 234; processionem intimandam 261; dioecesim unitam 395; recusationem ex capite suspicionis 300. Specialia de Vicariis Cap. in regno Neapolitano 337; ubi et de intrusis 153.

Vicarius generalis Episcopi: quoad inhabilitatem dioecesani 250, 256, 345; parochi 209, 214; canonici poenitentiarii 244; fratris vel nepotis episcopi 217, 263; deputationem duorum vicariorum generalium 376; emolumenta 325; executionem dispensationum matrimonialium 408, 611.

Vicarius parochialis: quoad paroecias monasteriis adnexas 219; emolumenta funerum 385.

Visitatio Episcopi: quoad regulares 27, 155; paroecias regulares 212; reliquias 218. Visitatio Episcopi: quoad regulares in Sicilia 112, 121.

Visitationis (moniales): quoad institutionem educandarum 492.

Vota simplicia quoad validitatem 740; quoad necessitatem ipsa praemittendi professioni solemni 463, 735, 736, 853, sqq.; 862; in Austria praemittenda per triennium ante professionem 158; item in Bavaria 463; approbationem institutorum 771 sqq.

Vota solemnia quoad dispensationem 622. Vota quae emittuntur a monialibus in Foederatis Statibus Americae 487, 723.

Vota: specialia circa naturam votorum in Belgica ditione, et praesertim circa votum paupertatis 451, 758 sqq.; item in Galliis 72, 86, 453.

Quae iura a Lege sunt Editor sibi reservat.

REIMPRIMATUR

Fr. Augustinus Bausa O. P. S. P. A. Magister.

REIMPRIMATUR

Iulius Lenti Archiep. Siden. Vicesgerens.

CATHOLIC THEOLOGICAL UNION
BX1905.B59 C001
COLLECTANEA IN USUM SECRETARIAE SACRAE C
3 0311 00044 8733

WITHDRAWN

48174

~~H975~~

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

3 0311 00044 8733